



ANTIQVOR.
MEDICOR.
OPERA
COLLECT.









Payne 1/7/11.

Articella

¶ Habes candidissime lector in hoc volumine ꝑuo in quātitate: maximo in virtute optimos medicine codices in sequēti folio designatos nouit̃ imp̄ssos.



¶ Cum gratia ⁊ priuilegio.



Ex libris fran. [illegible]

¶ Liber hysagoge Joannitij.
Liber Philareti de pulsibus.
Liber Theophili de vrinis.
Jusiurandum Hypocratis.
Liber pronosticorum Hypocratis.
Liber afforismo℞ Hypocratis s͛z anti
quã translationẽ ⁊ nouã pariter Theo
dori Gaze elegantissimaꝫ.
Collectio afforismo℞ Hypocratis ad
vnãquãq́ꝫ egritudinẽ pertinentium.
Liber afforismorum Damasceni.
Flosculi in medicina ex Cor.cel.ex̃cti.
Liber tegni Galieni s͛m antiquã trans
lationẽ ⁊ nouã pariter elegantissimã.
Textus duarum primarum fen primi
Auicẽne in theorica.
Text⁹ fen q̃rte p̃mi ⁊ p̃ie q̃rti i p̃ctica.
Tex.3ᵉ quarte ⁊ 5ᵉ fen q̃rti in cirugia.
Cantica Auicenne.
Textus noui Almansoris de egritudi
nibus a capite vsq́ꝫ ad pedes.
Collecta Jacobi de partibus in medi
cina pro anothomia.

Capsula eburnea + typo:
De ponderib[us] et mensuris descriptio

¶ Incipiunt Ysagoge Joannitij in medicina.



Edicina diuiditur in duas ptes.s.in theo/ricam ⁊ practicam. Quarum theorica in tria diuiditur:scilz in cõtemplationẽ reruz naturaliũ:⁊ nõ naturaliũ:⁊ earũ que sunt cõtra naturã:ex qb⁹ egritudinis ⁊ sanitatis ⁊ neutralitatis ⁊ suarũ cãrũ ⁊ significationũ scientia procedit:quando extra cursum naturalẽ quattuor humores excrescunt:ex qua occasione vel ex qua significatiõe egritudo habeatur.

¶ De rebus naturalibus.

Res vero nãles sunt septem.s.elementa:ꝯmixtiones:ꝯpositiones:mẽbra:virtutes:operatiões:⁊ spiritus. Et alij addiderũt his alia quatuor.s.etates:colores:figuras:⁊ distãtia inter masculũ ⁊ feminã.

¶ De quattuor elementis.

Elementa sunt quattuor scilicet:ignis:aer:aqua:⁊ terra. Ignis calidus ⁊ siccus. Aer calidus ⁊ humidus. Aqua frigida ⁊ humida. Terra frigida ⁊ sicca.

¶ De commixtionibus.

Commixtiones sunt nouem:octo inequales:⁊ vna equalis. De inequalibus vero quattuor sunt simplices:hoc est calidum:⁊ frigidum:⁊ humidũ:⁊ siccum. Et quattuor ex his ꝯposite.s.calidũ ⁊ humidum:calidum ⁊ siccum:frigidũ ⁊ humidũ:frigidum ⁊ siccum. Equalis vero est quando cũ moderatione corpus incolume ducitur.

¶ De humoribus.

Compositiones sunt quattuor.s.sanguis : flegma : colera rubea: ⁊ colera nigra. Sanguis est calidus ⁊ humidus. Flegma frigidũ ⁊ humidum. Colera rubea calida ⁊ sicca. Colera nigra frigida ⁊ sicca.

¶ De flegmate. Flegmatis autem quinqꝫ sunt modi. Est autem flegma salsum calidius ⁊ siccius ceteris:infectum humore colerico. Et est flegma dulce pertinens ad caliditatẽ ⁊ humectationẽ:infectũ humore sanguineo. Est ⁊ acre pertinens ad frigiditatem ⁊ siccitatez:infectũ melancolico. Est etiam flegma vitreum quod nascitur ex magna frigiditate ⁊ coagulatione:sicut in senibus naturali calore destitutis. Et est aliud frigidum ⁊ humidum:illud vero saporẽ non habet:sed propriam retinet frigiditatem ⁊ humiditatem.

¶ De colera rubea. ¶ Colera rubea quinqꝫ modis constat. Est colera rubea clara vel pura nãliter ⁊ substãtialr calida:cui⁹ origo est ab epate. Alia est citrina:cuius exordiuz est a ꝯpositiõe aquosi flegmatis ⁊ colere

rubee pure: ideoq; eſt calida minus. Alia eſt vitellina ſimilis vitellis ouoꝝ que naſcitur ex cõmixtiõe flegmatis coagulati ⁊ colere rubee clare: que eſt minus calida. Alia eſt colera praſſiua ad modum praſſij viridis: cuius origo magis eſt a ſtomacho ꝙ̄ ab epate. Eſt ⁊ alia eruginoſa ad modum viridis eris ⁊ vrit in modum veneni: que naſcitur ex nimia aduſtione: que propꝛium habet colorem propꝛiãq; eius virtutem ⁊ malitiam.

¶ De colera nigra. Colera nigra duobus modis conſtat. Uno modo eſt naturalis in modum fecis ſanguinis ⁊ eiuſdem perturbationis: ⁊ cognoſcitur eſſe a coloribus nigris cū inferius vel ſuperius extra manat: ⁊ iſte modus eſt veraciter frigidus ⁊ ſiccus. Eſt ⁊ aliꝰ modus extra naturalem curſum: cuius origo eſt de vſtione colerice cõmixtiõis: ⁊ hic veraciter appellatur niger: ⁊ eſt calidioꝛ ⁊ leuioꝛ a ſuperiori modo habens in ſe impetum pernecabilem: ⁊ qualitatem pernitioſam.

¶ De modis membꝛorum.

MEmbꝛoꝝ modi ſunt quattuoꝛ. Eoꝛum enim ſunt quedam principalia: ⁊ ſunt quaſi materia ⁊ fundamenta: ſcilicet cerebꝛum: coꝛ: epar: ⁊ teſticuli. ¶ Et ſunt alia quedam que pꝛedictis pꝛincipalibus deſeruiunt: vt ſunt nerui qui cerebꝛo miniſtrãt. Arterie que deſeruiũt coꝛdi. Uene que deſeruiunt epati. Et vaſa ſpermatica que deſeruiunt teſticulis: ⁊ illis ſperma miniſtrant. ¶ Sunt vero de mẽbꝛis aliam ꝓpꝛiã virtutem habentia: vnde eadem membꝛa regunt ⁊ eoꝛum qualitas conſtat: vt ſunt oſſa: ⁊ cartilagines: ⁊ membꝛane: que ſunt inter coꝛiũ ⁊ carnem: ⁊ muſculi: ⁊ pinguedo: ⁊ caro. ¶ Alia ſunt que propꝛia virtute entia: tamen pꝛincipiũ habent ⁊ vigoꝛem a pꝛĩcipalibus fundamẽtis: vt ē ſtomachus: renes: inteſtina: omneſq; lacerti: hec enim ſua virtute ꝓpꝛia appetũt cibum ⁊ mutant: ⁊ operant ſuos actus ſm naturam: habent ⁊ alias propꝛias virtutes decurrentes a pꝛincipalibus fundamentis: de quibus pꝛincipalibus conſtat ſenſus ⁊ vita cum voluntario motu.

¶ De numero virtutum ⁊ diuiſione.

VIrtutis itaq; trina fit partitio. Eſt virtutis animalis. Et ſpiritualis. Et naturalis.

¶ De virtute naturali. Uirtus ſiquidem naturalis vna eſt que miniſtrat: altera cui miniſtratur. Sed naturalis virtus cui miniſtratur modo generat: modo nutrit: modo paſcit. Uirtus autem que miniſtrat ⁊ non miniſtratur ei: modo appetit: ⁊ retinet: ⁊ digerit: ⁊ expellit que deſeruiunt paſcenti virtuti: quemadmoduȝ paſcens virtus nutribili. Et generanti virtuti deſeruiunt alie due. Una que immutat cibuȝ: altera que infoꝛmat: que in ſe differunt. Nam pꝛioꝛ virtus immutat cibum ⁊ miniſtrat virtuti generanti ſine infoꝛmatione. Secũda vero immutat ⁊ miniſtrat generanti virtuti cum infoꝛmatione. Sed infoꝛmatiue virtutis operationes ſunt quinq;. Aſſimilatiua: concaua: perfoꝛabilis: aſpera: ⁊ leuis.

¶ De virtute ſpirituali. De virtute ſpirituali duo procedũt. Unũ ope-

rationum: aliud ab hoc operatum. Operatiua virtus est que cor dilatat ⁊ arterias: ⁊ iterum constringit. Ab operata vero hec nascuntur: ira: indignatio: victoria: dominatio: astutia: ⁊ sollicitudo.

¶ De virtute animali. Zodiaca virtus tria complectitur. Est vna virtus animalis que ordinat ⁊ componit ⁊ discernit. Secunda que mouetur voluntario motu. Tertia que sensibilis vocatur. De ordinatiua ⁊ discretiua ⁊ compositiua virtute hec procedunt. Fantasia in fronte. Cogitatio vel ratio in cerebro. Memoria in occipitio. Uirtus vero voluntarie mobilis lacertos quibus cetera membra mouentur mouet: q̃ voluntario motu mouent. Uirtus itaqꝫ sensibilis constat visu: auditu: gustu: tactu: ⁊ odoratu.

¶ De operationibus.

OPerationes duobus modis sunt. Sunt operationes: quarum vnaqueqꝫ singulariter quod suum est perficit. Ut est cibi appetitus per caliditatem ⁊ siccitatem. Digestio per caliditatem ⁊ humectationem. Retentio per frigiditatem ⁊ siccitatem. Expulsio per illud qđ est frigidum ⁊ humidum. Sunt ⁊ composite que a duobus componuntur: vt ē desideriū: ⁊ deportatio. Nā desideriū v̄tute duplici componit: Quarum vna est que appetit: altera que sentit. Stomachus enim suam mansionem sentit. Deportatio vero duplici virtute vel amplius componitur. Una que expellit: altera que attrahit vel sentit: altera que appetit.

¶ De spiritibus.

SPiritus igitur sunt tres. Primus naturalis qui sumit principiū ab epate. Secundus vitalis a corde. Tertius animalis a cerebro. Horum primus ab epate per venas que non habent pulsum in totum corpus diffunditur. Secundus a corde per arterias in totum corpus dirigitur. Tertius vero per neruos in totum corpus a cerebro dirigitur: que in septima parte reruꝫ naturaliuꝫ. i. in spiritu cognoscunt.

¶ De numero etatum.

QUattuor sunt etates. s. adolescentia: iuuentus: senectus: ⁊ seniuꝫ. ¶ Adolescentia complexionis videlicet calide ⁊ humide est: in qua crescit ⁊ augetur corpus vsqꝫ ad. xxv. vel. xxx. perueniens annum. ¶ Hanc iuuentus sequitur que calida est ⁊ sicca: perfectum sine diminutione virium corpus conseruans: que. xxxv. vel. xl. anno finitur. ¶ Huic succedit senectus frigida ⁊ sicca: in qua quidem minui ⁊ decrescere corpus incipit: tamen virtus non deficit: quinquagesimoquinto anno vel sexagesimo persistens. ¶ Huic succedit senium collectiōe flegmatis humoris frigidi ⁊ humidi: in quo virtutis apparet defectus: qđ suos annos vite termino metitur.

¶ De dolore cutis ⁊ diuisione.

DOlor cutis duobus modis fit. Aut enim hunc interiora subministrant. Aut exteriora deducūt. ¶ Ab interiorib9 autē duob9 modis accidit. Uel ex abundantia. Seu ab equalitate humorum. Ab equali-

tate est ille qui est compositus ex albedine ⁊ rubore. Ab inequalitate vero procedunt niger: citrinus: rubeus: glaucus: ⁊ albus color. Color nāque rubeus: ⁊ niger: ⁊ citrinus: significant humorem corporis dominantē. Citrinus vero solus significat coleram rubeam. Niger vero solus coleram nigram. Rubeus solus abundantiam sanguinis. Albus namque et glaucus abundantem frigiditatem corporis dn̄antem. Sed glaucus ex melancolia: albus ex flegmate sui causas habere significat. ¶ Ab exterioribus nēpe colores adueniūt: sicut ex frigore scotis: ⁊ ex calore ethiopibus: ⁊ ex alijs multis accidētibus. ¶ Sunt ⁊ alij spāles vel spūales colores: aut ex timore: aut ex ira: aut ex tristitia: vel alijs animi motib⁹.

¶ De coloribus capillorum.

Capillorum colores sunt quattuor. s. niger: rubeus: glaucus: ⁊ canicies. Niger fit ex abundantia colerici incensi vel combustione multa sanguinis. Rubeus a nimietate caloris non adusti: vnde semper fiunt rubei capilli. Glaucus ex abundantia melancolie. Canicies vero fit ex nimia defectione caloris naturalis: ⁊ ex effectu putridi flegmatis: hoc plurimum fit in senibus.

¶ De tunicis oculorum.

Oculorum tunice sunt septem: ⁊ humores tres. Prima tunica dicitur retina. Secunda secūdina. Tertia scliros. Quarta tela aranee. Quinta vuea. Sexta cornea. Septima coniunctiua. ¶ Humorum vero primus est vitreus. Secūdus cristallinus. Et tertius albugineus qui est ante vueam tunicam.

¶ De coloribus oculorum.

Oculorum colores sunt quattuor. s. niger: subalbidus: varius: ⁊ glaucus. ¶ Nigredo fit ex defectu visibilis spiritus: vel ex perturbatione ipsius: aut ex penuria cristallini humoris: vel quia plurimū recedit interius ipse cristallinus humor: aut ex humorum abundantia: qui est similis albugini oui: aut ex perturbatione ipsius: aut ex abundantia qualitatis vuei humoris. ¶ Subalbedo fit ex septem rebus superioribus contrarijs. i. ex abundantia spiritus visibilis: vel claritate ipsius: aut ex magnitudine cristallini humoris ⁊ eminentia ipsius: aut ex minorantia albuginei humoris ⁊ claritate ipsius: ⁊ defectione qualitatis vuei humoris. ¶ Varius vero color ⁊ glaucus fit: si conueniunt cum rebus que accidunt nigredini ⁊ subalbedini. ¶ Varius vero color significat spiritum visibilem magis abundare ⁊ clarescere in sua varietate. ¶ Glaucus vero color significat spiritum visibilem minus abundare ⁊ subnigrescere in sua glaucedine.

¶ De modis qualitatum corporis.

Modi qualitatis corporis quinque sunt. s. crassitudo nimia: ⁊ extenuata macies: sinthesis: squaliditas: ⁊ equalitas. ¶ Crassitudinis due sunt species. s. abundantia carnis: ⁊ pinguedo. Abundātia carnis fit ex abundantia caloris ⁊ humorum. Pinguedo fit ex frigiditate ⁊ humiditate intensa. ¶ Pinguedinis diminutio vel extenuata macies

fit ex caliditate et siccitate intensa. ¶ Sintesis fit ex frigiditate et siccitate intensa. ¶ Squaliditas nempe fit ex frigiditate: et intensa humiditate: aut simul vtrisque intensis. ¶ Equalitas itaque fit ex humorum equalitate. Corporis he sunt forme.

¶ De distantia inter masculum et feminam.

Masculus a femina differt in eo quod hic calidior et siccior est: illa vero est econtrario frigidior et humidior.

¶ Incipit tractatus rerum non naturalium.
Et primo de aeris mutatione.



Eris mutatio fit quinque modis: aut enim fit ex anni temporibus: et ex ortu stellarum: et occasu: ventris: terris et earum fumositatibus.

¶ De temporibus anni.

Anni tempora sunt quattuor. s. Uer equale calidum et humidum. Estas calida et sicca. Autumnus frigidus et siccus. Et hyems frigida et humida. Ex stellis immutatur aeris natura. Nam cum appropinquauerit sol stellis vel ipse: illic calidior fit aer. His quidem a se separatis frigiditas aeris mutatur. s. aut augetur: aut minuitur.

¶ De numero ventorum et eorum qualitatibus.

Uenti quattuor sunt. s. subsolanus: fauonius: septentrio: et auster. Quorum vnus habet virtutem frigidam et siccam. Alter calidam et humidam. Ceteri vero duo equalis virtutis sunt. Quorum vni. s. subsolano caliditas et siccitas. Alteri vero fauonio frigiditas et humiditas attribuuntur. Et auster paulo calidior et humidior. Septentrio vero frigidior et siccior.

¶ De modis terrarum et earum qualitatibus.

Terrarum modi sunt quattuor: altitudo: profunditas: vicinitas montium et maris: equalitas terrarum seu locorum quibus terre a se differunt. Altitudine et profunditate: quoniam altitudo frigiditas: profunditas huic contrarium reddit: Propinquitate montium eueniunt hec: quoniam si ipsi fuerint a parte meridiana terra erit frigida. Nam montes calidis meridiani obstant ventis. septentrionales venti frigidis eam petunt flatibus. si vero septentrio montes habuerit superiori terre contraria erit. Uicinitate maris: quoniam meridies calidam et siccam: septentrio frigidam et siccam terram prebet. Preterea terre sui natura inter se differunt. Nam si fuerit terra petrosa: frigida et sicca. si vero pinguis et crassa: calida et humida. lutea autem frigida et humida erit. Immutatur quoque aer fumositate vel paludum siue putredinis alicuius. vnde fiunt morbi ac pestes in hominibus.

¶ De exercitio corporis.

Exercitium immutat corpus. Quia quando equale est equalem prestat calorem. Cum vero amplius fit magis calefacit: sed postea infrigidat et desiccat. Ociositate corpus immutatur: quia si inequalis est: et frigiditatem facit et humectationem inequalem. si vero equalis equaliter.

¶ De diuisione balnei.

BAlnea autem dulcis sunt aque: aut non dulcis. Sed dulcis aque balneum remollit: calidum calefacit: ⁊ frigidum infrigidat. Non dulcis vero aque balneum desiccat corpus. Quod si ex aqua salsa vel amara siue sulphurea fuerit calefacit ⁊ desiccat. Si vero alluminosa et gypsea infrigidat ⁊ desiccat.

¶ De modis ciborum.

MOdi ciborum sunt duo. Est enim cibus bonus qui bonuz gignit humorem. Et est malus qui malum gignit humorem. Bonuz aūt gignit qui bonum sanguinē creat: ⁊ equalem in cōmixtione ⁊ opere: vt est panis mundus ⁊ recens ⁊ fermentatus: ⁊ caro animalis agni ⁊ edu lina. Malus autē contraria operatur: vt est panis opirus nō recens: ⁊ bouina ⁊ hyrcina caro vetusta. Preterea bonum malūqz humorē creātium ciboꝝ duo sunt modi. grauis atqz leuis. Grauis est caro porcina ⁊ bouina. Leuis pulloꝝ vel pisciuz: caro mediocrium magis mobiliuz ⁊ minus pinguiū ⁊ squamosoꝝ. Est ⁊ olerum genus quod malum generat humorem. s. coleram rubeaz: vt nasturcium sinapis ⁊ alleum. Sunt que generant melancoliam: sicut lens: caulis: caro caprina vetus ⁊ bubulina. Et sunt que generant flegma: vt est caro porcelloꝝ: ⁊ agnoꝝ: portulaca: ⁊ attriplex. Preterea grauis cibus gignit flegma: ⁊ coleram nigram. Cibus leuis coleram rubeam: ⁊ vterqz malus.

¶ De modis potationum.

MOdi potationū sunt tres. Est potus qui nihil aliud est ꝙ potus vt aqua. Est ⁊ alius qui est potus ⁊ cibus: vt vinum. Et est alius potus duobus pertinens superioribus: vt potio que datur contra morbi vitiuz aliqđ: vt mellicratū: vel mulsa: vel conditū. Cibus vero huius vtilitatis est q꞉ reparat integritatē corporis recto ordine. Potus vero hanc vtilitatē prestat q꞉ reportat cibū per corpus. Sed illius potus quē potioni diximus pertinere: corporis naturā ad se conuertit.

¶ De somno.

SOmnus corporis naturaz imutat. Primo quia infrigidat exteri⁹: ⁊ calefacit interius. Qui si prolixus fuerit: infrigidat ⁊ humectat. Vigilijs quoqz imutatur corpus: quia extrinsecus calefaciunt: intrinsecus autez infrigidāt ⁊ exiccant.

¶ De coitu.

COitus hoc prestat corpori. siccat corpus: ⁊ minuit naturalem virtutem: ideoqz infrigidat: multotiens vero ex multa concussione corpus calefacit.

¶ De accidentibus anime.

SVnt quedaz accidentia anime que faciunt intra corpus aliquod: sicut que cōmouent naturalē calorez ab interiori parte ad superiorez seu superficiez cutis. Aut impetuose: vt ira. Aut leuiter cū suauitate: vt delitie ⁊ gaudiuz. Sunt aūt q̄ ad caliditatez contrahunt ⁊ celant. Aut impetuose vt terror vel timor. Aut leuiter vt angustia. Et sunt que cōmouent naturalez virtutē intus ⁊ extra: vt est tristitia.

¶ Incipit tractatus rex contra naturaz.



Ria ergo ꝯtra naturā sunt: morb⁹: morbi causa: ⁊ accñtia morbū sequētia. Morb⁹ est q̄ p̄ncipal̄r corpori nocet nullo mediatore q̄ eū adiuuet: vt calor in febre succedente.

¶ De febribus.

Febris est calor innaturalis: cursuz supgrediens nature: p̄cedēs a corde i arterias: suoq; ledēs effectu. Cuius sunt tria genera. Unū in aia: ⁊ dicitur ephimera. Aliud de hūoribus q̄ putrescūt ⁊ putrida nūcupat̄. Tertiū ledit mēbra solida: ⁊ ipsa est ethica. Quarum ephimera nascit̄ ab accidenti occasione. Putrida quoq; a putridis rebus: cuiusmodi sūt simplices atq; singulares: ⁊ sūt quattuor. Primus modus est qui fit de putredine sanguinis cōburens vtrāq; partem interiorem ⁊ exteriorem: vt est sinochus. Secundus qui fit de putredine colere rubee: vt est trithe⁹. Terti⁹ fit ex putredine flegmatis: vt est quottidianus. Quartus vero qui fit ex putredine melācolie: qui intermissis duob⁹ diebus affligit infirmū: ⁊ dicit̄ quartanus.

¶ De modis ⁊ speciebus febriuz.

Modi preterea febrium ex putredine accidentium tres sunt. Est febris que quottidie minuitur vt peraugmasticus .i. decrescens. Et est que augetur vt augmasticus donec recedat. Est qui in eodem statu permanet donec iterum recedat vt homothenus. Continua febris de putredine venarum fit declinans quidem extra venas in aliquibus corporis partibus. Horripilatio fit in febribus ex infusione putredinis in sensibilibus membris mordens ⁊ infrigidās. Ideoq; horripilatio fit in febribus illis que habent anesim .i. interpollationem: q: putredines extra venas sunt.

¶ De modis apostematum.

Apostematuz autē quattuor sunt modi simplices: Aut eniz fiunt ex sanguine ⁊ dicuntur flegmones. Aut ex colera rubea ⁊ dicuntur herisipile. Aut ex flegmate quod est coagulatuz: ⁊ dicunt̄ vndimie vel cimie .i. tumor. Aut ex colera nigra: ⁊ dicuntur cancri flegmonum. ¶ Ex sanguine signa sunt hec: rubor: duritia pulsus: dolor: calor: ⁊ tumor. ¶ Ex colera flegmonuz signa sunt hec: calor: rubor mixtus citrino colori: magnitudo doloris cū punctione: ⁊ velox augmētatio. ¶ Ex flegmate flegmonis signa sunt hec: albedo: mollities: vt si digitū impresseris: quasi signū facit foraminis: ⁊ est sine dolore. ¶ Ex colera nigra flegmonis signa sunt hec: durities ingēs cū nigredine absq; sensu.

¶ De re naturali in humano corpore.

In humano corpore vnaqueq; res naturalis si propriam naturaz retinuerit facit sanitatem. Si vero eam dimiserit: aut facit egritudinem: aut neutrum.

¶ De generibus egritudinum.

Genera egritudinum sunt tria .s. consimile: officiale: ⁊ vniuersale. ¶ Est quidez egritudo consimilis similibus membris contingēs

que ſimilis ſortiuntur vocabula cum eadem paſſione: vt eſt caput do- lens. ⸿ Et eſt officialis egritudo que accidit officialibus membris: ſicut ſunt pedes: manus: lingua: dentes ⁊c̃. Que nomina ſibi ſumunt ex ſibi accidẽte infirmitate: vt podagra pedi: ⁊ ciragra manui. Uel que nomi- na ſumunt ex membris quibus accidunt: vt ciragra ⁊ podagra. ⸿ Et eſt deniq̃ꝫ vniuerſalis egritudo que ſociat ſupradictis duab⁹: vt eſt mem- brorum ſeiunctio ⁊ paralyſis.

¶ De egritudinibus ſimilibus mẽbris.

Egritudines ergo que partium habent ſimilitudinem octo ſunt: quattuor ſimplices: ⁊ quattuor compoſite. ⸿ Simplices ſunt: aut ex ſola caliditate: aut ex humiditate: aut frigiditate: aut ſiccitate. ⸿ Ex his inter ſe iunctis ſunt quattuor compoſite. ſ. fri. ⁊ humi. fri. ⁊ ſic. ca. ⁊ humidum ca. ⁊ ſic. ⸿ Haruꝫ octo per ſingulas duo modi ſunt egritudi- nis. Aut enim fit ex qualitate ſimplici. Aut ex humoris alterius com- mixtione. Ex ſimplici vero qualitate contingit infirmitas que ſolidis accidit membris que grece ethica dicitur. Egritudo calida: que ex hu- more accidit eſt febris ex putredine: vt ſuperius dictum eſt. Egritudo frigida que ſine aliquo humore accidit eſt: vt algor ex nimia frigidita- te aeris ſeu niuis. Et eſt egritudo que cum aliquo humore frigido ac- cidit: vt paralyſis que fit in toto corpore: aut in parte. Modus hume- ctati morbi eſt qui fit proprie vt non indigeat alterius humorum ad- mixtione: vt eſt frigidum vulnus: vel vacuum: vel fetidiſſimum cum tabiditate corporis quemadmoduꝫ inflata caro hydropicorum vacuo ſqualore torpens. Morbus vero humidus eſt alios trahens ad ſe hu- mores: vt hydropiſis. Morbus ſiccus eſt cum humore: vt cancer du- rus ⁊ ſiccus.

¶ De morbis in officialibus mẽbris.

Morbi in officialibus mẽbris accidentes quattuor ſunt. Ipſi ſunt qui accidunt in plaſmatione. i. forma creature: ⁊ in quantitate membroꝝ: ⁊ in naturalis numeri ſuperfluitate: ⁊ in mẽbroꝝ poſitione. ¶ De morbis in plaſmatione. Morbi officialium in forma hominis quinq̃ꝫ modis fiunt. Membrorum inconuenientia: vt eſt feda capitis longitudo. In concauitatibus: vt ſi manum pedumq̃ꝫ concauitas car- ne repletur. In poris: vt eorum ſtrictura: aut largitas. In aſperitate: vt gutturis: aut pulmonis canalium aſperitas. In lenitate: veluti ma- tricis lenitas vel ſtomachi.

¶ De morbis in quantitate membrorum. Morbi in quantitate membro- rum fiunt ex abundantia ſpermatis cum membra creſcunt amplius q̃ꝫ decet. Sicut videmus fieri in magno capite: ⁊ in lingua groſſa. Aut vltima paruitate ⁊ indecenti: vt paruũ caput: ſtomachus ⁊ epar.

¶ De morbis in numero membrorum. Morbi in numero membrorum fiunt: aut ex augmento: aut ex diminutione. Scd̃m augmentum quidẽ: aut ex curſu nature: vt ſuperfluus digitus. Aut extra curſum: vt lum-

dulci: astariades: verruce: ⁊ acrocordines. s. magne carnis additiões: vel verruce magis late: vel pori. Scdm diminutioné vero: aut vniuersaliter vt oium digitorum abscisio. Aut particulariter: vt vnus digitus.

¶ De morbis in situ membrorum. In positione membrorum fiunt morbi: aut propter membri motionem de loco suo: aut ex dispositione vicini membri: vt sunt digiti ⁊ labia: que conglutinantur: vel adherēt ⁊ nō separantur: aut que separantur ⁊ non conglutinantur. Sed separatio adherentis membri: vniuersaliter fit: aut in membris consimilibus: aut officialibus. Consimilibus membris vt ossibus: ⁊ neruis: carne: venis ⁊ lacertis: ⁊ cute. Quod si acciderit ossi: fractura dicitur. Si carni ex recenti tempore: plaga dicit. Si vero ex veteri. non tm̄ plaga sed putrida plaga nūcupat. Qd̄ si venis neruis: ⁊ arterijs: alio atq; alio noīe nūcupat. Si aūt euenerit medijs lacertis: contusio siue contritio nuncupat. Si vero in cute: excoriatio dicitur. Que si inueterauerit putrida plaga nuncupatur. In officialibus vero membris perpetua fit separatio: vt ē manus: vel pedis abscisio.

¶ De qualitatibus corporum.

Corporis qualitates sunt tres. s. sanitas: egritudo: ⁊ neutralitas. ꝑ Sanitas est temperamentum perficiens vel custodiens res naturales sm cursum nature. ꝑ Infirmitas est intemperantia extra cursum nature: naturá ledens: vnde fit lesionis effectus sensibilis. ꝑ Neutrum quidem est qd nec sanum nec infirmum dicitur. ¶ Sed neutralis qualitas tribus modis constat. Ut si in vno corpore simul conueniant infirmitas ⁊ sanitas. In diuersis membris: vt est in corpore ceci ⁊ claudi: siue in corpore senis: cui nec vnum membrum remanet quod non malum fiat ⁊ patiatur. Et si corpus hominis aliquibus horis sanum fuerit: alijs vero infirmum: vt eorum qui estate infirmantur: hyeme sani sunt. Qui autem frigidioris nature fuerint: hyeme infirmantur: estate sani sunt. Et qui humidam naturam habuerint: in pueritia infirmantur: in iuuentute ⁊ senectute sanantur. Qui vero siccam habuerint naturam: in pueritia sani sunt: in iuuentute autem ⁊ senectute infirmantur. ¶ In tribus inuenitur rebus sanitas ⁊ infirmitas ⁊ neutrum. Aut in corpore in quo trium qualitatū vnaqueq; reperitur: Aut in causa faciente illas: ⁊ regente: ⁊ conseruante. Aut in significationibus eas significantibus.

¶ De modis occasionum.

Occasionis vero duo sunt genera: vnum est naturale: ⁊ est aliud extra cursum nature. Occasiones autem naturales: aut faciunt sanitatem: aut conseruant. Occasiones conseruantes pertinent ad sanitatē. Facientes vero ptinēt ad infirmitatē expellēdā. Occasiones non nāles aut que vltra naturam procedunt: alie pertinent ad infirmitatem: alie ad neutralitatem. Sed egre occasiones faciunt infirmitatez: ⁊ sunt res easdem infirmitates conseruantes. Ille vero que pertinent nec ad sa-

nitatem nec ad infirmitatem: cõstituũt neutrum atq3 conseruant.

¶ De occasiõib⁹ sanitatis ꝛ egritudinis infirmitatis.

OMnium occasionu3 societatem habentiũ cum sanitate ꝛ infirmitate sex modi sunt. Quoꝝ vnus est aer: qui humanum corpus circundat. Cibus ꝛ potus. Et motus: ꝛ quies. Somnus: ꝛ vigilie. Inanitio: ꝛ repletio. Et accidentia anime. Que omnia si cũ moderatione decenti fuerint: ꝛ in quantitate: qualitate: tempore: opere: ꝛ ordine: custodiunt sanitatem ab accidentibus. Quod si contra hoc aliqd fuerit: accidunt infirmitates: ꝛ permanent. ¶ Modi occasionum infirmitatem facientiu3 sunt tres. Nam alie sunt que vocanť primitiue que exterius accidunt corpori: vt calor ꝛ frigus. Sunt ꝛ accidentia que admouẽtur intrinsecus in corpore: vt repletio: ꝛ inanitio. Sunt ꝛ alie que vocanť coniuncte: que cum adsunt: adest infirmitas: ꝛ abeuntibus his infirmitas abest: vt putredo in febribus.

¶ De diuersitate egritudinum.

EGritudinum fm aliam diuisionẽ modi sunt duo. Cõmuniter: aut proprie. Que cõmuniter accidũt aut accidentaliter: vt percussio: combustio: morsus: deceptio: ꝛ cetere res nociue. Aut necessario: vt alia superius memorata: que vt dictum est sunt socia sanitati ꝛ infirmitati. Que vero proprie sunt egritudines: aut sunt in consimilibus membris ꝛ conseruant e[illegible]rtitudinem: aut officialib⁹: aut in continua diuisione.

¶ De modis morborum ex calore procedentium.

MOdi morborum ex caliditate procedentium quinq3 sunt. ¶ Primus fit ex cõmotione spirit⁹: aut ex cõmotione corporis. Ex commotione spiritus vt ira. Ex cõmotione corporis vt labor vel superbia. ¶ Secundus vt est concursus visibilis caliditatis cum effectu: vt hypanthasis. i. expositio ad solem. ¶ Tertius ex caliditate corporu aduenientе cum potestate qñ recipit caliditate3 ex vsu acruminu3. ¶ Quartus fit ex interclusione pororum: vt ex frigiditate hyemis. ¶ Quintus fit ex putredine humorum: vt in febribus.

¶ De causis frigidorum morborum

OCcasiones frigidorum morboru3 octo sunt. ¶ Prima est occursus frigoris visibilis cum effectu: vt frigiditas niuis. ¶ Secunda vt frigiditas opij adueniens fortiter humano corpori. ¶ Tertia ex abundantia ciborum corpori adueniente atq3 replente ꝛ extinguente naturalem calorem. ¶ Quarta ex paruitate ciborum: vnde calor naturalis extinguitur. ¶ Quinta vero ex abundantia frigoris vel humoris frigidi poros obturantis: vnde naturalis calor minuitur. ¶ Sexta ex dissolutione ꝛ apertione corporũm ad dissoluendum ꝛ euacuandum naturalem calorem. ¶ Septima ex commotione ꝛ exercitio nimio: vnde fit multa dissolutio humorum ꝛ euacuatio ꝛ sudor: vnde corpus attenuatur. ¶ Octaua fit ex requie ꝛ occasione multa.

¶ De causis siccorum morborum.

Siccorum morborū occasiones sunt quattuor. ¶ Prima est occursus aliene siccitatis visibilis ac manifeste cum effectu: vt venenī siccitas. ¶ Secunda vero ex aduentu sicce rei in corpore cum fortitudine: vt acetum sal sinapis. ¶ Tertia paruitas cibi ⁊ potus. ¶ Quarta cōmotio nimia ⁊ exercitium.

¶ De causis morborū humidorū.

Occasiones morborum humidorum quattuor sunt. ¶ Prima vt occursus rei afferentis humorem cum effectu: vt balneum. ¶ Secūda vt ingressio rei afferentis humorem cum virtute in corpore: vt recētes pisces. ¶ Tertia autem vt nimietas cibi ⁊ potus. ¶ Quarta sicut requies ⁊ ocium.

¶ De modis morborum.

Modi morborū ex innaturali malitia cum aliquo humore decurrentium ad infirma loca quattuor sunt. ¶ Primus est virtus mēbri impellentis ⁊ debilitas membri sustinentis. ¶ Secundus multitudo humoris. ¶ Tertius debilitas virtutis nutrientis. ¶ Quartus largitas vie pororum.

¶ De malitia egritudinis.

Malitia egritudinis ingreditur ⁊ superuenit in consimile mēbrū naturale quinqȝ modis. Aut contingit in vtero materno. Aut in tempore natiuitatis. Aut enī constringitur fascia. Aut ex malo nutrimento: siue ex aliqua infirmitate adueniente in predictis temporibus vel postea. Si tēpore cōceptionis in vtero debilitat aliqđ cōsimile membrum fit ex abundantia spermatis: aut ex paruitate ⁊ indigentia conuenientis qualitatis spermatis: vt si fuerit grossum ⁊ pingue: vel aquosum: ⁊ tenue. ¶ Quando vero nascitur infans debilitatur aliquod in eo membrum si egressus fuerit non equa sed mala egressione: vt supinus: aut super genua incuruus. ¶ Cum igitur fascia constringitur inconuenienti constrictione duplicatus debilitatur. ¶ Quando autem nutritur male ⁊ inconuenienter lac suggendo vel accipiendo debilitatur. ¶ His vero temporibus vel postea infirmitate accidente egritudinis malitiam consimili membro superuenit ex cuiuslibet nerui incisione. Et si passus fuerit ex aliquo accidenti: siue debilitatem: seu vulnus vel apostema.

¶ De egritudinibus membrorū consimiliū.

Ingreditur egritudo consimile membrum naturale septē modis. Aut ex obstetrice si culpam habuerit cum tenet infantem. Vel si permiserit ambulare ante debitum tempus sen congruū. Vel ex medico: si contrafacta ⁊ collisa membra ignoranter constituerit ⁊ constrinxerit. Ex infirmo si ea commouerit a medico composita anteq̄ solidentur ⁊ firma sint. Ex fractura: vt si super musculum vertebri quod in femore est contorqueatur coxa. Aut ex concussione: vt si cōprimatur nasus ⁊ accidet vt fiat chimus: Aut ex malo humore qui accidit leprosis: siue ex paruitate humoris accidente ptisicis.

¶ De modis constrictionis: et largitatis: pororum: lenitatis et asperitatis.

Constrictio pororum fit tribus modis; vel occasionibus. Aut ex constrictione attenuatoria. Aut ex carnositate. Siue ex coartatione. ¶ Constrictio vero fit: aut ex nimietate virtutis retinentis. Aut ex debilitate virtutis expellentis. Aut ex abundantia frigoris. Aut ex abundanti constrictione comprimente aliquam partem loci; vt sepe fit ex ligatura constricta. Aut ex abundantia siccitatis. ¶ Ex carnositate vero constringuntur pori: vt si acciderit aliquod apostema et fiat carnositas: aut si prius euenerit aliquid vulnus. ¶ Ex coartatione vero: cum deciderit aliquid in poris: vt humor siue lapis seu coagulatus sanguis aut aliquid latitans in eis: vt superflua caro et scabies. ¶ Largitas quoque pororum quattuor fit modis. Aut ex multa cōmotione impellentis virtutis. Aut ex debilitate retinentis. Aut ex abundantia colorum et humorum. Aut ex medicamentis aperientibus. ¶ Lenitas accidit duobus modis: videlicet de intus: et de foris. Sed intus ex humore viscoso liquefacto. Foris vero ex cera liquefacta: cum vnguento. ¶ Asperitas autem duobus modis fit: de intus: et de foris. Intus namque ex superfluo humore et acuto. Foris vero et fumo et puluere.

¶ De superfluitate membrorum in numero.

Superfluitas membrorū in numero accidit duobus modis; Nam superfluitas si fuerit naturalis erit ex superfluo humore naturali et bono: vel ex abūdantia virtutis informatiue. Que si fuerit extra cursum naturalem: erit ex hūore non naturali et inconuenienti: aut ex abūdantia virtutis vel debilitate.

¶ De diminutione membrorum.

Diminutio membrorum in numero duobus similiter fit modis: aut interius: aut exterius. Interius propter diminutionē humorum. Exterius ex combustione ignis: aut ex frigore: siue putredine: siue incisione. Putredo autem accidit: aut ex potione mortificante: aut putredinem faciente: aut ex constrictione et retentione illius humoris qui soluitur.

¶ De magnitudine membrorum.

Magnitudo mēbrorum tribus modis fit. Aut ex multitudine humorum. Aut ex abundantia virtutis. Aut ex cōmixtione vtrorūque. ¶ Paruitas fit tribus modis similiter. Aut ex debilitate virtutis. Aut ex incisione. Uel cōbustione ignis: vel ex frigore niuis.

¶ De cōmotione membri.

Commotio membri de suo loco duobus modis fit. Aut ex commotione voluntaria. Aut ex humore vicino equitati dissoluenti mēbrum et lubricum facienti. ¶ Membrum vel os egreditur a sua iunctura et mutatur duobus modis similiter; Aut ex iunctura in qua nō conuenit separatio. Aut ex separatiōe vbi nō conuenit iunctura. Si ex coniunctione hoc fuerit sine separatione: aut erit ex humore acuto patientis: aut ex accidenti vulnere: aut spasmo. Si vero fuerit ex separatione.

vbi non eõuenit coniunctio: aut ex grosso humore: aut ex accidenti vulnere: aut ex spasmo.

¶ De separatione iuncture.

SEparatio iuncture duobus modis fit: aut intrinsecus: aut extrinsecus. ¶ Intrinsecus vero fit: aut ex humore acuto & incidēti. Aut ex ventositate pingui distendēte vel dissipante. ¶ Extrinsecus vero fit: aut cū scissura: aut fractiõe: aut exercitio nimio: aut incisiõe vt ensis: aut quod distendit vt funis: aut qd contūdit vt lapis.

¶ De modis & numero significationū.

GEnera significationum sunt tria. Alia enim significant sanitatē. Alia egritudinem. Alia neutrū. ¶ Quarum significationū vnūquodq; genus in duo partitur. Sunt enim que significantur de officialibus membris. Et sunt que significantur de consimilib⁹ mēbris. ¶ Consimiliū partiū significationū duo sunt modi. Alie enim sunt substātiales. Alie accidentales. Substantiales vero vt est calor: frigiditas: siccitas: & humectatio. Accidentales autē quedā significant: aut per tactū vt durū: molle. quedam per visū vt coloratum. quedā per perfectionē virtutū. vt sunt operationes plene & perfecte.

¶ De signis officialiū mēbrorū.

SIgnificationum membrorum egritudinis officialium duo sunt modi similiter scilicet: substantiales: & accidentales. Substantiales significationes quattuor sunt: ars: modus: numerus: & positio. Accidentales significationes similiter quattuor sunt: bonū: malum: perfectum: & imperfectum.

¶ De generibus significationū.

GEnera significationum perficientiū suū genus tria sunt. Quedam sunt que significant preteritam rem que iam abijt: & dicunt cognitiua vel agnitiua: vt videntes corpus humidū agnoscimus quia sudor precessit. Alia significant presentia que a Galieno dicuntur demōstratiua: & agnoscuntur per significationes: veluti cū inuenitur pulsus magnus & citatus: intelligimus quod significat calorē superantē. Sūt & alia que significant futurū & antecedit agnitio: vt cum viderimus labiū inferius citari percipimus vomitū accidere: qui postq̄ acciderit vocatur precessio significatiua. Sed inter significationes & accidentia distat: quoniā est diuisio cū augmento inter eas. Quod si vnāquāq; diuisionū scrutari volueris: vnā habet habitudinē: sed infirmo hec sunt accidentia: medico aūt significationes.

¶ De signis accidentiū & numero.

ACcidentia ergo significatiua tria sunt. Aliud enim est virtus operatiua mutata: sicut indigestio. Aliud autem corporis qualitas mutata: vt icteritia. Aliud exiens a corpore: vt nigra vrina.

¶ De virtutis operatiue imutatione.

VIrtutis operatiue immutatio triplex est. Aut enim ex toto est: sicut indigestio. Aut ex parte: sicut oculorum obscuritas vel tardā

digestio. Aut de qualitate in qualitatem: velut de bona digestione in fumosam vel acidam vel quasi sicut musca: vel ligna in oculis apparentia: aut ex parte visus vel obscuritas.

¶ De modis mutationis qualitatis.

Qualitatis mutate corporis significatio quattuor modis fit. Aut enim per visum sicut icteritia vel morphea: & nigredo lingue & similia. Aut per odoratum: vt anhelitus fetidus: vel sudor: vel polipus: vel hyrcus: & similia. Aut per gustum: vel salsum: amarum: vel acidum. Aut per tactum: vt molle & durum.

¶ De exeuntibus a corpore.

Exiens a corpore bipartita est significatio: vna cum sonitu: altera sine sonitu. Cum sonitu vt oris ructus: vel intestinorum rugitus vel per anum ventus. Eius vero que est sine sonitu innaturali tripliciter habetur. Alia quantitate: vt lienteria. Alia qualitate & vrina nigra: Alia vtraque vt sanguinis fluxus.

¶ De motione membrorum.

Membrorum mutatorum significatio bifarie diuiditur: intrinsecus videlicet & extrinsecus. ¶ Intrinsecus sex modis. Alia enim a mutatione operatiue virtutis in membro. Alia ab exeuntibus a corpore. Alia ex dolore in membro vicino pertinenti. Alia ex proprio loco. Alia ex innaturali remotione de loco. Alia ex patientis iudicio. ¶ Extrinsecus fit tribus modis. Aut per visum vt album vel nigrum. Aut per tactum vt durum & molle: calidum & frigidum. Aut per vtrumque: vt magnum vel paruum: plus vel minus.

¶ De occasionibus egritudinum.

Occasiones egritudinum sunt tres. Nature mutatio. Officialis membri inconueniens habitudo. Juncture separatio.

¶ De operatione medicine.

Operatio medicine habet triplicem effectum. Aut enim custodit sanitatem secundum multitudinem suam. Aut ex infirmitate facit sanitatem. Aut econtrario.

¶ De regimine sanitatis.

Regendorum sanorum triplex est modus. Egrotare parati. Incipientes infirmari. Et defecti. ¶ Infirmari paratos supradictorum sex competenti moderatione regimus. Incipientibus infirmari: duplicem curam adhibemus. Aut enim chimi superabundantiam trahimus. Aut nature defectionem reparando: predictorum sex que sunt necessaria adhiberi precipimus. Defectorum alij infantes: alij senes: alij ex infirmitate conualescentes.

¶ De diuisione medicine in generali.

Omnis medicina: aut est vniuersalis: aut particularis. Vniuersalis est sex precedentium recta ordinatio. Particularis per contrarium fit triplex. Alia enim in consimilibus membris. Alia in officialibus membris. Alia in juncturarum separatione. Assimilatiua membra mutata reddimus similitudini

& in sua

& in sua qualitate stare colligãdo cõpescimus. ¶ Concaua si preter modum ampliata fuerint ad sui moduz constringimus & quietem inducimus. Si minus: contrarium. In largis autem similiter addito contrario cause: vnde vitiũ acciderit: foramina strictiora suo modo facimus. Si defectu contentiue virtutis contigerit: fomentis & cataplasmate mollimus. Quod si de expulsiue est defectu: dyaforeticis & confortatiuis. Si de stiptica causa: mollificatione. Si de sicca: humectatione. Si de constrictione: solutione. Ea vero que de naturali dispositiõe fuerint mutata: suo loco restituimus. Si de apostemate apostema maturãdo: sanamus. Si de naturali iunctura: eaz aut aperitiuo medicamine: aut chyrurgia disiungimus. Si de qualibet nascentia: ipsam delemus. Si de asperitate: leuitate. Si de leuitate: asperitate.

¶ De ablatione superfluitatis.

Superfluitatem in numero: aut tollemus ex parte: vt scrophulas. Aut ex toto: vt cancrum. Separationem in numero sanamus. Si ex abundantia sanguinis fit: in omni etate tollimus. Si ex spermate in pueritia tantum sanamus. Paruitatem membrorum motibus & fomentis admodum augmentamus. Magnitudinem vero comprimendo quiete mutamus & minuimus.

¶ De mutatione membrorum.

Mutationem membri de suo loco reddimus loco proprio duobus modis. Aut enim separatum iungimus. Aut iunctũ separamus. ¶ Necessaria ad separatorum iuncturam quattuor sunt. Separata iũgere. Juncturam custodire. Ne rescindatur defendere. Naturam loci custodire.

¶ De sufficientia & diuisione medicine.

Omnis enim medicina est: aut eorum sex modis que supra diximus temperata exhibitio. Aut potio. Aut chyrurgia. ¶ Operatio medicine habet triplicem effectuz. Intus vt ea que ore: aut narib⁹: auribus: siue ano: siue vulua intromittamus. Foris vt epithima: cataplasma: emplastra: & similia que foris operantur. ¶ Medicine interioris operatio in tria diuiditur. Aut enim soluit: vt farmacia. Aut comprimit: vt coctana. Aut mutat qualitatem: vt aqua frigida in febrib⁹. ¶ Eius autem effectus quadruplex est. Aut enim minuit abundantiã: vt farmacia. Aut replet inopiam: vt caro vel sanguis. Aut cõstringit solutum: vt stipticum. Aut mutat qualitatẽ: vt frigida aqua in febribus.

¶ De chyrurgia.

Chyrurgia duplex est: in carne: & in osse. In carne: vt incidere suere: coquere. In osse: vt solidare: aut innectere: aut reddere.

¶ De specierum cognitione.

Specierum cognitio quinqz modis fit: qualitatis: quantitatis: tẽporis: ordinis: boni malive discretio.

¶ Libri Hysagogarum Joãnitij cum dei laude Finis.

¶ Incipit liber Philareti de pulſibus.


Ntentionem habemus in preſenti conſcriptione de pulſuum negocio compendioſam exponere traditionē ⁊ dicere primum quid ſit pulſus: ⁊ que vtilitas pulſus: ⁊ q̄d eſt arteria: ⁊ quare dicatur arteria: ⁊ vnde exoꝛitur.

¶ Quid eſt pulſus.

I Ncipiendum a pꝛimo. Pulſus eſt motio coꝛdis ⁊ arteriarum que ſm̄ diaſtolem ⁊ ſiſtolem fit: ad infrigidationē caloꝛis innati: ⁊ egeſtionem vel eiectionem fumoſarum ſuperfluitatum.

¶ Quot ſunt efficientia pulſuum.

E Fficientia pulſuum ſunt tria: virtus faciens motionem; vtilitas inducens: ⁊ inſtrumentum obediens.

¶ Quid eſt arteria.

A Rteria eſt coꝛpus oblongum rotūdum ad inſtar canalis: duab⁹ tunicis conſiſtens: a coꝛde incipiens: ⁊ in omne coꝛpus diuiſum: aerem ⁊ ſpiritum vitalem continens.

¶ Unde dicitur arteria.

A Rteria dicitur a paratopyr. i. ſeruare aerem vitalem.

¶ Unde oꝛitur arteria.

H Ec vero a ſiniſtra auricula coꝛdis que dicitur adoꝛti exoꝛit: que ſcindit dupliciter. Et hec quidem fertur deoꝛſum per interioꝛa: ⁊ diuidit in dextram ⁊ ſiniſtram: ad coxas ⁊ vſq; ad pedes ⁊ digitos. Altera vero rurſus fertur ſurſum: ⁊ diuiditur ſimiliter in dextrā ⁊ ſiniſtram: in manus ⁊ caput. Et que quidem ad caput fertur facit arterias: que dicuntur parotide. Que vero in dextram ⁊ ſiniſtram intrinſecus fertur tendit ad bꝛachia: ⁊ cubitos: ⁊ vſq; ad extremos manuum digitos. Intentionem vero habet p̄ſens conſcriptio: ad pulſuum motionem ⁊ cognitiones ⁊ cauſas exponere.

¶ Quotiens mutatur pulſus.

T Ripliciter. ab his enim que ſm̄ naturam: ⁊ que cōtra naturam: ⁊ que non natura: velut craſibus viroꝛum ⁊ mulierum: ⁊ etatibus ⁊ aliis coniugatis. Hominum enim hi quidem mares: he vero femine. Et hoꝝ ipſoꝛum: hi quidem calidioꝛes ſm̄ craſim: hi vero frigidioꝛes. ⁊ hi quidem graciles natura: hi vero pingues ⁊ carnoſi. Et viri quidem mulieribus omnino calidioꝛes ⁊ foꝛtioꝛes ſm̄ naturam ſunt. Merito igitur pulſus in eis velocioꝛes ⁊ vehementioꝛes ſunt: mulierum vt frigidaꝝ: tardioꝛes ⁊ leuioꝛes. In vtriſq; vero hoꝛum: dico autem viris ⁊ mulieribus intenſa craſi intenditur ⁊ pulſus. In calidioꝛi quidē maioꝛes ⁊ velocioꝛes ſunt; calidum enim velociter mobile. In frigidioꝛe

vero minores ꝛ tardiores: frigidum enim tarde mobile. Habitudines vero in vtrisqꝫ iueniunt: velut gracile ꝛ carnosum. In gracilioribꝰ.n. multum subiacent tactui pulsus: in pinguibus vero ꝛ carnosis humiliores. ¶ Cõsiderandum ergo est ad cõiugata velut regiones ꝛ tempora: ꝛ etates particulares constitutiones: ꝛ est dicere in temporibꝰ quattuor anni quidem existentibus: vere: estate: autũno: ꝛ hyeme. Horũ duo sunt bene temperata: ver ꝛ autũnus. distemperata vero: hyems ꝛ estas. Merito ergo vere ꝛ autumno pulsus sunt magni ꝛ fortes valde propter temperamentum qualitatis: manifestum est quoniaꝫ ſm etates ꝑportionantur. In estate enim velociores ꝛ spissiores sunt ſm vnamquãqꝫ etatem necessitatem inducente: propter continentis nos exterius caliditatem aeris. In hyeme vero rariores ꝛ tardiores pulsus fiunt propter aeris continentis frigiditatem aut constrictionem. ¶ Similiter autem ꝛ in vnaquaqꝫ regione ſꝫ illius crasim ꝛ pulsus commutatur. Calidior siquidem magnos ꝛ veloces facit pulsus. Frigidior est econtrario. ¶ Dicamus autem de etatibꝰ. Si igitur etates differentes sunt: ꝛ pulsus earum differentes mouebuntur. Puerorum siquidem pulsus veloces sunt ꝛ leues ꝛ spissi: ſm vero magnitudinem ꝛ fortitudinem medij. veloces quidem quoniam ſm substantiam abundat in eis naturalis calor. spissi propter abundantem in eis ſm quantitatem caliditatem. leues vero quoniam imperfecte sunt in eis virtutes. Dicimus enim quoniam leues ex imbecillitate virtutum fiunt. Seni vero econtrario tardiores ꝛ rariores: quantum ad pueros propter imbecillitatem ꝛ frigiditatem que in eis est. Augmasticorum vero magni ꝛ fortissimi eo ꝙ fortes in eis magis virtutes sunt. Similiter autem ꝛ ſm temporis qualitatem commutant crases ꝛ pulsus: sicut enim predictum est continens mutat contentum ad propriam eius crasim. In pregnantibus vero mulieribus sunt parui: spissi ꝛ veloces. parui vero eo ꝙ grauatur virtus ex fetu. spissi vero ꝛ veloces propter inducentem necessitatem pregnantis ꝛ fetus. In somno vero sunt pulsus minores ꝛ leuiores: manifestum est quoniam fit naturali calore ingrediente profundum. In superuenientibus vero crasibus ad superuenientia mutantur ꝛ pulsus. Similiter autem ꝛ in gracilibus vt quando ſm naturam virtus patitur: aut ſm substantiam alicuius principalis partis: aut ab aliquo faciente vel grauante eam. ¶ Ueniamus igitur ad ea que non natura. Hec vero sunt gignasea: balnea: cibi: multi vini potio: ꝛ aque multe potatio. ¶ Similiter in his que preter naturam: hoc est causis egritudinibus: ꝛ accidentibus similiter ſm predicta considerare oportet. Sciendum enim quoniam que ſm naturam ꝛ que non natura: si immoderate fiant: in id quod preter naturam est vertuntur pulsus.

¶ Quot sunt obseruanda in cognitione pulsus.

Cum ergo ad egrotũ ingrederis quẽ nunꝙ vidisti: attende ꝑus quidẽ si masculus aut femina est. Et si masculus ꝯsidera pulsum

masculi. si vero femina: femine. Deinde naturam laborantis ꝛ etatem eius. Et post hoc tẽpus anni ꝛ regioneꝫ. Et comparans omnia ꝛ coniectans qualem pulsuꝫ laborantẽ habere oportuit quando sanus erat: tunc cognosces diligenter magnitudinem preter naturam facte conuersionis pulsus.

¶ Quot sunt genera pulsuum.

Genera pulsuum sunt decem. ¶ Primum genus ſm quantitatem trium dimensionum consideratur: scilicet ſꝫ longitudineꝫ latitudinem ꝛ profunditatem. Conuenienter igitur iste augmentatus ſm tres dimensiones transcendens modum dicitur magnus pulsus. ¶ Secũdum genus pulsuum est ſm quantitatem motionis arterie diastolis ꝛ sistolis: in quo consideratur velox tardus ꝛ mediocris. ¶ Tertium genus pulsuum ſm genus virtutis: in quo consideratur fortis debilis ꝛ mediocris. frequentia enim accipiens magnitudinem facit validum. quando vero dominatur virtus causarum: tunc magis fit validus pulsus: ꝛ econtrario. ¶ Quartum genus pulsuum ſm consistentiam arterie corporis. Dico autem arterie corporis: in quo consideratur durus mollis ꝛ mediocris. ¶ Quintum genus pulsuum ſm quantitateꝫ quietis: in quo spissus ꝛ rarus consideratur. Breue enim tempus quietis significat spissum: longum vero rarum. ¶ Sextum genus pulsuum propter equalitatem ꝛ inequalitatem que consideratur in vno pulsu vel in pluribus. In vno quidem vt in caprizante. Que ṽo in pluribꝰ fit dꝫ ꝯsistens ineq̃litas. vbi ṽo ineq̃litas: ibi fit inordinatio vt in oibus. aut enim decidit vna percussio: aut incidit: ꝛ hoc fit grauata ꝛ afflicta virtute aliqua causa. ¶ Septimum genus ſm plenam ordinationẽ ꝛ inordinationẽ est. Incisio enim ab equali pulsu facit inequalem: ꝛ inequalis ſm periodos ordinatus fit: ꝛ iste rursus consideratur ſm vnaꝫ percussionem ꝛ ſm plures redditiones. ¶ Octauum genus pulsuum ſm plenum ꝛ vacuum: hoc est ſm arterie figuram. omne enim vas: aut plenum: aut vacuum. ¶ Nonum genus pulsuum ſm concordiam in quo mensuratur proportio temporis ad tempus: vnde cognoscuntur deficientes ꝛ incidentes. ¶ Decimum genus pulsuum consideratur ſm calorem qui redditur per totum corpus arterie in quo consideratur qualitas supposite materie corporis per tactum veluti distemperatã ꝛ mordax.

¶ De causis ꝛ differentijs pulsuum.

Dictis ergo decem generibus pulsuum dicamus breuiter paucas causas ꝛ differentias eorum. Siquis enim ad diligentiam eorũ peruenire voluerit: sciat q̃ .xvi. libri sunt de pulsuũ negocio. Ego eniꝫ longitudini parcens in paucis capitulis paucas quasdam differentias ꝛ causas pulsuum in breui dicam.

¶ Propter quam causam pulsant arterie.

Pulsant arterie vt seruetur moderatus ſm naturam calor cordi ꝛ omnibus partibus.

¶ Quid differt saltus a pulsu.

Saltus a pulsu differt: quoniam quidem propter incidentem spiritum fit saltus in omni corpore: pulsus vero in operatione virtutis mouetur & in solis arterijs.

¶ Quid differt pulsus magnus a valido.

Pulsus magnus a valido differt: quoniam quidem scdm tres dimensiones magnus consideratur: validus vero scdm motionē: tenorem enim virtutis significat.

¶ Quid differt pulsus spissus a veloci.

Pulsus spissus a veloci differt scdm continuū & discretum. Spissum enim continuum dicimus: velocem vero discretum veluti si currat aliquis velocius & stet.

¶ Quid differt rarus pulsus a tardo.

Rarus pulsus a tardo differt: quoniam rarus ex infirmiore magis virtute fit. Rari enim pulsus difficiliores. Tardus ex solo defectu fieri potest caloris. Rarus autem maiorem defectum significat virtutis.

¶ Quot differentie pulsuum fiunt in dyastole.

Octo fiunt pulsus differentie in dyastole. scilicet magnitudo: paruitas: valitudo: debilitas: velocitas: tarditas: duritia: & mollicies.

¶ Quot sunt iudicatiua pulsus.

Duo: Intellectus: & sensus. Sensus quidem iudicat presentia: Intellectus facta & futura.

¶ Quot sunt efficientes cause pulsus.

Due: Uirtus faciens & mouens corpus vasis. Et vtilitas propter quam mouetur.

¶ Quot modis consideratur moderatus & immoderatus pulsus.

Quadrupliciter: scdm magnitudinem: scdm velocitatez: scdm valitudinem: & scdm spissitudinem.

¶ Quid differt pulsus inequalis ab immoderato.

Quoniam inequalis quidem in vno pulsu consideratur: & in pluribus: aut enim scdm vnam dyastolem & sistolem: aut scdm plura cōgregata: que dicitur consistens, inequalitas in multitudine pulsuuz cōsiderata. Immoderatus vero fit scdm rithmon idest numerum: vt si post tres magnos & vnum paruum sequantur duo magni.

¶ Quid differunt deficientes pulsus ab incidentibus.

Quia deficientes ex infirmiori magis virtute fiunt: aggrauata. n. & deficiente deficiunt. Incidentes vero pugnante & resistente. cōtinet enim seipsam virtus excitans volens repellere contraria. Et videntur esse contrarij deficientes incidentibus.

¶ Quid differt spasmosus a ramoso.

Quoniam in spasmoso quidez tenditur arteria ad instar corde tēse. In ramoso vero transfertur dextera & sinistra.

¶ Quomodo fiunt fluctuantes pulsus.

Ex abundantia contenti magis humoris infundentis corpus arterie: sicut hyposarca in hydropisi.

¶ Quid differt caprizans a bispulsante.

Secundum q caprizans quidem in vna dyastole differēter motiones facit. vt capra sursum saliens bis saltat pedibus in vere: hic vero fit coacta virtute grauata ab aliqua causa tribulante eam. bispulsans vero bis: ⁊ secundum idem pulsat percussionem: hic vero fit propter duritiem corporis arterie. repercutiente enim ⁊ rursus currente violenter spiritu in secundam venit percussionem: vt in incude malleus.

¶ Quid differt vermiculosus a formicante.

Quoniam vermiculosus quidem plurimum conuertitur ⁊ venit ad melius ⁊ manifestam magis habet inequalitatem. Formicans vero non contenta iam virtute: sed dissoluta ⁊ deleta fit ⁊ mortem significat. Et hec vobis de pulsu ad presens sufficiant.

¶ Explicit liber pulsuum Philareti.

¶ Incipit liber vrinarum Theophili.



E vrinarum differentia negocium multi veterum medicorum aggressi sunt scribere. Quorum primus omnium fuit Hypocra. chous: cuius libris insueuimus. Post huiusmodi vero tempora Galienus mirabilis medicus aggressus est ⁊ scripsit. Dehinc post hunc magnus medicus sophista. Hi ergo viri laudibus digni sunt: quoniam primi studuerunt aliquid vtile inuenire in vita. Nullus tamen horum virorum perfectam ⁊ non diminutam doctrinam fecit. Nam Hypocrates chous de vrinis exponens: aliud alibi in suis tractatibus sparsim tangens genera: ⁊ species: ⁊ differentias vrinarum. ⁊ ex eis cognitiones in futuris partium dispositionibus preter naturam: ⁊ in sanis corporibus: ⁊ in acutis egritudinibus minus habentem doctrinam relinquit. Et similiter etiam post eum Galienus in tractatu suo perhycriseos componens ⁊ docens valde multa ⁊ indeterminata ⁊ obscura relinquit ſm genera: ⁊ species: ⁊ differentias. Consequenter his superueniens magnus medicus ratione: inexpertus vero rem aggressus est: ⁊ ipse de his artem ſm diuisionem incipiens. ⁊ differentias earum ⁊ species conscribere: ⁊ pnostica signa que ex eis fiunt: aut futura sunt fieri multa pretermittens: imperfectam ⁊ ipse disciplinam tradidit: ita vt multa querantur ab his qui postea facti sunt medici. ⁊ nullo modo

solutionem valentes inuenire: querere coguntur aliam doctrinam ⁊ non vane: q: ex his que vidicerunt discernunt obseruare ⁊ autumare vel cōijcere ex ipsis manifestis obscuras res ⁊ intellectus. Nam vrinaruʒ apta inspectio manifesta facta non appentes ⁊ patientes locos cognoscit: ⁊ quomō dispositi sunt: ⁊ ſm qualē crasim eoꝝ singulū: aut ſm naturam dispositi sint: aut preter naturam constituti sint: aut dispositi extra naturam. Eius eniʒ que sanguinem operatur virtutis quomodolibet ſm opus proprium impedite nuncius non fallat vrinaruʒ diligens inspectio nata est esse. ⁋ Igitur optimum nobis est de vrinis volentibus tractare inuocare Xp̄m dn̄m nostrum verū adiutorē ⁊ duceʒ fieri in huiusmodi doctrina: vt mereamur nō diminutā ⁊ inde fraudatam hāc pficere. ⁋ Oportet igit nos diffinire quid est ipsa vrina. Dein de manifestare locū in quo nascit. Dehinc locū in quo discernit. Et de inde sic incipere doctrinam ſm genera ⁊ species ⁊ differentias earum.

⁋ Diffinitio vrine.

Vrina est colamentum sanguinis ⁊ aliorum humorum. Hanc aūt alij superfluitatē sero similē vocauerunt. Alij aquosam. Alij putredinem sanguinis. De nominibus ergo nulla fit contentio.

⁋ De loco in quo nascitur vrina.

Nascitur igitur vrina in ramosa vena circa simā epatis expansa: in qua sanguinē virtus faciens opus suum perficit. ⁋ Est autem generatio eius talis. Sanguine formato ⁊ perturbatione facta in eo quodcūqʒ quidem leue est supiora petēs qđ ex colera rubea supfluitas natum est esse. Accipit illud susceptrix cistis fellis p suum meatū positā ppe epar. Terrenū autē velut fecem sanguinis trahit splen per suū meatum. Relinquitur ergo aquosa superfluitas cum sanguine: hanc accipientes renes per mediā chilim. i. profundam venam ⁊ formant illud in vrine constitutionem. Dicit autem aliquis ⁊ merito: vt quid fellis receptaculo: ⁊ splene ex simis epatis recipientibus sanguinis supfluitates: nonne ⁊ lumbi prope positi acceperunt aquosi supfluitatem. Et dicimus ppter magnā necessitatē: hoc natura retinuit. Nā ramosa vena que sanguinē operat in sima epatis posita cōfert p ramos suos chili vene iuxta curuaturas epatis explicate p quosdaʒ meatus angustos ⁊ rotundos. Sanguine ergo ſm constitutioneʒ pingui existente: ⁊ nō valente angustas sine impedimēto vias ptransire: opus fuit adesse cuʒ ea aquosaʒ supfluitatē: vt subtilitate aquose supfluitatis facile cuʒ ea trāsiret sanguis ad chilim venam: quoniā duʒ impellit aquosa superfluitas ad ramum chilis vene que adiacet spine dorsi a sursuʒ vsqʒ deorsum: ⁊ p ipsum ⁊ p meatus lumboꝝ: ⁊ dexter ⁊ sinister ſm laudam litteram grecoꝝ positi in impositione sua trahunt per ipsos meatus a chili vena lumbi huius supfluitatē. Deinde sic formātes illā: ⁊ in vrine essentiā transmutantes p vrinales meatus transmittuut ad vrine susceptricē cistim. Et siquidē sincerus ⁊ purus sanguis ⁊ pfectus fuerit manifestū est qm̄ ⁊ eius supfluitas talis erit. Si vō ſm aliqueʒ casum san-

guinis operans virtus impedita fuerit opus suum pficere: huiusmodi fit aquosa supfluitas quam ⁊ vrinam vocamus. Propter hoc ergo aliquando quidem subtiles vrine ⁊ albe apparent. Aliquando autē pingues ⁊ albe crudiore sanguine facto: ⁊ imperfecta sanguinem operāte digestione facta ⁊ veluti crudiore. Alia autem superincenso ⁊ velut feruente sanguine talis ⁊ eius superfluitas fiat. Itaqꝫ propter huiusmodi causas ⁊ vrine ꝺm species immutantur.

¶ De notificatione naturalis vrine.

Dicamus igitur de ea que est ꝺm naturā vrina que est ex perfecta reatione sanguinis facta qualem oporteat esse. Et diffiniamus bonam vrinam: que ⁊ ꝺm nām existens nominat: ⁊ excedentem. Hanc autē minus habentem: non ꝺm nām: sed preter nām reputemus. ¶ Est ergo eius diffinitio talis. Que est ꝺm nām vrina bona? Est sicut dicit Hypocrates: albam ⁊ planam ⁊ equalem hypostasim habens. Manifestum quidem est quoniaꝫ consequente substantia moderata ⁊ colore oportuno: ꝙ sit diffinitio diffiniens perfecta.

¶ De substantia vrine.

Urina est bona: substantia quidem moderata: hypostasi vero alba ⁊ plana ⁊ equali: colore vero ruffa: aut subruffa: ⁊ ruboris paululū participans propter limpitudinem ⁊ tempus similiter consequēs. Galienus quidē subruffaꝫ ⁊ subrubeā bonā esse dicit: Magus vero ruffam ⁊ subruffam. Nos autem ex ꝯtēperantia vtroruꝫqꝫ fecimus. Quecunqꝫ autem ꝺm aliquod istorum quattuor: aut abundat: aut minus habet: hanc ꝺm naturam dicimus non esse. ¶ De coloribus ergo ⁊ hypostasibus non presentis est dicere temporis: procedens eniꝫ sermo docebit. Scđm vero presens tempus dicamus de effusione: quoniam omnis vrina ꝺm substantiā ipsa effusio est. substantia enim vrine humiditas est. hanc humiditatem multi sapientum medicorum effusionem vocauerunt: quoniam quid in membris effusum est in ea inspicitur vel percipitur. ¶ Huiusmodi aūtem effusionis differētie prime due sunt: subtilitas: ⁊ pinguedo. ⁊ ex his mixtis est contemperantia. ipsa autem contemperantia que ꝺm naturam est non diuiditur. ¶ Subtilis igitur aut mingit tenuis ⁊ manet tenuis. Aut mingitur tenuis: ⁊ fit luculenta ⁊ pinguis ⁊ est prior quidem indigesta vltime. luculenta vero facta ⁊ in pinguedinem transmutata digestionis principium significat accipere. ¶ Similiter autēꝫ ⁊ pinguis diuiditur dupliciter. Aut mingitur pinguis ⁊ manet talis. Aut mingitur quidem pinguis residens vero fit tenuis. ¶ Et monstrat quidem prior perturbationem in corpore factam validam humorum: secundario turbationē quideꝫ determinari: sanguinis vero operationis digestioneꝫ resurgere. ¶ Iungamus igitur colori substātiā ⁊ determinemus ea que ex ipsis fiūt ꝯplexionis signa: ⁊ in sanis hominibus: ⁊ quomodolibet egrotantibus. Et quoniam albus color precedit alios colores: ⁊ tenuis effusio precedit alias in effusione qualitates: cōponamus prius tenuē ⁊ albam substantiā.

¶ De tenui & alba vrina: vel de vrina cũ tenui substantia & albo colore

Tenuis ergo & alba substantia vrine multa significat. ¶ Urina ergo veniens multum tenuis & alba in sanis hominibus: multam potationem significat cũ largo cibo: & maxime si est vinũ exile & leue. ¶ Urina vero talis in pueris mala. nam vrine aquose in pueris pessime sunt. ¶ Urina talis veniens significat debilitatẽ virtutis: vt in senectute que est sm naturam significat & debilitatẽ ex diuturna egritudine que appellata est a sapientibus medicoꝝ ex egritudine senectus. ¶ Urina tenuis & alba & multũ micta & similis dyabetẽ significat quã sapientes medicoꝝ sanidã vocauerunt: & quidam sapientũ maximus in vrinis dyariam vocauit. Alij autem dipsation non sm naturam habente se homine: sed preter naturam disposito apparet sm calidam distemperantiã lumboꝝ. Infinita ergo attractione lumboꝝ preter nãm dispositorum talis vrina venit. ¶ Urina tenuis & alba multum micta in febribus amphimerinis deficiẽtem febrẽ significat ꝓ huiusmodi humorem: & in ea que sm naturam frigiditatis distemperantiam epatis tenues & albe minguntur vrine: & propter emphraxim veniunt similes vt in nefreticis: & vt in quartanis in principijs. ¶ Urina tenuis & alba in hydropicis venit propter abundantem causam. ¶ Urina tenuis & alba in lesis collum & caput & humeros grauatis: scotosim & lipothomiam significat. Significare autem in futuro tempore hiposta. & in preterito sicut dicit vtitur. Sudor multus ex somno sine manifesta causa factus significat quoniam corpus plurimo cibo vtitur. ¶ Urina multa in febribus acutis tenuis & alba veniens quietem significat. ¶ Urina tenuis & alba veniens in fine earũ que valde acuuntur febrium discessum fore significat: in eas que sunt sub frenibus partes. ¶ Urina similiter veniens in causon febris significat frenesim. Nam causon febris a multitudine rubei fellis facta vrina non colorata superius lata fellea superfluitate existente excelsum locum capitis occupauit. Et siquidẽ in anteriore cerebri loco flegmonem faciens: in his que in eo sunt miringis frenesim facit. Et siquidem propter aliquam causam: vt in fluxu sanguinis per nares: aut propter sudorem multum in capite factum vrina subtili & alba veniente quietem significat. Si enim talis existens vrina adest & frenesis permanet: ita dispositus moritur. ¶ Tempus igitur est enarrare de colorum differentia & dicere quot sunt & quales & cum quali effusione possunt compleri: aut omnes: aut quidam.

¶ De coloribus vrinarum significantibus indigestionem.

Est igitur de coloribus primus albus & huius latitudo in eo contenta est. Christallus enim & nix & calx & aqua purissima quidem alba sunt: sed non in summo omnia. Imperfectior autem his color lacteus qualis est ex ipsa denominatione. Deinde remissior hoc glaucus vt cornu lucidum aut ictidones.i.cornee tunice oculorum. Deinde hoc glauco adhuc remissior karopos qualia camellorũ vellera subalbida

aut vt lapis onichinus. hi ergo colores albi sm̃ qualitatẽ ⁊ sm̃ magis ⁊ minus sunt. ¶ Si vero infectionem aliquam recipiat fellis alba vrina: sm̃ primam quidem rationez sub pallida fit vt decoctio semicrude carnis. Si vero permaneat tempore aliquo decoctio: infectionẽ maiorez faciens perficit colorem pallidũ: significans abũdantius fel priore aquosam vrinam suscepisse. ¶ Post hunc autem ponitur subruffus similis auro a celtica venienti. Deinde vero ruffus vt est sm̃ veritatem curison aurum. Deinde subruffus remissior parũ. Deinde rubeus qui assimilatur vero croco. Deinde hyperiteron factũ ab ipso aquoso sanguine vt ex albo colore splendore adueniente quem tinctores flãmeuz nominant: qui vero sm̃ Galienum finicon dicitur: idest similis dactilorũ colori maturorum. Supponere enim vel preponere suppositionem in coloribus omnibus non omnes consueuerunt similiter arbitrari. Alij tantum preponunt: alij supponũt. Eridon vero sicut ipse sanguis purus ⁊ sine dolo. Nam intensior hoc ⁊ remissior non est sanus sed notus. Inopos autem vt vinum nigrum: aut profundior vt purpureus sanguis: sicut est color epatis. Kyanos vt putrefactus sanguis ex felle rubeo: ⁊ superadustus ⁊ in colore vt garus ⁊ ictericoruz vrine. ¶ Regula autem kyani: talis est: colori sm̃ Galienum albo splendiduz adueniens ⁊ in nigrum plurimum incidens kyanon facit. ¶ Fuscus vero ex albo ⁊ nigro coniunctis inuicem fit sicut roisgadia. ¶ Cloron vero idest color viridis vt caulis virens ⁊ vt gramen. latitudo autem in eo consideratur. Nam violaceus ⁊ smaragdinus ⁊ hysothodis: omnia sunt clora idest viridia sz magis ⁊ minus. Hec omnia a calore plurimo facta sũt. ¶ Pelithinon vero profundius est fusco vt plumbuz: ⁊ qui sunt ex accidẽtibus plagis corpori: ⁊ qui ex cassationibus nigrantes colores. hic autem aut a frigore fit: aut a plaga. ¶ Post hunc autẽ magis iudicans aliquando quidem frigiditatem: aliquando calorem. si vero ex viridi precedente: calorem. si vero ex liuido: frigiditatem. ¶ Est autem nigredo super illa genera omnium colorum: ⁊ nigredo latitudinem multuz habens sm̃ magis ⁊ minus. multa enim nigra alijs intensiora dissimilia sunt. Et de coloribus quidem sufficiens doctrina est collecta a disciplinis antiquorum phylosophorum ⁊ medicorum. Horum vero colorum qui possunt coniungi cum pingui effusione ⁊ tenui: ⁊ que ex his signata siue in sanis corporibus siue in egrotantibus procedens sermo docebit. ¶ Quoniam autem de coloribus docentes prediximus ab albo mundissimo distantiam: ⁊ lacteum: ⁊ glaucum: ⁊ karopos: non vt aliquem colorum inconiugatum pretermittamus cum tenui effusione coniungamus ⁊ ea quid significant exponamus.

¶ Tenuis lactea ⁊ alba vrina.

In principijs febrium huiusmodi veniens mala: quoniaz cronicitatem febrium seu egritudinis significat. In declinatiõibus vero si multa: solutionem significat.

¶ Tenuis glauca ⁊ karopos vrina.

Quoniam igitur tenuis substantia: et alba indigesta est: manifestum est ex his qui ante nos fuerunt sapientibus. Colores autem hi conuenientes ei qui proximi sunt albo et ipsi indigestionem significant: non enim colorati sunt aliqua imbecillitate naturalis coloris. Igitur tenuis cum his coloribus consistens: indigestionem significat.

¶ Tenuis pallida et subpallida vrina.

Principium digestionis huiusmodi vrine significant. Nam substantiam quasi difficiliorem naturalis calor non potuit densare. Colorem vero quasi faciliorem in principio digestionis mutauit.

¶ Tenuis subruffa et ruffa vrina.

Hec melior a priori. significat enim huiusmodi vrina naturalem calorem conualuisse eo quod plurimum colorem vrine concessit: quoniam non potuit materiam densare vocamus et hanc indigestam. Et vrina talis veniens in hydropicis periculosa est quemadmodum aquosa vtilis.

¶ Tenuis hypoxanthos et xanthos.i.subrubea et rubea.

Esto tenuis quidem vt ponebatur sed hypoxāthos aut xāthos. he tales secundum substantiam quidem indigeste: secundum colores non solum extra naturam extiterunt: sed et materie indigentiā demonstrāt. abstinente enim aliquo adolescente secundum naturam et secundum etatem propter indigentiam materie vrine apparent hypoxanthe aut xanthe: eo quod abundet in profundo color quidem preter naturam abundantiam fellis generans: quoniam multo calore in fel mutatur sanguis: et maxime prolongatur causa in tempore estiuo in quo et tertiane plurimum superueniunt: etenim eorum vrine xanthe sunt propter has causas. et vigilie et sollicitudo et labor rubeas ostendunt. Et de complexionibus tenuis substantie cum quibus coloribus possit componi: sufficiant que dicta sunt. Reliquum est vt in descriptione propter manifestationem exponamus eas sic. Tenuis enim alba. Tenuis lactea. Tenuis glauca. Tenuis karopos. Tenuis hypoxanthos. Tenuis xanthos. Tenuis pallida. Tenuis subpallida. Tenuis ruffa. Tenuis subruffa.

¶ De coloribus vrine cum grossa substantia.

Quoniam autem omnes complexiones tenuis substātie cum quibus possunt coniungi coloribus sufficienter fecimus: et quid significent diximus: et descriptione eas exposuimus: transeamus ad complexiones pinguis substantie et dicamus cum quibus coloribus possunt coniungi.

¶ De pingui alba.

Talis complexio constat et monstrat crudum humorem plurimum abundare in vasis: et diuersas differētias flegmatis: vt est vitreum flegma: et salsum: et sine qualitate. ¶ Huius vrina pinguis multa et alba veniens in egritudinibus acutis liberat apostemata in articulis nata: his qui dolebant eos: et his qui quodāmō in egritudine laboriosa erāt: et his qui diu fuerant in multitudine pinguium humorum.

¶ De vrina pingui et lactea.

Et huiusmodi constat. Et si in fine talis venit: lithiasim vesice aut renum significat.

¶ De pingui karopos et glauca vrina.

Hec complexio constat. Et si inturbata manet demõstrat tales humores multos in corpore esse. Si vero turbate huiusmodi vrine fuerint quales subiugalium: demonstrant capitis dolorem: aut p̄sentẽ aut futurum. Quomodo autem apparent: si turbate iam sunt et clare residentes manifestantur exteriori igne probate. Calefacte eniz ampullas in superficie demonstrabunt. Aliter autem pinguis existens eadez substantia si accidit febribus trumbos esse: hanc sequẽs multitudo vrine tenuis solutionem febris significat.

¶ De pingui subrubea vrina.

Talis constat. Et si est hypostasis huiusmodi diuturniorem egritudinem declarat et laudabilem vel sanabilem.

¶ De pingui rubea vrina.

Talis constat et declarat multum humorem sanguineum esse in corpore: quemadmodum in sinochis: et in acutis febribus. Talis paulatim micta periculum significat. Similiter autẽ huiusmodi vrina. In talibus febribus si turbulenta micta est cum surditate et capitis et colli et hypocũdrioꝝ dolore ictericũ fore ante septem dies significat.

¶ De pingui inopos vrina.

Et huiusmodi constat. Et si euenerit in febre causon capite dolente et circũdolente fit crisis et fert crisim.

¶ De vrina pingui kianos.

Talis constat. Et in sanis superueniens significat laborez vie: aut cursum multum significat factum esse. Senioribus vero superueniens quibus ex multo tempore tales fiunt a malis humoribus immutari vesicaz vt in pluribus significat. In fine vero si tales facte in lithiasin constituuntur: stranguriam significat futuram.

¶ De vrina pingui viridi.

Talis constat. Et in fine febris huiusmodi veniens ictericiam significat.

¶ Pinguis liuida vrina.

Talis vrina in febribus et non residens peracrasticum. i. mẽte alienatum significat. Significat autem et aliud: in febre enim causon talis vrina apparens stranguriam futuram significat.

¶ Pinguis nigra vrina.

Et ea cõplexio constat et declarat purgationẽ melancolici humoris vt in declinatiõe quartanarij: et solutione melancolie: et pp̄ frigiditatem veniunt tales: et propter exustionem sanguinis. A talibus vero causis densata substantia significat tales colores cum densitate substantie fieri. Quoniam vero vera est ratio q̄ tres differentie nigre vrine pinguiores sunt ea que s̄m naturam est vrina s̄m substan-

tiam: ꝛ hinc manifestum est ꝙ quartanario soluto ꝛ melancolico hu/more per vrinas exeunte: vrine pingues apparent ꝛ nigre. Similiter ꝛ duꝫ egritudo melancolica soluitur. Et per vrinas exit causa que fecerat melancoliam: quoniam vero melancolicus humor terrenus ꝛ pinguis ꝛ niger est ꝑpter hoc ꝛ vrinas facit ꝛ nigras ꝛ pingues. Similiter ꝛ que ex adustione sanguinis facit nigre sunt: queadmodum predictū est: densitatem possederunt substantie eo ꝙ eam que in vasis ex humiditate exhaurit adustio ꝛ frigiditas manifeste densat materiam: rōne constrictiōis. ¶ Significāt aūt tales vrine in febre spasmuꝫ ex siccitate. ¶ Significant aūt tales ꝛ aliud. in febribus enim pacutis tales veniētes cū sudore capitis ꝛ colli ꝛ dorsi ꝛ cū suspirio male sunt: pp exustionem. ¶ Significant aūt ꝛ aliud. tales enim venientes in febribꝰ acutis cū fetore nihil mali habente vesica: mortē significant. ¶ De cōplexionibus ergo tenuis substātie cū quibꝰ coloribus possunt cōstare prescripsimus: ꝛ significata eaꝝ diximus: ꝛ cās ꝑpter quas facta sunt manifestauimus: ꝛ in descriptiōe eas exposuimus hoc modo: ꝛ in pingui substātia componentes ꝛ coniungentes eos qui cum ea possunt colores conuenire conuenienter scripsimus: ꝛ significata eorum diligentius inquisiuimus: ꝛ causas eorum enarrauimus. Reliquuꝫ vero est vt per descriptionem eas apponamus.

¶ Pinguis alba: pinguis lactea: pinguis glauca: ꝛ karopos: pinguis subrussa: piguis viridis: piguis liuida: pinguis nigra: piguis kianos.

Relinquitur ergo de mediocri substantia dicere: ꝛ manifestare cū quibus coloribus possit cōuenire. Ea enim est ſm naturam substātia: cum hac igitur substantia vt Gallienus dicit in perycriseon: subrufum: ꝛ subrubeum consistunt. magnus vero ruffum: ꝛ subruffum. Nos autēꝫ viros tantos ꝛ tales reprehendere veremur: tamen ab vtrisqꝫ pretermissa coniungentes complebimus: conuenientemqꝫ mixtionem mediocri substantie commisceamus ita: quoniam cum mediocri substantia potest aliquis coloruꝫ cōuenire exceptis subruffo ꝛ subrubeo in medio habentibus ruffum. ¶ Isti ergo colores sunt mediocris substantie sciꝫ subrubeus ruffus ꝛ rubicundus. Et vt sit manifesta rō reliquum est vt in descriptione exponamus ita hoc.

¶ Pinguis albus: pinguis lacteus: karopos pinguis subrubeus: pinguis inopos: pinguis kianos: pinguis viridis: pinguis liuidus.

Cum hic ergo conuenienter exposuerimus: ꝛ conuenientem ordinem in his que scripta sunt seruauerimus: ꝛ in descriptione ea manifestauerimus: ꝛ clara omnibus discentibus fecerimus: de hypostasibus disputemus ostendentes que bona hypostasis: ꝛ que est ab hac siue intensa siue remissa: ꝛ que ex ea aut eis possunt perfici: ꝛ que periculose ꝛ minores harum: ꝛ que ad sanitatem conuenientes hic componituri ꝛ hypostasim ꝛ substantie ꝛ coloribus mixtas vt perfectum terminum assignemus: inuocemus Christum veꝝ deum nostruꝫ ducē fieri vt huius cōmixtionis nihil pretermittamus.

¶ Hic determinat de hypostasi in generali.

Incipiamus igitur bone hypostaseos ex expositione: melius autez a sapientissimo Hypocrate hāc dicere: & neqꝫ adiectionē: neqꝫ ablationem aliquā faciamus. appositio enī & defectus non sꝫ naturā. Est ergo dictio sapientis Hypocratis de ea que ſm naturam hypostasi.

¶ Hic determinat de hypostasi in speciali.

Urina autem bona est qñ & alba hypostasis fuerit & leuis & equalis ſm omne tempus. Et ita vir sapiens & amicus breuitatis existens ex contento diffinitionē protulit: contēnens substantias & colorē quasi particularia. Nos autem ab eo pretermissa apponamus vt omnes appropinquantes littere non qualecunqꝫ habeant gaudium. multorum enim intellectus non perfectam diffinitionem audientes & quasi insipientem summū expositorēz opinantur. Est ergo perfecta diffinitio eiꝰ ſm naturam vrine talis.

¶ Hic ponit diffinitōez ꝯpletā hypostasis & de hypost. alba leui & eqli.

Urina bona est & laudabilis cum alba hypostasis fuerit & leuis & equalis per omne tempus: ſm substantiam vero moderatam: & colore ruffo & subruffo & parum aliquid participans ruboris. Et quia diffinitio ita significauit: inspicere oportet in vrina hec quattuor: hypostasim: colorem: substantiam: & tempus. Dicamus autem vnumquodqꝫ in vnoquoqꝫ eorum quale oportet esse.

¶ Hic declarat hypostasim nālez penes suas ꝯditiones.

Que quidem ergo ſm naturam hypostasis habet album colorem & inferiorem locū & est leuis & indiuisa & equalis in multas dies talis permanens: hoc enim est equale in tempore seruatum. Quecunqꝫ ergo ex his quattuor huiusmodi quidem que ſm naturam sediminis conuertuntur in contrarium: siue vnum siue duo: hoc tale non ſm naturam. Quemadmodum ante compositionēz superius de substantijs & coloribꝰ fecimus: & sic nunc omnia cum hypostasi componentes exordiri habeamus. Conuertamus autem ex his que obseruantur in hypostasi omnium vltimum quod est equale: & tribus ſm naturam manentibus inequale fit quartum.

¶ Quid significat alba hypostasis & cōtinua & inequalis.

Huiusmodi infirmitatem virtutis digestiue significat. Non enim omnino potuit digerere natura: sed relinquit vnum indigestum eo quod omnibus diebus digestio non fit: sed aliquando quidem digestum sedimen: aliquando vero indigestum. ¶ Rursus igitur conuertamus & continuum: vt sint conuersa illa duo in vnum: vt non sit hypostasis continua neqꝫ equalis.

¶ Quid significat alba hypostasis & nō ꝯtinua & nō equalis.

Hec priori minus digesta & deficientibus ſm digestionēz duobus: non solum enim equale amisit: sed & leue: vt non sit continua sed discreta. Incidit autem continuūz sedimen spiritus incidens pinguis: & non dimittens illud esse equale: propter has igitur causas reliquum

sedimen ab his duobus minus digestum vno est. Uertamus autē rur
sus in principio quod concessum est.

¶ Quid significat alba hypostasis non ɔtinua ꝛ equalis.

Est sedimen non leue sed diuulsum:equale vero.hoc tale malū:
eo ꝙ multus spiritus fit:ꝛ non possit a natura dyaforesin habe-
re vt sit digestus.

¶ Quid significat alba hypostasis nō ɔtinua ꝛ iequalis.

Rursus autem est vrina non cōtinua ꝛ inequalis hic melior prio-
re.non enim quotidie dissipatur:quemadmodū equalis:aliquā
do tamen dispergitur:aliquando vero non:ꝛ propterea declarat mi-
norem esse spiritum diuellentem continuitatem. ¶ Hoc autē ostenda
mus in exēplo deficiētis pulsus.si.n.deficiens pulsus vsq; ad multos
dies idem permanet: maius malum est ꝙ̄ quottidie permutari.hoc
enim est inequale.igitur melius est diuulsum inequale diuulso equa-
li:ꝛ ꝙ stupor est audientibus.Et de hac quidem ɔplexione tanta suf-
ficiant.

¶ Quid significat continuum eneorima.

Sit igitur sedimen album quidem:transmutetur autē a loco suo
vt sit in medio qđ vocat eneorima a potu yenormie qđ est pēdere.
Est vero ꝛ continuum ꝛ equale hoc mediocriter indigestū nō valuit
eum natura digerere vt inferiorem acciperet locum.hoc enim est dige
stum:sed participatione alicuius spiritus incidētis eleuatur illud cir
ca mediam regionem.

¶ Quid significat alba nubes:ꝛ ɔtinua:ꝛ equalis.

Si vero multus spiritus fuerit impellit sedimen ꝛ super mediam
fertur regionem occupans superiorem superficiem ꝛ vocatur nu
bes:quasi a metaphora nubium. ¶ Ea nubes que superiorem locum
occupat alba existens in feb.acutis spumosis colericos humores signi
ficat.Et aliter.Si in febre cōtinua alba vrina nubes spumosas habēs
malum valde:significat enim dextras hypocun.dolere. Si in febre
causon nigras nubes habet:in quartanarium transmutari significat.
Si vero non oīno fuerit spiritus ac inferiorem accipit locum ꝛ demō-
strat perfectam digestionem que est ꝑm naturā. ¶ Hypos.itaq; ꝛ que-
cunq; de hypostasi dicta sunt:totidem de eneorimate:ꝛ de nube dicta
oportet arbitrari: huiusmodi enim positione sola tantum differētia.
¶ Itaq; manifestum est:quoniā ex loco amplius nihil dicemus ꝙ̄ mē-
suram signatorum ꝛ significatorum.Permutetur igitur albus color ex
hypostasi ꝛ fit niger.

¶ Quid significat alba hypostasis non continua ꝛ equalis hoc docet
cognitionem malam hypost.ꝑm magis ꝛ minus.

Hoc tale malum si fuerit quiddam in nube nigrum:minus malū.
Si vero in eneorimate:maius malū.Si vero in hypostasi:perfe
cte malum.

¶ Quid significat alba nubes non continua ꝛ inequali.

Similiter ꝯ in alba. Si enim alba ꝯ continuū ꝯ equale fuerit hypostasis bonum. Si vero nubes maius bonum. Si vero eneorisma manifestum: ꝯ melius bonum. Et de trium quidem positione sufficienter dictum est.

℄ Notificatio hypostasis a parte coloris.

Quoniam autem diximus de tempore ꝯ substantia ꝯ loco: reliquū apponamus de colore. Erat autem sm naturam color sediminis albus. hoc igitur non fit album: sed nigrum: aut liuidum: aut pallidū: aut subruffum: aut rubeum: aut viride.

℄ Quid significat rubeum aut subruffum sedimen.

Subrubeum ergo ab aquoso sanguine fit vt superius dictum est: ꝯ significat indigestionem sed non mortem. Rubeum vero factuꝫ a sincero sanguine significat digestionem: ꝯ siquidem fuerit moderatuꝫ: neqꝫ abundantiam habens: neqꝫ indigentiam: sine periculo est maxie. Quoniam igitur neqꝫ subrubeum adducit periculum materie familiare est: proprium vero materie aquosi sanguinis proximi existēs sanguini vt amicum corpori non adducit periculum. Quoniam vero indigestionem significat propter hoc ꝯ tempus expectare oportet. Et hoc manifestum est quod sequitur tempus humorum. hi quidem sanguine fiunt prius: vt flegma ꝯ liquor. hi vero post sanguinem vt colera ꝯ melancolicus humor. sincerus vero sanguis in medio amborꝫ est. Quando igitur subruffa apparet vrina significat ab aquoso sanguine habere colorem. Aquosus vero sanguis prior est sincero sanguine ꝯ propter hoc indigestionem significat. Non enim perfectum apposuit natura aquosa colorem manifestum est igitur quoniam nequaquam digestus est. Indiget ergo tempore natura ad digestioneꝫ aquosi sanguinis. Rubeum vero sedimen ꝯ crisim futuram in .vij. die significat. Si enim in quarta die supius nubeꝫ habet vrina rubea ꝯ alia digestionis signa .vij. die: manifestum: quoniam egritudo iudicabitur. Quod ergo significat subruffum ꝯ rubeum dictum est

℄ Quid significat sedimen liuidum.

Frigiditatem ꝯ mortificationem manifestat virtutis. Est auteꝫ dicere ꝯ aliter. in acutis enim febribus vrinam liuidam hypostasim habens in superuenienti die non sine periculo.

℄ Quid significat sedimen viride.

Viride vero significat calorem plurimum: ꝯ chachoeticum egritudinis.

℄ Quid significat sedimen subnigrum.

Subnigra vrina deficit a perfecto nigro. In febre enim causon vrina subnigra eneorimata habens excelsa insaniam significat: ꝯ omnes fluxus sanguinis plurimum superueniens crisis cum rigore ꝯ sudore.

℄ Quid significat sedimen nigrum.

Nigrum aliquando quidem iudicat frigiditatem: aliquando vero calorem

ro calorem: determinemus illud ita. Siquidem precesserit liuidum: deinde sic factum est nigrum: frigidam habet significationem. Si vero viride precesserit: secutum autem est nigrum: manifestum est quoniam a calore factum.

¶ Hic docet quandam cautelam.

Quoniam autem albus color bone hypostasis creditur esse signũ: nosse oportet quoniam albus color multotiens deludit artificem: quasi alba hypostasis bona sit: cum non sit: sed crudus humor albus in sedimine apparet: ⁊ post album decipit artificem quasi hypostasis bona sit. Sed hoc quidem odore discernitur: fetidum enim est. Sed ⁊ lũbis vlceratis ⁊ vesica: aut epate: aut aliqua particula: per vrinas euacuatis: pus emittitur: quemadmodum dicit Hypocrates. Si sanguinẽ mingit quis: aut pus lumborum: aut renum: aut vesice vlcerationem significat. Et rursum. Quibuscunqꝫ in vrinali virga pustule nascuntur: his sanie facta ⁊ erupta solutio fit.

¶ De sedimine crudi humoris.

Manifestum quoniam sanies per eandem viam euacuata est: crudus vero humor ex inequali substãtia determinatur sediminis. non enim est continuum ipsum sedimen crudi humoris: sed velut dissolutum in minima velut arena. Hec quidem dicta sunt: vt nõ decipiatur medicus colore: sed discernat hypostasim ⁊ a sanie ⁊ a crudo humore. Si enim sanguinem ⁊ pus mingat ⁊ squamas: ⁊ odor grauis est: aut lumborum: aut renum: aut vesice vlcerationem significat. Hec quidem dicimus vt non decipiatur artifex. Sed ⁊ arenosa in vrinis sedimina ⁊ diuturna: vesicam aut lumbos lithiasim habere significat. Et aliter. Si sanguinem mingat: lumborum ⁊ vesice significat vlceratione͂. Hoc quidem dicimus vt non decipiatur artifex inspectione sediminis facti ⁊ a sanie ⁊ a crudo humore. Et quattuor quidem differentias sediminis exposuimus. ⁊ colorem. ⁊ locum. ⁊ substantiam. ⁊ tempus. Et reliquum est vt hoc sm̃ quattuor partes demonstremus in descriptiõe sic.

Alba hypostasis continua equalis.
Alba hypostasis continua inequalis.
Alba hypostasis non continua equalis.
Alba hypostasis non continua inequalis.

Hec sunt quattuor differentie descriptionis sediminis. Quoniã autem sedimen dicimus tres habere locos: ⁊ significata corũ diximus: ⁊ in descriptione eius quemadmodum ⁊ apparens ratio manifestat. Aut enim inferiorem locum habet ⁊ hypostasis nominatur. Aut medium ⁊ eneorima dicitur. Aut superiorem ⁊ nephilis vocabitur. Et causas omnium propter quas acceperunt locos ⁊ signa vel significata eorum diximus. ⁊ descriptionem eius que inferiorem locum acceperit hypostasis. Differentias exposuimus ad eundem modum: ⁊ in media hypostasi que eneorima vocatur faciamus eiusdẽ differentias. In descriptione dicamus ita.

Album eneorima continuum equale.
Album eneorima continuum inequale.
Album eneorima non continuum inequale.
Album eneorima non continuum equale.

Iste ergo eneorimatis differentie sunt quas ⁊ in descriptione exposuimus. Procedēs sermo docebit significata vniuscuiusq; differentie quid significent. Secundum vero tertiam differentiam sediminis superiorem locū tenentis que ⁊ nubes nominatur: ⁊ huius differentias in descriptione exponamus: ⁊ quid significent subsequenti ratione dicemus: ⁊ significata huiusmodi non pretermittemus. Est igitur ⁊ eius descriptio sic.

Alba nubes non continua equalis.
Alba nubes non continua inequalis.
Alba nubes continua equalis.
Alba nubes continua inequalis.

Et de cōplexiōibus quidem differētiaꝝ triū hypostaseon dicimus nihil pretermittentes: ⁊ in descriptione exposuimus.

¶ Diuersitas vrine a parte corporis.

Quoniam humanum corpus ex tribus consistit. s. ex spiritibus: humoribus: ⁊ ex terreis idest firmis partibus. Humida vero corpus constituētia: sunt humores ⁊ eorum supfluitates. quecūq; quidem ex putrefactis humoribus per vrinas exeunt: sufficiēter exposuimus. Dicamus igitur nunc que ex ipsis partibus firmis corporis mingunt: vt perfecta ⁊ non minus habens de vrinis doctrina fiat. Et enim carū partium meliores: quedam sunt liquefacte in olei substantiam: aut in aliquā aliā formā assimilant. Quoniā ergo pinguedo ⁊ caro molliora firmarum partium sunt ⁊ humidiora. Primum quidem resoluit pinguedinē ⁊ omnium firmarum partium solubiliorem: deinde carnem. Pinguedine ergo liquefacta in olei substantiam transmutat calidum: Et quoniam eadem non simul resoluitur: sed habet quoddam principiū resolutionis ⁊ ascensum ⁊ statū tēporum: eius cognitionē dicam⁹.

¶ Quid significat vrina oleaginosa: ⁊ de differentijs oleaginarum vrinarum.

Principiū quidem oleaginarū vrinarū est cū olei colorē habentes: augmentū vero apparentes vt oleum: status vero est q2 sunt oleagine. ¶ Ergo olei colorē habētes principiū liquefactionis declarantes quasi aquose apparēt. Que vō apparēt vbi oleū temporis augmēto facte mixtionem pfectiorē olei ad vrinaz habēt. Oleagine vero facte que in statu sunt vrine tote omnino: ⁊ in colore ⁊ in substantia velut oleuz sunt. Urina in febre oleagina subnigra veniēs incensionē ex spasmo ⁊ mortez significat. ¶ Quoniā autē pinguedo vniuersalis est sm plures diuiditur partes. Aut. n. sm lumbos ⁊ circūuoluitur: ⁊ quasi operit. i. coopit eos. Aut sm omnes corporis partes circa lumbos pinguedine resoluta ⁊ per vrinas exeunte magis simul exitus fiet q̄ ea que in

toto corpore est pinguedine: eo ꝙ hec quidem prope vrinales meatus sit. Hec vero longe ab his. Hipocra. vero discrete considerans scripsit ita in aphorismis: Quibuscunq; pingue sedimen ⁊ multum: his nefreticam significat. manifestum quoniam lumborum pinguedine resoluta. Et aliter. Urina in causon pinguem hypostasim habens: mortez significat. Sine febre vero senibus hoc tale factum peraplìgiam significat. i. solutionem partis. ¶ Et de oleaginis quidem vrinis ex liquefactione pinguedinis factis sufficiant que dicta sunt.

¶ Quid significant petaloides in vrina.

Quoniam igitur solide partes corporis habent in seipsis ex longitudine ⁊ latitudine ⁊ profunditate. Quecunq; vero in latitudine dilacerantur vel in superficie raduntur: quasi quedam petula in vrinis apparentia: vesice vitij talia sunt demonstratiua: denominationez autem habent ex his que sunt similia petalis: que ex detritis triticis sunt. Scd̃m vero supradictũ modum ⁊ ex lumbis determinantur. Si enim fuerit febris ⁊ vrina petaloides substantiaz habens: totuz patitur corpus. Si vero nõ sit febris vesice passio est. Hec per digestionem ⁊ indigestionẽ terminant. Si enim cũ indigestiõe totius corporis malum est. Si vero fit digestio vesice maluz est.

¶ Quid significant furfuree hypostases.

Quando vero febris occupat corpus scd̃m profunda vasorũ hypostases furfuree fiunt ⁊ grossiores: de petaloidibus sunt. Et tales igitur vrine predictis hypostasibus scd̃m eundem modum significatiue sunt: ⁊ vesice passionem esse: ⁊ totius corporis. Si enim adsit febris: totius corporis malum. Si vero non: vesice. Et si quid indigestum sit: totius. Si vero digestum: vesice: sicut Hypocra. dicit. Quibuscũq; in pingui vrina furfurea cõueniunt: his vesica scabit.

¶ Quid significent crinoides.

SI vero occupet febris scd̃m tres dimensiones corporis. s. longitudinem latitudinem ⁊ profunditatẽ: hmõi furfureis grossiores fiunt ⁊ vocantur crinoides. Scias autem hoc tale fieri si aliquis subleuans molam triticum molentem in grossiores partes tritici operatur tales grossiores partes tritici crinoides nominantur. ex his igitur ⁊ que in vrina apparent denominationez acceperunt. ¶ Sunt autem hmõi crinoides vrine: aut propter liquefactionem solidorum vehementez: aut propter exustionez sanguinis. Sed siquidẽ albe fuerint: solidorum est passio. Si vero rubee: sanguinis: quẽadmodum dicit Hypocrates. In febribus acutis vrina colerica crinoides ⁊ albam hypostasim habens malum. Et aliter. In febrib⁹ diuturnis vrina crinoidẽ hypostasiz hñs alijs salutaribus existentibus discessum significat. Urina in febribus encorima crinoidem habens: diuturnam significat egritudinem. ¶ Et de grossioribus quidem hypostasibus que in vrinis sunt ⁊ apparent sufficiant premissa.

¶ Quid significent fetide vrine ⁊ diuerse.

FEtida vero vrina differētias significat. Urina mali odoris ⁊ mordax: humorum putredinem significat. Et rursum. In febribus vrina aquosa ⁊ alba ⁊ multa cum albis eneorimatibꝰ fetida peracopin sedat idest maniam. Et aliter. Urina in acutis febribus pinguis nigra ⁊ fetida: vesica nihil mali habente mortem significat: significat vero putredinem: ⁊ mortificationem nature. ¶ Et de huiusmodi quidem vrinis sufficient que dicta sunt.

¶ De sediminibus ⁊ coloribus ⁊ substātijs simul cõiunctis.

QUoniam autem prius ⁊ substantie tenuis ⁊ pinguis cum coloribus compositiones fecimus: nunc coniūgamus effusionem ⁊ sedimen cum competentibus coloribus: ⁊ quod significat horum singulum apponamus. Et quoniam sedimen sm substantiam est pingue: manifestum autẽ quoniam a digestione tale factũ est: aut ex abundātia pinguium ⁊ crudorum humorum. Ceterum sedimen hoc cum tenui substantia conuenire nõ potest. Iungamus igitur ipsam effusionem pinguem cum hypostasi: ⁊ cum colore rubeo ⁊ subrubeo. In compositionibus enim his indigestionem significantes colores conuenire nõ possunt. Incipiamus ergo compositionem facere cum subrubeo colore: quoniam hoc ab aquoso sanguine fit: hic vero ex perfecto. Oportet autem cognoscere quoniam quidam colores coniuncti in substantijs effusionis: ipsi etiam in hypostasibus: non tamen perfecti. quidam in substantijs fiunt: sed in hypostasibus imperfecti.

¶ Quid significat sedimẽ pingue subrubeũ cũ pingui substātia vrine.

HEc compositio constat quemadmodum superius dictum est: ⁊ significat longitudinem egritudinis: velut si sit vrina subrubea ⁊ hypostasis subrubea ⁊ continua ⁊ equalis: sedimen pingue ⁊ rubeum cum pingui substantia vrine.

¶ De sedimine pingui nigro cum pingui substantia vrine ⁊ nigra.

ET ea constat compositio: ⁊ significat multitudinem sanguinis: ⁊ ex substantia ⁊ ex sedimine.

¶ De sedimine nigro ⁊ pingui cum substantia pingui.

ET hec compositio constat: ⁊ monstrat adustionem: ⁊ sm substantiam ⁊ sedimen. Similiter autem ⁊ cum coloribus contingentibus coniungi substantie ⁊ sedimini eadẽ significata declarant superfluitatis ⁊ indigentie: excepta mediocritate vtrorumqꝫ substantie ⁊ sediminis: cum sm naturam coloribus. s. cum ruffo ⁊ subruffo: etenim hec significant perfectam digestionem: ⁊ in substantia: ⁊ in sedimine: ⁊ in colore. ¶ Et de vrinarum quidem disciplina ⁊ sm genera ⁊ species ⁊ differentias conuenienter exposuimus.

¶ Expletus est liber vrinarum Theophili.

¶ Incipit iusiurandum Hypocratis.



Esto: Apollinē ꝛ Esculapiū Higinēq3 ꝛ Panaclē Esculapij filias: ꝛ deos ꝛ deas oēs: me q̄ tū in me erit ꝛ q̄tum ingeniū meū valebit: hec oīa obseruaturū: q̄ hoc iureiurādo atq3 his tabulis ꝯtinent. Tributuruz me p̄ceptori meo a quo hāc artē suz edoct⁹ nō min⁹ q̄ parenti a quo sum genitus. Uitam cū eo cōmunicatuꝝ. Res oēs quas illi necessarias esse intelligā ꝑ virib⁹ meis subministraturū. Progeniē eius fratrū loco habiturū. Hanc artē sine mercede ꝛ sine pactionibus edocturū. Precepta oīa libēter ꝛ fideliter tradituruz meis ꝛ p̄ceptoris mei liberis: ceterisq3 discipulis: q se legib⁹ medicine astrinxerint: atq3 iurati fuerint: alij p̄terea nemini. In curandis egrotis ꝑ viribus. ꝛ pro ingenio meo necessarijs reb⁹ vsurū. Nemini egritudinē illaturum. Nihil ꝑ iniuriā facturū. Rogatū nemini datuꝝ: neq3 id cuiq3 ꝯsulturum. Neq3 p̄gnāti mulieri ad interficiēdū ꝯceptū fetū potionē porrecturū. Uitā meā atq3 artē meā purā atq3 integram seruaturū. Laborāti lapillo haud quēq3 excisuruz: s3 expertis eius artis hoc negociū ꝑmissurū. Quācunq3 domuz ingressus fuero dūtaxat liberādis egrotis operam daturum. Omnem iniuriam: omnez corruptelam: omne genus turpitudinis: res etiam venereas sponte mea euitaturū. Siue muliebria corpora curauero siue virilia siue hominis liberi siue serui: que inter curādum vel videro vel audiero vel etiam extra curā in vita hominum cognouero: que reticēda esse intelligā: nemini aperituruz: s3 intemerataz taciturnitatem seruaturuz. Presens igitur iusiurandum integre atq3 incorrupte seruanti mihi omnia tam in vita q̄ in arte mea prospera feliciaq3 succedant ꝛ gloria in eternū parata sit. Trāsgredienti vero atq3 periuro contraria omnia eueniant.

¶ Iusiurandi dn̄i Hypocratis finis.

¶ Incipit Primus liber ꝑnosticoꝝ.



Omnis qui medicine artis studio seu gloriam seu delectabilez amicoruz copiaz consequi desiderat: adeo prudentuz regulis rationez suaz muniat. 2.

Ut in singulis valitudinib⁹ p̄terita p̄ntia ꝛ futura cognoscat. Et egro reuelet q̄ de seipo eger minime presenserat. Si eniz se per euz cognoscat: totū se illi certius committet. 3.

Finisq3 medicine laudabilis existit: cum actor futura in singulis perpendit: q̄uis omnes minime curare possit. 4.

Quod si posset: iam non futuri preuisor: sed diuinis prophetis diceceretur nobilior. 5.

Verum quia vi ⁊ acumine egritudinis hunc repente mori subito contingit: alium vero medicine apparatus preuenit: ⁊ vix diecu lam vite adijcit. 6.

Interest artificis vt vires egri atq; egritudinis bn̄ perpēdat. 7.

Est etiā quoddā celeste: in quo op; ipsu; medicu; preuidere: cuius si tanta sit prudentia: mirabilis est nimiumq; stupenda. Nonne illius est vt futurum periculum vel omnino prohibeat: vel competenti adminiculo tolerabilius fiat. Et si morituro finem: alij vero salutem pronunciet: nūquid accusationem in altero meretur. 8.

Oportet ergo te circa acutas egritudines sollicitum fieri. Primo etenim faciem egri pernotabis. Utrum sit similis sano. Et etiam si sibi sano similis sit: quod optimum est. Si vero contrarium: pessimum est. 9.

Et si nares acute. 10.

Oculi concaui: tempora plana: aures frigide ⁊ contracte: ⁊ pulpe earu; inuerse: frons arida ⁊ tensa: ⁊ totus faciei color viridis seu niger aut pallidus siue plumbeus. 11.

Que si sic fuerint in principio egritudinis: oportet inquiri an vigilie precesserint: aut vētris solutiones: aut ieiunij labores prius affuerint. Et si aliquid horum cognoueris precessisse: minus periculosum vereberis. Quod si die ac nocte precedentibus quicq̄ horu; subsi nuerint: non multu; periculosu; sperabis. Si vero nihil horu; cogno ueris: mortis signum sperabis. 12.

Et si huiusmodi egritudo triduana fuerit qui precesserunt labores non minus perscrutaberis: ⁊ omnia que sunt inquirenda circa corpus: perquirere debes etiam circa oculos. 13.

Et si lumen effugerint uolentesq; lacbrymas effuderint: atq; foras tāq̄ in suffocato prominuerint: aut alter altero minor apparuerit: ⁊ alba eorum in sanguinea cōmutata fuerint: ⁊ tāq̄ vene nigroris vel palloris intus in se fuerint: ⁊ lippitudinem habeat: ⁊ instabiles aut tremuli fuerint: aut extra nimis extiterint: aut intus multum delituerint: ⁊ tota facies horribilis apparuerit: hec omnia piculosa ⁊ mortalia iudicabis. 14.

Oportet etiam te videre quid de oculis in somno videatur. si enim sola alba videantur subclusis palpebris: nec solutio: aut per fe aut per catarticum precesserit: neq; ex consuetudine hoc euenerit: mortis signa timebis. 15.

Et si palpebre inuerse fuerint aut liuide: siue labia silr fuerint liuida: aut nares distorte: his signis, siue solis siue cum predictis: mortem proximam iudicabis. 16.

Bonu; est egrum inuenire iacente; in latere dextro aut sinistro: ⁊ manus ⁊ pedes ⁊ ceruice; nō vt in spasmo distēsa: ⁊ totū corp⁹

in sua positione flexibile: et minime rigidum: que habitudo sanis est familiaris et amica: et iacere in modum sani est melius. 17.

Quia non est signum laudabile egrum supino corpore iacere: brachijs rigidis et pedibus. 18.

Et si repente se a capite lecti ad pedes iactauerit: malum non esse dubitabis. 19.

Et si pedes nudos et tepidos inueneris: et inordinate cum labore ceruicē atq3 pedes iactauerit: est pessimū et angustie signū. 20.

Et si eger iacuerit deiecta ceruice et aperto ore. 21.

Et relecta ceruice: pedibusq3 tortis. 22.

Et si super ventrem preter solitum iacuerit maluz est: et alienationem significat siue dolorem ventris. 23.

Et si in augmento egritudinis repente surgens steterit: maluz in omni acuta egritudine et pessimū est in peripleumonia. 24.

Frendere dentibus in febribus preter solituz: neq3 a pueritia mortem vel maniam significat. Quod si frendat cū insania: mors sequitur vicina. 25.

Si in egro corpore fuerit antrax aut carbunculus: siue precesserit: siue egritudini superuenerit: opus est attendere. Quod si exiccatus fuerit et colorem viridem vel citrinum vel liuidum pertulerit: mortem dicit proximam. 26.

Manuum mobilitatis signa sic pernotabis in febre acuta: in peripleumonia: et in frenesi non vera: et in capitis dolore: si manus ad faciem tulerit tanq̄ quidlibet positurus: vel quasi collecturus aliquid hac illac quesierit: vel de vestibus quasi pilos euulserit: vel quasi festucas de pariete decerpserit: pessimū est et mortale. 27.

Spiritus si frequens sit significat dolorem et successionem in his que sunt super dyafragma. Quod si magnus et cum intermissione significat alleuiationem. Et si idem per os et nares frigidus exierit mortale. 28.

Spiritus vero bonus cognoscitur ordine suo proprio: et hz euidentem salutis ostensionem in acuta egritudine: que cum febre est: cuius terminus est in quadraginta diebus. 29.

Sudor bonus et laudabilis existit in omni acuta egritudine: qui in die cretica fit: et egrum liberat. Est autem bonus qui fit in toto corpore: et eger ex eo suauior et fortior efficitur. Qui vero nihil horuz fecerit: his est inutilis. Frigidus autem malus: peior si in ceruice et in capite solo: qui quidem in acuta febre significat mortem. Cum lenta vero prolixitatem significat egritudinis. 30.

In hypocūdrijs si sine dolore fuerint: si molles: si bene composite: hinc et inde bonum erit. Si vero feruentes: aut dolentes vel quodā spasmo distēte: aut inter se dissimiles: in his cōsiderādū est. 31.

Si enim in aliqua parte earum pulsus fuerit: angustiam vel alienationem significat. 32.

O Culi tamen sunt in hac egritudine intuendi. q̄ si velociter mobiles apparuerint: maniam significant. 33.

A Cuta existente passione collectio si affuerit in hypocundrijs cum tumore ⁊ dolore malum est: cum ambas complectitur. Si vero in altera earum que in sinistra est: melior est. 34.

Q Ue collectio si in p̄ncipio subitā mortē nō intulerit. 35.

E T si vsq̄ in diem vigesimū permāserit: neq̄ febris deciderit: neq̄ dolor defecerit: in pus conuertetur. 36.

S Oletq̄ huic acute egritudini infra septem dies sanguinis fluxus ex naribus vtiliter supuenire. Perquirendum est autem an dolor adsit fronti: ⁊ scotomia. que si affuerint: sanguinis fluxum ex naribus nunciabis. 37.

I N his tamen quibus etas. 35. annorum est. 38.

A Postemate vero molli existente sine dolore ⁊ sub tactu mutabili: contingit egritudinē terminari: in predictis tn̄ sepius. 39.

Q Uod si vsq̄ in diem. 40. sic manserit febre non deficiente: in pus conuertetur: ⁊ omne apostema circa ventrem ad hunc modum diiudicabitur. 40.

A Postema vero solidum cū dolore horrendū est: ⁊ cito mortiferū. Quod aūt molle sine dolore ⁊ sub tactu cursile: tardius. 41.

A Postema vero circa ventrē minus colligit humorem q̄ qd̄ in hypocūdrijs. Minime omniū qd̄ sub vmbilico est. 42.

E Legantius omnibus signis signum est sanguinis effusio ex his apostematibus que insunt in prenotatis locis. 43.

Omne apostema diuturnū in predictis locis in pus vertetur. 44.

O Portet ergo te esse attentum in his que cum putruerūt sm̄ huiusmodi disciplinā. Quod eminet ⁊ oīno extra est: ⁊ intus minus est ⁊ pacutū: laudabile. Qd̄ vo spaciosum ⁊ minime acutū: pessimū. 45.

E Orum aūt que intus crepuerunt: siqua quidem extersus appent: pessimū. Quoꝝ vero nihil signi est extra: meliora. 46.

P Utredo ea laudatur: que alba est ⁊ equaliter per totū: neq̄ in superficie inequalis: neq̄ mali odoris. Que vero ꝯtraria: pessima.

¶ Explicit liber Primus pnosticorum.

¶ Incipit Scd̄s liber pnosticorum.



Omnis hydrops in acuta egritudine malum. Infestatur enim febre ⁊ grauedine membrorum ⁊ dolore. Consurgit autem ex lumbis ⁊ hylijs ⁊ epate. 2.

C Onsurgens ex lumbis ⁊ hylijs significatur ex pedum inflatione: ⁊ diuturna ventris effusione: nō tn̄ cum defectu doloris: seu ventris tumoris. 3.

QUalis vero origo est ab epate fit cuȝ tussicula: nec proijciunt gcs̃: ⁊ tument pedes: nec egerunt nisi modicum ⁊ cū angustia: ⁊ circa ventrem fiunt apostemata: nō continue extra manantia sed quandoq; veluti fugientia. 4.

ET si caput ⁊ plante pedum ⁊ vole manuuȝ frigide fuerint: vēter vero ⁊ latera ⁊ mandibule caluerint: malum est. 5.

BOnum est autem egrum ex toto calere ⁊ mollem ⁊ suaueȝ conuenienter esse. 6.

BOnum est modeste se habere ⁊ non laboriose: ⁊ non repente eundem latera commutare: ⁊ si sibi leuis videatur. 7.

Grauis vero si fuerit manus quoq; ⁊ crura pōderosa: horrendū. 8.

QUod si liuor admixtus viridi vnguibus digitisq; affuerit: mortem aduentare non dubitabis. 9.

ET si color hic vngues nō infecerit: licet cetera membra corripuerit: spei locus nō deerit. Proderit vō cuncta signa perpendere. Quod si egrū sufficiētē videris: ⁊ vna boni significatio affuerit: terminus tibi promittetur cū quolibet exteriori apostemate ⁊ futura salute: sed caloris in predictis locis pericula non deerunt. 10.

SI testes ⁊ virga preter solitum diminui contrahiq; apparuerit: aut minui: doloris aut mortis aduentum pnunciabis. 11.

SOmnus vt moris est conueniens ⁊ naturalis vt noctem non effugiat: ⁊ diem non impediat: laudabilis. Cōtrarius vero improbandus. minus tamen si a mane vsq; ad tertiam tenuerit. 12.

PEssimum est autem non dormire: aut enim magnitudinem doloris significat: aut alienationem. 13.

STercoris egestio si neq; exsiccata: neq; liquida omnino: sed iuncta ⁊ hora solita: signum est ea que sunt sub dyafragmate esse salubria. 14.

SI liquida: bona est si sine sonitu vētoso fuerit: nec inordinate manauerit. Si enim frequenter manat: egrum maximo labore ac vigilijs afficit: ⁊ in defectum adducit. 15.

UTile est stercus ſm quantitatem ciborū assumptoꝝ euenire: ⁊ bis vel ter in die. In nocte vero semel ⁊ iam luce proxima: aut solito more contingere. 16.

UTile est etiam appropinquante iam termino egritudinis ideꝫ stercus densari. 17.

Et colore subcitrino fieri: nec insolidum densari. 18.

Bonum est etiam si lumbricos admixtos habuerit. 19.

IN omni acuta egritudine ventrem non plenum sed vt vacuū tractari: ⁊ non tenuem sed carnosum inueniri: bonum. 20.

ALiquorum vero stercus ⁊ liquidum siue album: aut nimis citrinū: aut spumosum: maluȝ est. 21.

ITem modicum stercus ⁊ viscosum ⁊ leue siue albūm seu citrinuȝ aut spumosum: malū. 22.

Pessimum aūt ꝛ mortale est viscosum nigrum fetidū ꝛ viride. 25.

VArium vero productionem significat egritudinis: neqꝫ minus signum est mortis ꝙ quod loturam intestinorum profert: aut colorez porroꝝ siue nigrū. Contingit etiā colores istos simul euenire. 24.

VEntositas sine sonitu laudabilior est. Que vero cum sono melior ꝙ illa que intus clauditur: significat tamen amentem aut dolorem laborantem: nisi sit voluntarie. 25.

DOlor sub hypocūdrijs hanc ꝓprietatē habet: si recens ꝛ sine calore fuerit: si rugitus supuenerit ꝛ cum egestione vel vrina eruperit: soluitur: alioquin ad inferiora transmittitur. 26.

VRina laudabilis est que hypostasim albam subsidentem ꝛ equalem ꝛ cōtinuā atqꝫ leuem habebit. Et si permanens vsqꝫ in crisim erit. est enim fidelis nuncia salutis: ꝛ significat breuitatē egritudinis. Quod si modo cum hypostasi predicta: modo vero sine ea fuerit: diuturnitatem significat egritudinis: neqꝫ omnino fidelis est. 27.

VRina rubea nimis cum sua simili hypostasi: egritudinem magis superioribus diuturnam dicit: est tamen nuncia certa ꝛ fidelis sperande salutis. 28.

SEd si eadem hypostasis furfurea fuerit: mala est. Pessima vero si squamosa. Alba autem ꝛ liquida ꝛ leuis mala. Peior tamen que dicta est furfurea. 29.

NEbula pendens in vrina si alba bona est: nigra vero mala. 30.

Cum fuerit vrina citrina clara indigesta: egritudinē significat. 31.

Timendus ergo est infirmi defectus. 32.

VRina mortis significatiua fidelis ꝛ certa est aquosa: aut fetēs: aut nigra: aut lutosa. 33.

In vtroqꝫ sexu nigra pessima est: ꝛ in pueris vo aquosa malum. 34.

VRina cruda clara ꝛ diuturna cum alijs signis bonis: certum est apostema futurum sub dyafragmate. 35.

CRassicies vt aranee tela supernatans in vrina vituperanda est: significat enim liquari egrum. 36.

RAtionis vero est ꝛ ordinem in nebula non negligere vtrum supremum aut mediū teneat locum: similiter ꝛ colorem. Que etenim media est cum predicto colore laudabili laudabilis: suprema vero ꝛ nigra vituperabilis. 37.

CAuendum est tamen ne vesice vitio capiaris: vt qđ ab ea est alienum diiudices. 38.

LAudabilis est vomitus cui flegma admixtū coloribus fuerit: neqꝫ nimis viscosus. quanto vero a simplicitate remotior: tanto suspectior. 39.

VOmitus si sit sicut succus porri: aut viridis: aut plumbeus: aut niger: malus est. 40.

SI omnibus his infectus fuerit: est nūcius mortis: ꝛ infirmus morti est contiguus. 41.

Quod si vomat homo vnus omnes istos colores: tunc illud erit mortale valde. 42.

Omnis odor malus in quocunque vomitu malum est. 43.

Sputum in egritudine pulmonis seu coste est vtile: si fit velox: si fa-cile sine labore. 44.

Si subrubeum et sano sputo admixtum. 45.

Si vero tardum in doloris principio: et rubeum: aut citrinū: neque sano sputo admixtum: et cum laboriosa tussi: malum nūciat. 46.

Et rubeū oīno molestū et album viscosum globosum inutile est. 47.

Viride spumosum: malum. 48.

Si nigrum est: mortale est. 49.

Si in pulmone coherens sonuerit: nec quicq̄ inde exierit ma-lum est. Sternutatio cum reumate in omni egritudine pulmonis et coste malū est: siue enim illa sternutatio precedat siue coequa sit egri-tudini malum est. 50.

Sternutatio vero sine reumate in omni acuta egritudine bo-num est. 51.

Sputum subsanguineum clarum in pulmonis valitudine in prin-cipio nullo colore turbatum salutem significat. Sed si vsque in dies septimum aut amplius idem sputum manserit suspectum est. 52.

Omne sputum perseuerante dolore malum est. Sputum nigrum pessimū est. Et omne sputū cum doloris diminutione bonū. 53.

Omnis dolor predictorum locorum si superueniēte sputo: vel solutione ventris: vel flobotomia adhibito: vel quolibet competenti medi-camine non fuerit diminutus: pus ibi futurum denūciat. 54.

Putredo colerica sputo admixta: et sine sputo malum est. 55.

Si tamen a diē septimo contigerit. 56.

Mortem namque in quartodecimo nunciabis: nisi signum quodli-bet aliud sperande salutis adesse consideraueris. 57.

Quod si huiusmodi est robur et constantia egri et bonus spiritus et facilis proiectio putredinis cum tussi: et equalitas totius corpo-ris in habitudine caloris et multitudinis: nec sitierit: et si vrina et stercus et sudor et somnus bene se habuerit: que si bene se sunt habentia vitam sunt pollicentia. ex quibus si plura defuerint: post diem. 14. mortem fu-turam pronunciabis. Et contrarium quidem quod est mortis signum huiusmodi est: scilicet debilitas egri: spiritus anxius magnus et den-sus: dolor permanens: proiectio cum laboriosa tussi: sitis perseuerās: corporis circa calorem inequalitas: ventris et laterum calor magnus sed et frontis et manuum et pedum frigor: et vrina et stercus et sudor et somnus vt diximus sunt minantia mortem. hec si predicte proiectioni colerice putredinis superuenerint: mortem futuram ante diem. 14. nō dubitabis: vel in. 9. vel in. 11. Ex hac ergo consideratione sputum dices esse mortale. Et si vitalia mortisque signa cognoueris: pronosticorum re-ctitudine inoffense progredieris. 58.

ET illa signa sunt laudabilia scilicet: robur: ⁊ consistentia egri: ⁊ bonus spiritus. 59.

APostemata quedã in.20.quedam.in.40.quedam in.60.rupturam differunt. 60.

OPortet ergo medicum diem principij non ignorare: ⁊ in qua hora corpus primũ habuerit calere: aut rigere: aut per infirmũ cognoscere qñ incepit in eodem loco dolere: ⁊ cõpunctiones sentire. hec eniȝ sunt prima collectionum iudicia. Ex quo erunt tibi dies computandi: ⁊ inde eruptionem expectabis in predicta tempora. 61.

ET si hec collectio in vno laterum cõtigerit aut ambobus euenerit vtiliter percũctaberis. Et si in altero magis caluerit: dehinc iacere sup' alteꝝ videbis. Et si pondus in altero sentiat: interrogabis. Et ex hoc apã in altero latere ⁊ nõ in ambobus eẽ dijudicabis. 62.

ET ex signis huiusmodi que sunt putribilia coniecturabis: febris enim indeficiens erit: sed in die modica: in nocte vero magis accensa: ⁊ sudor multus: ⁊ in tussiendo falsa quies: ⁊ oculorum reductio: atqȝ in eorum angulis rubor: ⁊ vnguium constrictio: ⁊ digitorum calefactio. Amplius tamen in eorũdem digitorum summitatibus: ⁊ in pedibus fiunt ⁊ recedunt minuta apostemata: fastidium patiuntur: ⁊ per corpus eorum vesice nascuntur: ⁊ non morantur. Illi empici fiunt in quibus hec signa sunt. 63.

QUi vero velocius empici fiũt: vtrũqȝ ex eis que dicta sunt aliqd cõtigerit: cõsiderabis an spiritus sit frequens ⁊ sputum cuȝ tussi indeficiente: ⁊ vtrum eum excreare ceperit dolor fiat amplius: ⁊ in talibus rupturam ante.20.diem expectabis. 64.

ET quos febris in die rupture dimiserit: eos euasuros enũciabis: tunc ipsi cibum appetunt: ⁊ non sitiunt: ⁊ modicum atqȝ coniunctum est qd̃ egerunt: pus qd̃ eijciunt album est ⁊ leue: ⁊ per totũ equale ⁊ sine labore: ⁊ cum modica tussi ⁊ in breui sanantur. Prope hos sunt qui proxima signa his signis habuere eorum. Quos autem febris in apostematis ruptura non deserit: ⁊ quasi furtiua postmodum inuaserit: ⁊ afficiuntur siti ⁊ fastidio cibi: ⁊ egerunt molle: ⁊ post qd̃ iactant liuet ⁊ viret flegmati admixtum atqȝ spumosum; his signis pertractatis: perituros non dubitabis. 65.

QUi vero quedam horuȝ ⁊ nõ omnia habuerint: eoꝝ quidẽ hi moriuntur: hi etiam in vita manebunt: vtriqȝ tamẽ difficilẽ exitum consequuntur. hi tamen tuo prouidenti iudicio discernuntur. 66.

QUibus peripleumonicis supra aurem vel infra: apostema contingit ⁊ putredinem fecerit: ⁊ cum crepuerit: fistulam parit ⁊ sic euadit. 67.

INterest autem tua diligenter ꝯm hec precepta perpendere quando febris permanet: neqȝ dolor minuitur: ⁊ sputũ est incõuenies: ⁊ egestio non est colerica: neqȝ liquida: vrina mõdica cum hypostasi plurima ⁊ alia cuncta signa: boni sunt nuncia: tunc sub aure vt dixi

mus apostema futurum expectabis. 68.

S Epius innascitur apostema hoc his quib⁹ dolor aut calor est sub hypocundrijs. Quibus vero periplemonicis hypocundria neq; dolent neq; calent: & spiritus est densus sine causa manifesta: his apostema super aurem nascitur. 69.

A Postema vel vesica in pedenatum periplemonicis salutem promittit. melius tamē si in principio sputi proiectio ex rubeo in album mutatur: quia his signis certa salus promittitur. Sed quod reijcitur nō est vt oportet: neq; in vrina est hypostasis: timendum est ei mēbro cui superuenit apostema periculum. 70.

Q Uod si idem apostema euanuerit: atq; sputum putredinis non euenerit: neq; febris defecerit: malum est: & egro amentiam mortis preuiam expectabis. 71.

P Lures ex his qui grandeui sunt: periplemonica depereunt collectione. Alij vero alijs collectionibus magis. 72.

A Cutis febribus existētibus: si dolor a lumbis & femore ad dyafragma ascenderit: mortale est. Alijs tamen signis preuisis: ex quorū pluralitate siue paucitate dijudicabis. 73.

V Esica dolens atq; rigida febribus nō deficientibus malum pnūciat: magis tamen cum ventris strictura. 74.

Sed si puenerit vrina sicut pus cum hypostasi: dolor soluit. 75.

S I vero vrina nō sic fuerit: & vesica nō mollescit: neq; febris deciderit: mors in primo peryodo aderit. 76.

H Ec autem morbi species amplius pueris a septimo anno vsq; in decimumquintum euenire consueuit.

¶ Explicit liber Secundus pronosticor̄.

¶ Incipit Tertius liber pronosticor̄.



N febribus idem terminus quibusdam ad vitā quibusdam ad mortem. 2.

I Lla dies idem in quibus ex hominibus saluatur qui saluatur: & perijt qui perijt. 3.

I N quibus febrib⁹ si cūcta signa bn̄ pcesserit: & spes mali in quodam nō heserit: in die quarta aut prius terminū vite iudicabis. Sz in qbus cuncta signa male puenerint: neq; boni spes vlla affuerit: in quarta die vel ante mortem obibit. 4.

P Rimus periodus hoc nūero ptinet: scd̄s in septimo: terti⁹ in vndecimo: quart⁹ in quartodecimo: qnt⁹ in decimoseptimo: sext⁹ in vigesimo. Qui nūerus p q̄ternariū augmētādo in acuta egritudie vsq; in vigesimū diē decurrit: neq; ē pputari in pleto nūero dierū: quēadmodū neq; anni neq; mēses: ad quor̄ forma tres septimanas in vi

ginti dierum spacio terminamus. 5.

Et periodus primus ex periodis eaꝝ apud hoc peruenit. 6.

DEinde ſm hãc rõnẽ augmẽti euenit prim⁹ periodus in vigesimo die: scđs in quadragesimo: ⁊ tertius in sexagesimo. 7.

IN quibus valitudinibus determinatio est tarda: ꝓnostica in illis in initio sunt latẽtia: eaꝝ enim principia ꝯfusa sunt: iccirco cauti⁹ inuigilãdum est: ⁊ in singulis quaternis diebus studiosius intuendū: quod si feceris aut vix aut nunꝗ̃ falleris. 8.

ET finis quartane huiusmodi est. 9.

QUe vero in breui finiuntur: facilius cognoscunt. Differẽtia enī illaꝝ est euidentissima. Euasuris qdem spiritus suauis: neq; dolor aliquis nimius: ⁊ nocturna quies naturalis: ⁊ reliqua signa cuncta boni ordinis: vt diximus. Morituris vero spiritus anxius: ⁊ turbatus animus: vigiliaꝝ instantia: ⁊ omnis significatio mali nuncia. 10.

COnsiderabis igitur augmenti tempora vsq; in statum: an sint vt supra disposuimus. 11.

SEcundum hanc quoq; rõnem ⁊ in parientibus cautus eris: ⁊ nõ parientibus similiter. 12.

SI dolor in capite acutissimus cum febre fuerit: ⁊ signũ aliqđ mortis apparuerit: mors cito aderit. Et si signum mali non affuerit: ⁊ dolor vsq; in vigesimū diem permanserit: neq; febris abierit: sanguinem de naribus expectabis: aut aliquod apostema in inferioribus partibus corporis. Sed dolore adhuc restante: sanguinem de naribus expectabis: aut apostema expectabis: magis tamen dolore frontem ac tẽpora non relinquente. 13.

ET sanguinē sperabis plus in illis qui sunt minus. 35. annorū: apostema vero magis in his qui sunt amplioris etatis. 14.

AUrium dolor acutus cum acuta febre permanente malum est. Expectabis in eo alienationem ⁊ mortem: graue enī est ⁊ molestum. Interest ergo tua bene omnia a principio egritudinis perscrutari ⁊ attendere signa. 15.

IUuenes enim qui sunt in hac passione: in die septimo vel prius pereũt. Senes vero tardius quia febres ⁊ alienatio minus eis ꝗ̃ iuuenibus contingunt: atq; aures eorum erumpuntur ⁊ pus emittũt. In senili tamẽ etate valitudo resurgit ⁊ interimit. Iuuenes vero anteꝗ̃ rumpatur apostema pereunt. Quod si crepuerit: ⁊ signū quodlibꝫ apparuerit boni: aliquid boni sperabis. 16.

APostema in gutture cum acuta febre malum est. Et si aliud mali signum ex iam dictis visum fuerit: mortale est. 17.

SQuinantia pessima ⁊ cito mortifera est que in gutture non apparet nec extat in ceruice cum rubenti tumore: dolore tamẽ acutissimo existente ⁊ spiritu orthomie. 18.

HEc mali species in prima die suffocat: aut secũda: aut tertia: aut quarta. Altera huius mali species est cum in gutture apostema

rubet: ⁊ ipsa mortifera est: tamen pigrior est prima. 19.

TErtia vero in qua ceruix ⁊ guttur rubent prioribus diuturnior est: ⁊ nisi tumor ad interiora redierit: spei locus omnino nō resistit. 20.

ET si delituerit: non tñ ipsa die cretica: neqȝ propter aliqđ apostema rubentem tumorem alio transduxerit: neqȝ putredinem patiens expuerit: vel ad modicum defecerit: ⁊ si dolor requiem mentitur: mortem ad iterationis laborem promittit. 21.

BOnum est autem tumorem ⁊ ruborem foras prominere: quod apostema si ad pulmonem intus lapsum fuerit: pus ibi efficit: ⁊ amentem reddit. 22.

QUam tumidam ⁊ rubentem incidere timendum est: quia vel saniies inde sequitur: vel sanguinis fluxus nimius. Laborabis igit̃ ad aliam curam confugere. Et si neqȝ sic poteris incisionem effugere: ⁊ amplius crescit ⁊ liuescit: ⁊ si quod palato adheret subtiliatur: tunc incide: sed prius totum corpus festinabis purgare: tempore fauente: ⁊ suffocationis timore minime reluctante. 23.

QUorum febris si per modicum lentescit: nec signum finiende egritudinis habuerint: nec febris defectus in die cretica fuerit: iterationem egritudinis expectabis. 24.

QUibus febribus permanet: neqȝ labore grauantur: neqȝ multum molestantur vue dolore: his apostema futurum est in iuncturis inferiorum partium post diẽ. 20. Quibus febres longe: his pustule aut in articulis dolores fiunt. 25.

TRansactis. 20. diebus post febrem: oportet vt expecteť exitura cū pertransit egritudo vigesimum diem. 26.

HOc autem apostema minus euenit illis quorum etas est inferior a. 35. anno. 27.

QUibus vero etas est prolixior: fiet apostema febribus manentibus. 28.

FEbribus vero inordinate vagantibus quartane sunt future: certius tamen circa autūnum. 29.

ET sicut illis quos prediximus apostema oritur: sic qui. 35. annum preterierunt quartanarij efficiuntur. 30.

OMne apostema magis in hyeme q̄ in alijs tēporib⁹ euenit: ⁊ amplius moratur. ⁊ si sanatur non reciprocatur. 31.

QUibus adsunt febres non mortifere: attestantur in capite dolores: ⁊ patientes ante se putant tanq̄ muscas volitare: vel aliqua nigra. Et si dolor in vitalibus superuenerit: rubeam coleram vomituros sperabis. Et si rigor vel frigus affuerit: ⁊ sub hypocundrijs frigidum sentitur: certiorem ⁊ subitum vomitum sperabis. ⁊ si cibum assumunt reijciunt. 32.

QUibus ille dolor a primordio febris in capite est ⁊ dolor quarta die aut quinta augeť in septima euadūt. Quibus vero die tertia dolor inceperit ⁊ crescit vsqȝ in quintam ⁊ septimam: finitur in nona

vel vndecima. Si vero contingat in decima, ⁊ vrina prioꝛi similis est: in quartadecima die liberantur. 33.

Que vero diximus tertianarijs eueniunt equaliter viris ⁊ mulieribus. Junioribus vero eueniunt in febribus diuturnis ⁊ in veris tertianis. 34.

In febribus si est doloꝛ capitis neqꝫ ante oculos quibuslibet nigris apparentibus: sed veluti flamma lampadibus: ⁊ sub hypocundria dextra vel sinistra sunt tēsiones ⁊ tumoꝛes ⁊ tetani: sine doloꝛe his sanguis fluxurus est de naribus. 35.

Pueris in acuta febꝛe spasmus contingit: maxime autem si vētres constipati sunt ⁊ vigilent ⁊ expaueant ⁊ plangant ⁊ coloꝛem varient: vt modo citrini: modo rubei: modo liuidi: modo virides fiāt. hec veniunt pueris vsqꝫ in septimum annum: maioꝛibus vero his ⁊ iuuenibus spasmus in febꝛibus non contingit nisi magnis existentib⁹ infirmitatibus vt est frenesis. 36.

Interest ergo tua vt multo studio pereuntes ⁊ euasuros siue pueros siue iuuenes discernas: nec in qualibet egritudine te negligēter offeras. 37.

Honestum quoqꝫ illud est qui sanitatem huic vult promittere: illi vero moꝛtem vult pꝛonunciare. Et in bꝛeui ⁊ in pꝛolixa egritudine omnes vt diximus significationes opoꝛtet dignoscere ⁊ equa ratione perpendere atqꝫ vires earum conferre: cautius tamen hec in vrinis ⁊ sputis facere. 38.

Et hec est nostra doctrina in acutis passionibus ⁊ in epidimicis egritudinibus idest longis vt in cancro ⁊ similibus periculis: ne toꝛpeas ⁊ tempoꝛa pꝛesentesqꝫ moꝛbos attendas. 39.

Scito omnes valitudines posse euenire omnibus tēpoꝛib⁹. quasdā tamen quibusdam magis est euenire ⁊ quarum signa mala sunt malas esse. quarum vero bona sunt econtra se habere. 40.

Adhuc significationes quas diximus in ethiopia ⁊ hesperia ⁊ septētrione experti sumus. 41.

Nec desperatio aliqua te cōturbet: qꝛ locupletius ꝙ existimes tibi arridebit signoꝝ series si vt mouimus nostre rōni inuigiles. 42.

Neqꝫ ad alias egritudines ⁊ alias pꝛeceptiones ab hac pꝛeceptione velis diffundere: quia quecunqꝫ determinantur nostro numero certo dierum creticoꝛum: nostro quoqꝫ sint exposite oꝛdine pꝛeceptoꝛum.

¶ Explicit liber tertius pꝛonosticoꝛum Hypocratis.

¶ Incipit

¶ Incipit liber Primꝰ aphorismoꝝ dñi Hypocratis ſm̄ ãtiq̄ꝫ trãſlationẽ.



Ita breuis. Ars vero longa. Tempus autem acutũ. Experimentum fallax. Judicium autem difficile. ¶ Oportet autem non soluꝫ ſeipſum prebere facientẽ que oportet: ſed etiam egrotantem: ⁊ preſentes: ⁊ ea que extrinſecus ſunt. 2.

In perturbationibus vẽtrũ ⁊ vomitibus, qui ſponte fiunt: ſiquidẽ qualia oportet purgari purgenť: ⁊ confert: ⁊ bene ferũt. Si vero nõ: contrarium. ¶ Sic ⁊ inanitio ſiquideꝫ qualẽ oportet fieri fiat: ⁊ confert ⁊ bene ferunt. Si vero nõ: cõtrarium. ¶ Contẽplari igitur opꝫ ⁊ tempus: ⁊ regionẽ: etates: ⁊ egritudines: in quibus oportet: aut nõ. 3.

In exercitantibus ad ſummuꝫ bone habitudines ſunt fallaces ſi in vltimo fuerint. Nõ enim poſſunt manere in eodẽ: neqꝫ quieſcere. Qui vero non quieſcunt: nequaq̄ꝫ poſſunt in melius addere: relinquitur ergo ad peius. Horum igitur cauſa bonam habitudinem ſoluere cõfert: ⁊ non tarde: vt rurſus principium nutrimenti accipiat corpus. Neqꝫ compreſſiones ad vltimum ducere. fallax enim eſt. Sed qualis natura fuerit ſuſtinentis ad hoc ducere. Similiter ⁊ inanitiones ad vltimum ducentes ſunt fallaces. Et iteruꝫ reſumptiones in vltimo exiſtentes fallaces. 4.

Tenues ⁊ certe diete in diuturnis ſemper paſſionibus: ⁊ in acutis egritudinibus quibus non conueniunt: difficiles. Ad vltimum tenuitatis: que adducuntur diete difficiles. Et iterum reſumptiones in vltimo exiſtentes difficiles. 5.

In tenuibus dietis peccant egrotãtes: ⁊ ideo magis leduntur. Omne enim peccatũ quantũcũqꝫ ſit magnũ ſit magis in tenuibus dietis q̄ꝫ in groſſioribus. Propter hoc ⁊ in ſanis fallaces ſunt valde certe ⁊ ꝯſtitute diete: quoniã peccãtia difficilius ferũt. Propter hoc igiť tenues ⁊ certe diete fallaces ſunt. amplius parum ſolidioribꝯ. 6.

Ad vltias egritudines vltie curatiões ad perfectionẽ ſunt potẽtes. 7.

Ubi vero ſecundũ acumẽ egritudo ꝯtinuos ⁊ vltimos labores hꝫ: vltima ⁊ tenuiſſima dieta neceſſariũ eſt vti. Ubi aũt non: nõ: ſed cõuenit groſſius reficere: ⁊ tantum ſubcondeſcendere quãtum egritudo mollior fuerit vltimis. 8.

Quãdo in ſtatu ẽ egritudo: tunc tenuiſſima dieta neceſſariũ eſt vti. 9.

Contemplari oportet igitur egrotantem: ſi ſufficiat dieta ad ſtatũ egritudinis: ⁊ vtrum ille deficiat prius ⁊ non ſufficiat dieta: aut egritudo deficiat ⁊ obtundatur. 10.

Quibus ergo continuus est status: continuo ꝛ tenuiter reficere oportet. Quibus vero posterior status ad id ꝛ ante id parum afferendū. Prius vero vberius reficiendum: vt sufficiat egrotans. 11.

In paroxismis subtrahere cibum oportet. apponere enim lesio est. Et quecunqȝ ſm circuitus exacuuntur: in exacerbationibus subtrahere oportet. 12.

Paroxismos vero ꝛ consistentias declarāt egritudines: ꝛ tempora anni: ꝛ circuituū adinuicem incrementa: siue quotidie: siue preter diem: siue per amplius tempus fiant. Sed ex post apparentibus: quemadmodum in pleuretico sputum subrubeum si continuo appareat: inchoantem quidem abbreuiat. si vero posterius appareat prolongat. Et vrine egestiones ꝛ sudores ꝛ difficritas ꝛ eucritas lōgas ꝛ breues egritudines apparentia declarant. 13.

Senes facillime ferunt ieiunium. Secundo consistentes. Minus vero pueri. Horum vero omnium: maxime infantes. Horum vero ipsorum quicunqȝ sunt: animosiores existentes. 14.

Qui crescunt plurimum habent innatum calorem: plurimo igitur indigent nutrimento. Si vero non: consumitur corpus. Senibus vero paruus calor inest: propter hoc igitur paucis fomentis indigēt: a multis cibis enim extinguitur calor. Propter hoc igitur ꝛ febres senibus non similiter acute fiunt: frigidū enim corpus habent. 15.

Uentres hyeme ꝛ vere calidissimi sunt natura: ꝛ somni longissimi. In his ergo temporibus oblationes plures dande sunt. Etenim innatus calor est multus: nutrimento igitur amplior indigent. Signuȝ ꝛ etates ꝛ athlete. 16.

Humide diete omnibus febricitantibus conferunt: maxime vero pueris: ꝛ alijs sic assuetis refici. 17.

Quibus semel aut bis: aut amplius: aut minus: aut ſm partē. Danduȝ vero est aliqd tpi: ꝛ hore: ꝛ regioni: ꝛ etati: ꝛ consuetudini 18.

Estate vero: ꝛ autūno cibos grauissime ferunt. In hyeme vero facile. Uere vero secundo. 19.

His qui in circuitibus exacuuntur: nihil dare: neqȝ cogere: sed auferri ex appositis ante crisim. 20.

Ea quoꝝ crisis fit: ꝛ quoꝝ facta est equalr̄: non mouere: neqȝ nouum facere: neqȝ farmacijs: neqȝ alijs ꝓuocationibꝰ vti: sed sinere. 21.

Que ducere oportet vndecūqȝ natura maxime repit: inde ducere per conuenientes regiones. 22.

Digesta medicari: ꝛ mouere non cruda: neqȝ in principijs: nisi sint furiosa. multa vero non sunt furiosa. 23.

Que egeruntur non multitudinem cōsiderare opȝ: sed quomodo egeruntur. Et si qualia oportet purgari purgentur: ꝛ confert: ꝛ bene ferunt. Et vbi oportet vsqȝ ad defectionem ducere: ꝛ hoc facere si sufficiat egrotans. 24.

In peracutis passionibus raro ꝛ in principijs farmacijs vti. Et hoc

prius bene dijudicantes facere. 25.
Si qualia oportet purgari purgentur: & confert: & bene ferunt. Si ve-
ro contrarium importune. 26.

¶ Explicit liber Primus aphorismorum Hypocratis.

¶ Incipit liber Secundus aphorismorum.


In quo morbo somnus laborem prestat: mortale. Si vero somnus iuuerit: non mortale. 2.
Ubi desipientiam somnus sedat: bonū. ubi vero prestat: malum. 3.
Somnus & vigilie: utraque modo magis facta: malum. 4.
Non plenitudo: non indigentia: neque aliud quodcunque magis natura fuerit nihil bonum. 5.
Labores spontanei narrant morbos. 6.
Quicunque dolentes aliquid corporis: plurimum dolorem non sentiūt: his mens egrotat. 7.
Quecunque multo tempore extenuantur corpora: tarde reuerti consue-
uerunt. Que vero modico modice. 8.
Si ex egritudine cibum accipiens quis non conualescat signum est quod corpus plurimo cibo vtitur. Si vero non accipiēti hoc fit: significat quoniam corpus inanitione indiget. 9.
Corpora ubi quis vult purgare: oportet fluxa facere. 10.
Non pura corpora quātūcūque nutries magis ledes. 11.
Facilius est repleri potu quam cibo. 12.
Que relinquuntur in morbis post crisim: subuersiones facere consue-
uerunt. 13.
Quibuscunque crisis fit: his nox difficile est ante acumen: superueniēs vero leuior ut in pluribus. 14.
In ventris fluxibus: mutationes egestionum iuuant. si non: ad mala transmutantur. 15.
Ubi fauces egrotant aut pustule in corpore nascuntur: considerare oportet egestiones. Si enim colerice fuerint. corpus egrotat. Si ve-
ro sanis similes. certum est corpus nutriri. 16.
Ubi indigentia non oportet laborare. 17.
Ubicunque cibus preter naturam intrat. hic egritudinem facit. Mani-
festat vero sanatio. 18.
Eorum que nutriunt copiose & velociter. veloces secessus fiunt. 19.
Acutorum morborum non omnino certe sunt sanitatis pronunciatio-

nes: neq3 mortis. 20.
Quibuscunq3 iuuenibus existentibus ventres fiunt humidi: his senescentibus exsiccantur. Quibus iuuenibus ventres fiunt sicci: his senioribus factis humectantur. 21.
Potus indigentiam soluit. 22.
Ex plenitudine quecunq3 egritudines fiunt: euacuatio sanat. Et quecunq3 ab euacuatione: plenitudo. Et aliorum contrarietas. 23.
Acute egritudines in quattuordecim diebus iudicantur. 24.
Septime quarta est iudicatiua: et alterius hebdomade octaua est principium. Contemplaria vero vndecima. hec est enim quarta secunde hebdomade. Contemplaria vero rursus septimadecima: hec est enim quarta a quarta: decimaseptima vero ab vndecima. 25.
Estiue vero quartane vt multum fiunt breues: Autumnales vero longe: Maxime vero que ad hyemem coniunguntur. 26.
Febrem in spasmo melius est fieri: quam spasmum in febre. 27.
Non secundum rationem alleuiatis non oportet credere: neq3 vereri valde mala que fiunt irrationabiliter: Multa enim talium incerta sunt et non valde permanere neq3 morari consueuerunt. 28.
Febricitantibus non fortiter: neq3 omnino in superficie permanere et nihil minuere corpus: aut tabescere magis eo quam secundum rationem fit malum est: hoc enim longitudinem egritudinis significat: hoc autem imbecillitatem virtutis significat. 29.
Inchoatibus morbis si quid videtur mouere moue. In statu vero habere silentium melius est. 30.
Circa principia et fines omnia imbecilliora. Circa vero status omnia fortiora. 31.
Ex egritudine vero bene reficienti et nihil addere corpus malum. 32.
Plerunq3 omnes male se habentes secundum principia quidem bene recipientes et nihil addentes in fine rursus abstinent. Secundum principia quidem abstinentes fortiter. Posterius vero bene reficientes melius commutant. 33.
In omni egritudine confortari mente: et bene se habere ad oblationes bonum. Contrarium vero malum. 34.
In morbis minus periclitantur egrotantes. Quibuscunq3 proprie nature: et etatis: et habitudinis: temporis: et regionis: et hore egritudo inest: magis quam quibus non propria secundum aliquid horum inest. 35.
In omnibus morbis ea que circa vmbilicum et pectinem sunt spissitudinem habere melius est. Nimis vero tenue et tabefactum malum. Fallax enim huiusmodi ad inferiores purgationes. 36.
Sana habentes corpora farmacijs purgati exoluuntur: Celerius vero malo cibo vtentes. 37.
Sana habentes corpora farmacijs vti: difficile est. 38.
Parum deterior cibus et potus delectabilior vero: melioribus quidem in delectabilibus magis appetendus. 39.

Senes iuuenibus plerũqȝ egrotant minus. Quecunqȝ vero egritudines eis cronice fiunt: multotiens commoriuntur. 40.
Branchi ꝛ corrize in valde senibus non maturantur: 41.
Qui exoluũtur frequenter ꝛ fortiter sine manifesta occasione: repente moriuntur. 42.
Appoplexiã soluere fortẽ impossibile est. Debilẽ vero non facile. 43.
Strangulatorum ꝛ dissolutorum nondum mortuorum: non referunt quibuscunqȝ spuma fuerit circa os. 44.
Crassi valde ẜm naturam cito moriuntur magis gracilibus. 45.
Epilenticorum iuuenibus alterationem mutatiões maxime etatis: horarum: locorum: faciunt ꝛ vitarum. 46.
Duorum dolorum qui simul fiunt: non ẜm eundem locum: maior denigrat alterum. 47.
Circa generationem saniei dolores ꝛ febres accidunt magis ꝙ̃ facta sanie. 48.
In omni motione corporis cum ceperit quis dolere: quiescere statiȝ remedium est. 49.
Assueti assuetos labores ferre: ꝛ si fuerint imbecilles aut senes: insuetis ꝛ fortibus ꝛ iuuenibus facilius ferunt. 50.
Ex multo tempore consueta: ꝛ si fuerint deteriora insuetis: minus molestare ꝯsueuerũt. Oportet igiẜ ad incõsueta transmittere. 51.
Secundum multuȝ ꝛ repente euacuare: aut replere: aut calefacere: aut infrigidare: aut aliter quomõlibet corpus mouere: fallax est: ꝛ omnino nature inimicũ. Paulatim vero certum. Et ex alio ad aliud transire decet: non aliter. 52.
Omnia ẜm rationem facienti: ꝛ non euenienti ẜm rationem: non oportet transire ad aliud: manente eo quod visum est a principio. 53.
Quicunqȝ ventres habent humidos iuuenes quidem existentes: siccos habentibus melius cõmutant. In senectute vero deterius commutant: siccantur enim vt in pluribus senescentibus. 54.
In magnitudine vero corporis iuuenescere quidem decens est: ꝛ non insuaue. Senescere vero inutile: ꝛ peius minoribus.

¶ Explicit liber secundus.

¶ Incipit liber Terti⁹ aphorismorũ.



Mutationes temporum maxime generant morbos. Et in horis magne mutationes aut frigiditates aut estus. Et alia ẜm rationem sic. 2.
Naturarum hec quidem ad estatẽ: hec vero ad hyemeȝ: bene aut male nate sunt. 3.

Egritudinum alie ad alias bene nate sunt: aut male. 4.
Etates quedā ad regiones: ⁊ horas: ⁊ dietas: bñ aut male nate sunt. 5.
In horis quando eadem die: aliquando quidam estus: aliquando vero frigus: autūnales egritudines expectare oportet. 6.
Austrini flatus grauant auditum: caliginosi caput grauātes: pigri dissoluentes: quando isti preualent talia in morbis patiuntur egrotantes. Si vero boreas fuerit: tusses: faringes: ventres duri: dissurie: horrores dolores: ⁊ pectorum ⁊ laterum: quando isti preualuerint talia in morbis expectare oportet. 7.
Cum estas sit veri similis: sudores multos in febrib⁹ expectare opꝫ. 8.
In siccis temporibus febres acute fiunt. Et siquidem annus talis existens amplius fuerit: qualem constitutionem fecerit in pluribus: ⁊ tales egritudines expectare oportet. 9.
In moderatis temporibus si temporaliter tempora se reddiderint: boni status ⁊ bone egritudinis determinationes fiunt. In immoderatis vero maxime imoderate: ⁊ difficiles determinationes. 10.
In autūno acutissime fiunt egritudines: ⁊ maxime mortifere: vt in pluribus. Uer vero sanissimum: ⁊ minime mortiferum. 11.
Autūnus ptisicis malus. 12.
De temporibus: siquidem hyems sicca ⁊ borealis fuerit: ver vero pluuiosum ⁊ austrinū: necesse est estate febres acutas: ⁊ obtalmias: ⁊ dissinterias fieri: maxime mulieribus: ⁊ humidis natura. 13.
Si vero austrina hyems ⁊ pluuiosa ⁊ tranquilla fiat: ver vero siccuꝫ ⁊ boreale: mulieres siquidem quibus partus ad ver inest: ex omni occasione abortiunt. Si vero genuerint: morbidos pueros: ⁊ imbecilles pariunt: vt aut statim resoluantur aut morbidi ⁊ tenues viuant existentes. Aliis vero iunioribus quideꝫ dissinterie: ⁊ obtalmie sicce fiūt. Senioribus vero catarri celeriter dissoluentes. 14.
Si vero estas sicca ⁊ borealis fiat: autūnus vero pluuiosus ⁊ austrin⁹: capitis dolores in hyeme: tusses: branchi: ⁊ corize fiunt: quibusdam vero ⁊ ptisis. 15.
Si vero autūnus borealis fuerit ⁊ inaquosus: humidis natura ⁊ mulieribus confert. Reliquis vero obtalmie fiunt sicce: ⁊ febres acute: ⁊ corize diuturne. Quibusdam vero ⁊ melancolie. 16.
Constitutiones anni vero omnino quidem sicce pluuialibus sunt saniores: ⁊ minus mortifere. 17.
Egritudines vero in pluuialibus vt multum fiunt: ⁊ febres longe ⁊ vētris fluxus: ⁊ putredines: ⁊ epilepsia: ⁊ apoplexia: ⁊ squinantes. In siccis vero consumptiones: ptisis: ⁊ obtalmie: artetice: stranguríe: ⁊ dissinterie. 18.
Quotidiane vero constitutiones boreales corpora constituunt quidem fortiora: ⁊ bene mobilia: ⁊ bene colorata: ⁊ melius audientia faciunt: ⁊ ventres siccant: ⁊ oculos mordent: ⁊ circa thoracem dolorē faciūt: ⁊ siquidem prius est dolendum magis dolet. 19.

Austrine vero corpora dissoluunt ꝛ humectant: ꝛ capitis ꝛ auditus grauitates faciunt: ꝛ vertigines in oculis: ꝛ corpore difficilem motum: ꝛ ventres humectant. 20.

Secundum horam quidem veris ꝛ extreme estatis pueri ꝛ eorum affines etatibus: ꝛ bene degunt ꝛ maxime sani sunt. Estate ꝛ autũno vsq₃ ad aliud qdē senes. Reliquo v̓o autũno ꝛ hyeme medij etate: 21.

Egritudines quedam omnes in omnibus horis fiunt: quedam v̓o maxime ꝺm quedam earum fiunt ꝛ exacuuntur. 22.

Uere siquidem manie: ꝛ melancolie: ꝛ epilepsie: sanguinis fluxus: squinantes: corize: branchi: tusses: lepre: lichineis: alphi: rubores vlcerosi plurimi: pustule: ꝛ artetice. 23.

Estate vero quedam horum febres continue: ꝛ causon: ꝛ tertiane plurime: ꝛ vomitus: ꝛ dyarie: ꝛ oculorum ꝛ aurius₃ dolores: oris vlcerationes: ꝛ pudendorum putredines: ꝛ dissudationes. 24.

Autũno vero ꝛ estiuorũ multa ꝛ febres quartane: ꝛ errantes: ꝛ splenes ꝛ hydropes: ꝛ ptisis: ꝛ vlcerationes: ꝛ strangurie: ꝛ lienterie: ꝛ sciades: ꝛ squnantes: ꝛ anhelitus ꝛ hylei: ꝛ epilepsie: ꝛ manie ꝛ melı̄e. 25.

Hyeme pleuretide: periplemonie: corize: branchi: tusses: dolores pectorum: laterum ꝛ lumboꝝ: dolor capitis: vertigines ꝛ apoplexie. 26.

In etatibus vero talia accidunt. Pueris quidem ꝛ nouiter genitis vlcerationes oris: vomitus: tusses: faringes vmbilici: flegmones: vigilie: tumores: ꝛ aurium humiditates. 27.

Cum vero dentes producunt: gingiuaru₃ pruritus: febres: spasmi: dyarie: ꝛ maxie quando producũt caninos dentes. ꝛ pinguissimis puerorum ꝛ duros ventres habentibus. 28.

Senioribus vero factis perithimia spondilis ꝺm collum intus impulsiones: asmata: lithiases: lumbrici rotundi: ascarides: acrocordines: sathiriasis: scrophule ꝛ alie pustule. 29.

Senioribus vero ꝛ ad iuuentutem accedentibus. ꝛ horum multa. ꝛ febres diuturne magis. ꝛ ex naribus sanguinis fluxus. 30.

Plurime vero pueris passiones terminantur. hec quidem in quadraginta diebus. hec vero in septem mensibus. hec vero in septē annis. hec vero ad iuuentutem accedunt. quecũq₃ vero permanent pueris ꝛ non soluuntur circa iuuentutem. aut feminis circa menstruorum eruptiones. veterascere consueuerunt. 30.

Adolescentibus vero sanguinis sputa: ptisis: febres acute: epilepsie: ꝛ alie egritudines: ꝛ maxime predicte. 31.

Ultra v̓o hāc etatē asmata: pleuretides: periplemonia: litargie: frenesis: causon: dyarie diuturne: colere: dissinterie: lienterie: ꝛ emorroydes. 32.

Seniorib⁹ disnie: catarri cũ tussi: strāgurie: dissurie: articuloꝝ dolores: nefreses: v̓tigines: apoplexie: cacesie: prurit⁹ toti⁹ corpis: melı̄e: vigilie: vētris ꝛ nariũ hũiditate: oculoꝝ hebetudo: glaucositas: ꝛ grauitas auditus. ¶ Explicit tertius liber aphorismoꝝ.

Incipit liber Quartus aphorismorum.



Regnantes si conuenit purgare: a quarto mēse vsq; ad septimum. Minus vero has. Minora vero ⁊ seniora vereri oportet. 2.

In farmacijs talia ducere ex corpore qualia sponte venientia sunt vtilia. Que vero contraria venientia quiescere. 3.

Si qualia oportet purgari: purgentur: ⁊ confert: ⁊ bene ferunt. Cōtraria vero grauiter. 4.

Purgare quidem estate superiora: hyeme vero inferiora. 5.

Sub cane: ⁊ ante canem: moleste sunt purgationes. 6.

Graciles ⁊ facile vomētes purgare superius: timētes hyemem. 7.

Difficile vero vomētes ⁊ medie carnosos inferius: timētes estatem. 8.

Ptisicos vero metuentes ad superiores farmacias. 9.

Melancolicis vero inferius eadem ratione vehementius cōtraria apponentes. 10.

Medicari in valde acutis si expedit, eadem die: differre enim in talibus malum est. 11.

Quibuscunq; torsiones: ⁊ circa vmbilicum dolores ⁊ lumbos ⁊ dolor non solutus sit: neq; farmacijs: neq; aliter in hydropem siccam perficitur. 12.

Quibus ventres lienterici hyme: superius medicari malum. 13.

Ad elleboros his qui non facile sursum purgantur: ante bibitionem oportet prehumectare corpora plurimo nutrimento: ⁊ requie. 14.

Cum biberit quis elleborum: ad motiones quidem corpus magis oportet ducere. Ad somnos vero ⁊ immobilitates minus. Declarat autem nauigatio: quoniam motus corpora turbat. 15.

Cum volueris magis ducere elleborum moue corpus. Cum vero statuere: fac somnum ⁊ noli mouere. 16.

Elleborus periculosus est sanas carnes hñtibus: spasmū enim facit. 17.

Non febricitantibus existentibus si fiat fastidium ⁊ cordis morsus ⁊ tenebrositas oculorum ⁊ os amaricatum: sursum farmacia indigere significat. 18.

Supra dyafragma dolores sursum farmacia indigere significat. Quicūq; vero inferius: significant inferius. 19.

Quicūq; in farmacijs non sitiunt cum purgantur: non quiescant: donec sitiant. 20.

Non febricitantibus existentibus si fiat strophus: vel genuum grauitas ⁊ lumborum dolor: deorsum farmacia indigere significat. 21.

Egestiones nigre vel qualis sanguis sponte venientes: ⁊ cū febre ⁊ sine febre pessime. Et quantūcūq; fuerint colores plures: magis malum.

Cum pharmaco vero melius. Et quanto plures fuerint colores non malum. 22.
Egritudinibus quibuscunq; incipientibus: si fel nigrum: aut sursum aut deorsum exierit mortale. 23.
Quibuscunq; ex egritudinibus acutis: aut multi temporis: aut abortibus aut: aliter extenuatis: si fel nigrum exierit: aut qualis sanguis niger: sequenti die morientur. 24.
Dissinteria si a felle nigro inceperit mortale. 25.
Sanguis sursum quidem qualiscunq; malum: deorsum vero si niger exierit bonum. 26.
Nigre egestiones si a dissinteria habito: vt intestinorum carnes egerantur mortale: 27.
Quibuscunq; in febrib⁹ sanguinis fluit multitudo: vndecunq; in resumptionibus ventres his humectantur. 28.
Quibuscunq; fellee egestiones sunt: surditate superueniente quiescunt. Et quibuscunq; surditas felleis egestionibus superuenientib⁹ quiescunt. 29.
Quibuscunq; in febribus sextanis existentibus rigores fiunt difficiles sunt. 30.
Quibuscunq; exacerbationes fiunt siqua hora febris acceperit: in crastinum eadem hora incipiunt difficilia. 31.
Laboriosis in febribus circa articulos & circa maxillas maxime apostases fiunt. 32.
Quibuscunq; resurgentibus ex morbis si aliquid doluerit: ibi apostases fiunt. 33.
Si vero & prius doluerit aliquid ante egritudinem: illic confirmatur egritudo. 34.
Si a febre habito tumore non existente in faucibus suffocatio repente superuenerit mortale. 35.
Si a febre habito collum conuertatur vt vix possit deglutire tumore non existente in collo: mortale. 36.
Febricitanti si ceperint sudores boni sunt tertiani: quintiani: septeni: & qui nono die. 7. 11. & 14. & 17. & 20. & 21. & 24. & 27. & 30. & 31. & 34. & 37. & 40. Isti enim sudores egritudines iudicant. Qui vero ita non fiunt: dolorem significant & longitudinem egritudinis & conuersionem. 37.
Frigidi sudores cum febre acuta quidem facti mortem significant. Cum molliori vero febre longitudinem egritudinis significant. 38.
Et vbi in corpore sudor: ibi egritudinem narrat. 39.
Et vbi in corpore calidum vel frigidum: ibi egritudo regnat. 40.
Et vbi in toto corpore mutationes: & si corpus: aut infrigidatur: aut statim calidum fit: aut calor alter ex altero fit: significant longitudinem egritudinis. 41.
Sudor multus ex somno sine aliqua manifesta causa factus significat quoniam corpus plurimo cibo vtitur. Si vero cibum non accipienti

hoc fiat:significat quoniam indiget euacuatione. 42.
Sudor multus frigidus vel calidus semp fluens:frigidus maiorem: calidus vero minorem egritudinem significat. 43.
Febres quecũq; nõ deficiẽtes tertia die fortiores fiunt periculose. Que cunq; vero sic defecerint:significant quoniam non periculose. 44.
Quibuscũq; febres lõge sunt:his dolores:ꝛ pustule fiũt i articulis. 45.
Quibuscunq; ex febribus resurgentibus aut pustule aut dolores fiunt in articulis:hi amplioribus cibis vtuntur. 46.
Si rigor inciderit febre non deficiente:iam debili existente virtute mortale. 47.
Excreationes si in febribus non deficientibus liuide:vel sanguinee ꝛ fetide:ꝛ fellee sint:omnes male sunt. Egeste vero bene:bone sunt:ꝛ ẽm secessum:ꝛ ẽm vrinas. Si vero non aliquid vtilium egrediatur per hec loca:malum est. 48.
In non deficientibus febribus:si quedam extra frigida fuerint:que vero intus ardeant ꝛ sitim habeãt:mortale. 49.
In non deficientibus vero febribus:si labium:aut oculus:aut supercilium:aut nasus distorqueatur:aut non videat:aut non audiat:iam debili existente corpore:quodcunq; horum fiat prope mors est. 50.
Ubi febre nõ deficiẽte dispnia supuenerit:ꝛ desipientia:mortale est. 51.
In febribus apostema non solutum ad primas crises:longitudinẽ egritudinis significat. 52.
Quibuscũq; in febribus aut in alijs egritudinibus voluntarie oculi lachrymantur:nihil inconueniens. Quibuscũq; vero non ẽm voluntatem inconueniens. 53.
Quibus in dentibus in febribus limositates fiunt:fortiores ꝛ diuturniores fiunt febres. 54.
Quibus plerũq; tusses sicce ꝛ modice prouocare in febribus ꝛ vtentibus:non valde sitientes sunt. 55.
In bubonibus febres facte omnes male:exceptis ephimeris. 56.
Febricitanti sudor superueniens nõ deficiente febre:malum prolongatur enim morbus:ꝛ humorem plurimum significat. 57.
A spasmo ꝛ tetano habito febris supueniẽs soluit egritudinẽ. 58.
A causone habito rigore superueniente solutio fit. 59.
Tertiana vero si nõ iudicat in septẽ periodis:longissima erit. 60.
Quibuscunq; aures in febribus surdescunt: sanguis ex naribus fluẽs aut venter turbatur:soluit egritudinem. 61.
Que iudicant in paribꝰ diebus difficrita sunt:ꝛ amica ꝯuersiõis. 62.
Quibuscũq; i febribꝰ quotidie rigores fiũt:quotidie febres soluũt. 63.
Quibuscunq; in febribus icteritia superuenerit:ante septimum diem malum. 64.
Quibuscunq; in febribus in.7.aut.9.aut.11.aut.14.die icteritia superuenerit,bonum si non dextrum hypocundrium durum fiat si vero fit:non bonum. 65.

In febribus circa ventrem cauma forte & cordis morsus: malum. 66.
In febribus ex somnis timores aut spasmi malum. 67.
In febribus spiritus offendens malũ: spasmũ enim significat. 68.
In febribus acutis spasmi: & circa viscera dolores fortes malum. 69.
Quibus vrine grosse: globose: pauce: non sine febribus multitudo veniens: ex his tennis iuuat: maxime vero talia veniunt: quib⁹ ex principio aut celerius hypostases fiunt. 70.
Quibus vrine in febribus conturbate & conuerse velut subiugalium: his capitis dolores: aut adsunt: aut aderunt. 71.
Quibus in septima terminantur: his nubem habet quarta dies vrinã rubeam vel alia fm rationem. 72.
Quibus vrine limpide aut albe male: maxime si in freneticis appareant. 73.
Quibus hypocũdria suspensa sunt & subrugientia lumbi dolore superueniente: ventres his humectantur: si non ventositates erũpant: aut vrine multitudo superueniat: in febribus vero fiunt hec. 74.
Quibus spes ad articulos apostema conuerti eruet ab apostemate: vrina grossa & multa & alba facta velut in laboriosis febribus. Et maxime si quartanis quibusdam incipit fieri. Si vero sanguis ex narib⁹ fluat valde & celeriter soluitur. 75.
Si sanguinem: aut pus minxerit: renum aut vesice vlcerationem significat. 76.
Quibuscũq3 in vrina grossa: quasi carniũ frusta: vel sicut pili sunt: his de renibus exeunt. 77.
Quib⁹ in vrina pingui exũte furfura mingũtur: his vesica scabit. 78.
Quicũq3 sanguinem sponte mingunt: his de renibus vene rupturam significat. 79.
Quibuscũq3 in vrinis arenosa subsiant sedimina: his vesica aut renes lithiasim habent. 80.
Si sanguinem mingunt: aut trumbos & stranguriam habent: & dolor incidit in pectinem: & sub ventre: & perithoneon circa vesicam: dolorem significat. 81.
Si sanguinem aut pus mingunt: aut squamas: & odor grauis: vesice vlcerationem significat. 82.
Quibus in vrinali via pustule nascuntur: sanie facta & erupta solutio fit morbi. 83.
Urina multa facta noctu: modicũ secessum significat: & ecõuerso. 84.

¶ Explicit liber quartus aphorismoꝝ.

¶ Incipit Quintus liber aphorismorum domini Hypocratis.



Paſmus ex ellebore mortale. 2.
In vulnere ſpaſmus ſuperueniens mortale. 3.
Sanguine multo fluente: ſpaſmus innatus aut ſingultus malum. 4.
Spaſmus innatus ⁊ ſingultus poſt nimiam inanitionẽ malum. 5.
In imoderata purgatiõe ſpaſmus aut ſingultus innatus: malũ. 6.
Si inebriatus aliquis repente ſine voce fiat: ſpaſmo innato moritur: ſi non febris acceperit eum: aut ante horam ſm quam crapule ſoluuntur locutus fuerit. 7.
Quicunqꝫ a tetano apprehenduntur: in quattuor diebus moriuntur. Si vero hos effugerint: ſalui fiunt. 8.
Epilepſie quibus ante iuuentutẽ naſcuntur mutationẽ habent qbus vero poſt vigeſimũquintũ annũ cõmoriuntur vtplurimũ. 9.
Quicũqꝫ pleuretici facti in .14. diebus non purgantur: hi in empima tranſeunt. 10.
Ptiſis fit maxime in etatibus a .18. annis vſqꝫ ad .25. annum. 11.
Quicunqꝫ ſquinantiam effugiunt: ⁊ ad pulmonem eis conuertitur: in septẽ diebus moriuntur. Si vero hos effugerunt: empici fiunt. 12.
Qui a ptiſi moleſtantur ſi ſputum qualecunqꝫ expuunt graue fetet: ſuper carbones effuſum ⁊ capilli a capite defluunt: mortale. 13.
Quibuſcũqꝫ ptiſicis capilli defluũt: dyaria ſupueniẽte: moriunt. 14.
Quicũqꝫ ſanguinẽ ſpumoſum expuũt: his ex pulmõe eductio fit. 15.
Ptiſi habito dyaria ſuperueniente mortale. 16.
Quicũqꝫ ex pleuretide empici fiunt: ſi purgentur in .40. diebus a qua die ruptura fit quieſcunt. ſi vero non: in ptiſim tranſeunt. 17.
Calidum nocet hoc frequenter vtentibus. carnium effeminationẽ facit: neruorum incontinentiã: mentis ſtuporem: fluxum ſanguinis: ⁊ defectiones ſpiritus: quibuſdam vero ⁊ mors ſequitur. 18.
Frigidum vero ſpaſmos ⁊ tetanos ⁊ nigriores ⁊ febriũ rigores. 19.
Frigidum inimicum neruis oſſibus dentibus cerebro ſpinali medulle Calidum vero vtile ⁊ amicum. 20.
Quecunqꝫ infrigidata ſunt: recalefacere oportet: exceptis quibuſcũqꝫ ſanguinem manare futurum eſt. 21.
Ulceribus frigidum mordax: cutẽ indurat: dolorem ſine ſanie facit: nigrores: rigores: ſpaſmos, tetanos: ⁊ febres. 21.
Eſt aũt vbi in tetano ſine vulnere iuuene bñ carnoſo eſtate media aque frigide multa īfuſio: caloris reuocationẽ facit: calor vo h liberat. 23.
Calidum ſaniem faciens in omni vulnere maximum ſignum ad certitudinem: cutem mollit ⁊ attenuat ſine dolore: rigorũ tetanorum ⁊ ſpaſmorũ mitigatoriũ eſt. Eorum vero que in capite ſunt ſoluit grauedinẽ. Plurimũ confert oſſium fracturis: magis vero denudatis. Horum aũt maxie in capite vulnera hñtib⁹: ⁊ qcũqꝫ a frigiditate oriunt: aut vulnerantur: ⁊ herpetis vulneribus comedentib⁹: ano pudẽdo: veſice: ⁊

matrici. Calidum quidem determinans & amicum. Frigidum vero cõtrarium: & occidens. 24.
In his vero oportet frigido vti vnde sanguis fluere futurus est: non super loca sed circa ea. Et quecunq; flegmones: aut inflammatiões in rubeum aut subsanguineum colorem sunt tendentes ex recẽti sanguine: quoniam veterata denigrat: & iuuat herisipillam non vulneratam: quoniam vulnerate nocet. 25.
Frigida velut nix vel cristallus pectori inimica: tusses cõmouẽtia: sanguinem fluere facientia: & catarros. 26.
In articulis dolores & tumores sine vlceratione: podagram & spasmũ: & horum plurima frigida aqua infusa refrigerat & attenuat & dolorem soluit. Stupor enim mediocris dolorem minuit. 27.
Aqua que cito calefit & cito infrigidatur: leuissima est. 28.
Quibuscũq; bibere desiderium est noctu valde sitiẽtibus: si super dormierint bonum. 29.
Muliebria educit calefactio ex aromatibus. Multotiens vero & ad alia vtilis esset. si non grauedinem capitis faceret. 30.
Mulier in vtero habens flobothomata abortum facit: sed magis cuius maior est fetus. 31.
Mulieri in vtero habenti ab aliqua acutarum egritudinum accipi mortale. 32.
Mulieri sanguinẽ vomenti mẽstris superuenientibus solutio fit. 33.
Mulieri mẽstruis deficientibus sanguinẽ ex naribus fluere bonũ est. 34.
Mulieri in vtero habenti: si venter multum fluat: periculum est abortiendi. 35.
Mulieri que a matrice molestatur: aut difficulter generanti: sternutatio superueniens bonum. 36.
Mulieri menstrua habenti sine colore proprio & non secundum se semper facta: purgatione indigere significat. 37.
Mulieri in vtero habẽti: si subito mãmille graciles fiant: abortit. 38.
Mulieri in vtero habenti: si altera mammilla gracilis fiat: geminos habenti: alterum abortiet. Et si quidez dextra gracilis fiat masculũ. si vero sinistra: feminam. 39.
Similiter que neq; pregnans neq; generauit lac habet: huius menstrua defecerunt. 40.
Mulieribus quibus ad mãmillas sanguis conuertitur: maniá significat. 41
Mulierem si vis scire si concepit: mellicratum quando dormitura est. da bibere ei: & si quidem torsiones habuerit circa ventrem concepit. si vero non: minime. 42.
Mulier si quidem masculum concepit: bene colorata est. si vero feminam: discolorata. 43.
Si mulieri pregnanti herisipilla fit in matrice: mortale. 44.
Que preter naturam tenues existentes concipiunt: abortiunt anteq̃ grossescant. 45.

Quecunque corpora moderate habentes abortiunt secundo mense: aut tertio: sine omni occasione manifesta: his quotilidones mucillaginibus pleni sunt: et non possunt pre grauedine tenere fetum: sed abrumpunt. 46.
Quecunque existentes preter naturam crasse non concipiunt: his pinguedo os matricis obturat: et priusquam extenuentur non concipiunt. 47.
Si matrix in vertebro posita fecerit saniem: necesse est commotum fieri. 48.
Fetus maris quidem in dextris: femine vero in sinistris magis. 49.
Ad matricis precipitationes obtalmicum apponens apprehende os et nares. 50.
Mulieri in vtero habenti tenasmon innatus abortire facit. 51.
Mulieris menstrua si velis retinere: sitiam maiorem mammillas appone. 52.
Quecunque in vtero: habent his concluditur os matricis. 53.
Mulieri in vtero habenti lac ex mamillis multum fluens: fetum significat debilem. Si vero vbera dura fuerint sanum fetum significat. 54.
Quecunque corrupte sunt fetus: his vbera gracilia fiunt. Si vero rursus dura fiunt. Et si dolor est in vberibus aut in vertebris: aut in genibus: aut in oculis non corrumpuntur. 55.
Quibuscunque os matricis durum est: his necesse est os matricum concludi. 56.
Quecunque in vtero habentes a febribus accipiuntur: et fortiter calefaciuntur sine occasione manifesta: generant periculose et difficulter: aut abortiunt periclitantes: 57.
In fluxu muliebri spasmus et animi defectio si superueniat: malum. 58.
Menstruis plurimis euenientibus: accidunt egritudines. et non venientibus a matrice: accidunt egritudines. 59.
In ano flegmones patienti: et matrice flegmonem habente: stranguria superuenit. In epate vero flegmones patienti: singultus superuenit. Et in renibus habentibus saniem: stranguria accidit. 60.
Mulier si non conceperit: velis autem scire si concipiet: contegens vestimentis suffumiga deorsum: et siquidem transire videatur odor per corpus ad os et nares: cognosce quoniam ea non propter se non generat. 61.
Mulieri in vtero habenti si purgationes exeunt: impossibile est fetum sanum esse. 62.
Si mulieri purgationes non exeunt: neque febre: neque rigore superueniente: angustie vero: abhominationes: defectiones animi ei acciderint: reputa hanc in vtero habere. 63.
Quecunque frigidas et densas matrices habent: non concipient. Et quecunque humidas habent matrices non concipiunt: extinguit enim in eis semen. Et quecunque siccas et magis ardentes: non concipiunt: indigentia enim nutrimenti corrumpitur semen. Et quecunque ex vtrisque temperiem habent moderate fiunt huiusmodi generantes: anxietates: abominatio. 64.

Similiter & in maribus: aut enim propter raritatem corporis spiritus extra fertur vt non incidat semen: aut propter debilitatem humidum diffunditur extra: aut propter frigidum non calefit: ita vt congregetur ad hunc locum: aut propter caliditatem ipsum hoc fit. 65.

Lac dare caput dolentibus malum est. Malum vero & febricitantibus: & quibuscunque hypocundria suspensa rugiunt: & siticulosis. Malum vero quibus fellei secessus: & in acutis febribus: & in quibus sanguinis multa egestio facta est. Conuenit vero prisicis non valde febricitantibus. Dare vero & in febribus longis nullo predictorum signorum presente: & extra rationem tabefactis. 66.

Quibus tumores in vulneribus apparent non valde spasmantur: neque insaniunt. His vero non apparentibus repente: quibus quidem retro spasmi & tetani fiant. Quibus vero in priori parte: mania & dolor lateris acutus: aut empima: aut dissinteria si rubei fiunt tumores. 67.

Si in vulneribus malis & fortibus existentibus tumor non appareat: megnum malum: laxa bona: cruda mala. 68.

Posteriora capitis dolentia: in fronte recta vena incisa iuuat. 69.

Rigores mulieribus incipiunt ex lumbis magis: & per dorsum ad caput & viris retro magis quam in priori parte corporis: velut cubitorum: coxarum: & propter cutem raram: declarat vero pilus. 70.

A quartanis habiti non valde a spasmis apprehenduntur. si vero apprehenduntur prius & superueniat quartana: soluuntur. 71.

Quibus circumtenditur cutis dura & sicca sine sudore finient. Quibus vero laxa & rara cum sudore finient. 72.

Icterici non valde fiunt inflati. 73.

¶ Explicit liber quintus aphorismorum.

¶ Incipit liber Sextus aphorismorum.



In diuturnis lienterijs oxiremia superueniens prius non existens bonum signum. 2.

Quibus nares humide naturaliter: & semen humidum citò infirmantur. Quibus vero contraria salubrius. 3.

In diuturnis dissinterijs abstinentia malum: & cum febre peius. 4.

Circumfluentia vlcera male consuetudiuis: malum. 5.

Dolores in lateribus & pectoribus: & in alijs corporis partibus: si multum differunt ad discernendum: mali sunt. 6.

Nefretici & circa vesicam dolores: laboriose sanantur in senibus. 7.

Dolores & tumores secundum ventrem existentes: superiores quidem leuiores: inferiores fortiores. 8.

Hydropicis que vulnera in corpore nascuntur: non facile sanantur. 9.
Late pustule non valde pruriginose sunt. 10.
Caput dolenti vel circumdolenti: sanies aut aqua aut sanguis defluens secundum aures et nares soluunt egritudines. 11.
Melancolicis et freneticis emoroydes innate bonum. 12.
Emoroydas sananti antiquas si non vna fuerit relicta: periculum est fieri hydropem: aut ptisim: aut maniam. 13.
A singultu habito sternutatio superueniens soluit egritudinem. 14.
Ab hydrope habito secundum venas in ventrem aqua fluente solutio fit. 15.
A dyaria habito diuturna spontaneus vomitus superueniens soluit egritudinem. 16.
A pleuretide habito et peripleumonia dyaria superueniens: malum. 17.
In oculis patientem dyaria accipi: bonum. 18.
Vesicam incisam: aut cerebrum: aut cor: aut dyafragma: aut epar: aut ventrem: aut renes: aut intestinorum aliquod gracilium mortale. 19.
Quando incisum fuerit os: aut cartilago: aut neruus: aut maxille tenues: aut preputium: neque crescit: neque conglutinatur. 20.
Si in ventrem sanguis fluat preter naturam: necesse est in saniem conuerti. 21.
Maniacis emoroydibus aut varicibus innatis: manie solutio fit. 22.
Quibuscunque dolores a dorso in cubitos transeunt: flobotomia soluit. 23.
Si timor et pusillanimitas multum habeant tempus: habentem melancolicum perficit. 24.
Intestinorum si incidatur aliquod gracilium: non conglutinatur. 25.
Herisipilam extrinsecus factam: intus conuerti non bonum: intrinsecus vero extra bonum. 26.
Quibuscunque in causone tremoris fiunt: alienatio soluit. 27.
Quicunque empici aut hydropici vruntur: aut inciduntur: his effluente sanie: aut aqua multa et repente: omnino pereunt. 28.
Eunuchi non podagrizant: neque calui fiunt. 29.
Mulier non podagrizat: si menstrua non defecerunt in ea. 30.
Puer non podagrizat ante affrodisiam. 31.
Dolores oculorum meri potio aut lauacrum aut pyria aut flobotomia aut farmacia soluit. 32.
Trauli a dyaria maxime capiuntur longa. 33.
Acide ructuantes non valde pleuretici fiunt. 34.
Quicunque calui fiunt: his varices non nascuntur magne. Quibuscunque vero innascuntur: rursus capillati fiunt. 35.
Hydropicis tussis superueniens malum. Preexistens vero sine malo. 36.
Dissuriam flobotomia soluit: incidere vero venam que intus in talo est. 37.
Squinante habito tumorem fieri in gutture bonum. Extra enim conuertitur morbus. 38.
Quibuscunque absconditi cancri fiunt: non curare melius est. Curati enim pereunt citius. Non curati multum tempus perficiunt. 39.

Spasmus

Spasmus fit ex plenitudine aut euacuatione. Ita singultus. 40.

Quibuscunqз dolor circa hypocundria sine flegmone. his superueniens febris soluit dolorem. 41.

Quibuscunqз sanies facta in corpore non manifestat. his propter spissitudinem saniei aut loci grossitiem non manifestatur. 42.

Ictericis si epar durum fiat: malum. 43.

Quicunqз splenetici a dissinteria capiuntur: his superueniente longa dissinteria hydrops nascitur aut lienteria: ⁊ pereunt. 44.

Quibuscunqз ex stranguria ileos innascitur: hi in septem diebus pereunt: si non febre superueniente multa vrina fluxerit. 45.

Uulnera quecunqз annua fuerint vel longius tempus habent: os necesse est emitti: ⁊ cicatrices fieri concauas. 46.

Quibuscũqз gibbi ex asmate fiunt aut tussi: ante iuuẽtutẽ peunt. 47.

Quibuscunqз flobotomia aut farmacia confert: hos vere flobotomare aut farmaciam dare conuenit. 48.

Spleneticis superueniens dissinteria: bonum. 49.

Quibuscunqз tumores podagrici fiunt: in quadraginta diebus deferuescentes resident. 50.

Quibuscunqз cerebrum sursum concutitur: necesse est febrem ⁊ fellis vomitum superuenire. 51.

Quibuscũqз sanis dolores repente fiunt in capite: ⁊ continuo sine voce fiunt ⁊ stertunt: pereũt in septẽ dieb⁹: si nõ eos accipiat febris. 52.

Attendere oportet ⁊ iudicium oculorum in somnis. Si enim quid albi appareat commissis palpebris: nõ ex dyaria existente aut farmacie potione malum signum: ⁊ mortale valde. 53.

Desipiẽtie cũ risu quidẽ facte securiores. Cum tristitia ṽo moleste. 54.

In acutis passionibus cum febre luctuosa suspiria malum. 55.

Podagrica ⁊ maniaca vere ⁊ autũno mouentur vt in pluribus. 56.

In melãcolicis egritudinibus periculose eruptiões: aut apoplexiam: aut epilepsiã: aut spasmũ: aut cecitatem: aut maniam significãt. 57.

Apopletici maxime fiunt etatibus a quadraginta annis vsqз ad sexaginta vel septuaginta. 58.

Si omentum eruperit necesse est putrefieri. 59.

Quibuscunqз a sciatica molestatis vertebrum resilit foras ⁊ cursus incidat in locum suum: his mucilagines facte sunt. 60.

Quibuscunqз a sciatica molestatis vertebrum resilit foras: his tabescit crus ⁊ claudicant si non vrantur.

¶ Explicit liber Sextus aphorismoꝝ.

¶ Incipit septimus liber aphorismorum.



N acutis morbis frigiditas extremitatum malum. In osse egrotanti caro liuida malum. 2.
In vomitu singultus ꝛ oculi rubei malum. 3.
In sudore rigor malum. 4.
In mania dissinteria aut hydrops aut extasis bonū. 5.
In egritudine diuturna: abstinentia ꝛ egestiones colerice malum. 6.
Ex multa potatione rigor ꝛ desipientia malum. 7.
Ex apatis itus ruptura: dissolutio: vomitus: ꝛ defectio animi fit. 8.
In sanguinis fluxu desipientia aut spasmus: malum. 9.
In hyleon vomitus: singultus: spasmus: ꝛ desipientia: maluz. 10.
In pleuretide perıplemonia malum. 11.
In periplemonia frenesis malum. 12.
In vulneribus fortibus: spasmus: aut tetanus: malum. 13.
In percussione in capite stupor aut desipientia malum. 14.
In sanguinis sputo: saniei sputum malum. 15.
In saniei sputo ptisis ꝛ fluxꝰ malū. vbi vo saliua tenet̄: moriunt̄. 16.
In flegmone epatis singultus: malum. 17.
In vigilia spasmus aut desipientia malum. 18.
In ossis denudatione herisipila malum. 19.
In herisipila putredo aut sanies malum. 20.
In litargico tremor malum. 21.
In forti pulsu in vulneribus emorosagia malum. 22.
In dolore diuturno circa ventrem sanies malum. 23.
In colerico secessu dissinteria malum. 24.
In ossis fractura desipientia si in vacuum acceperit malum. 25.
In farmacie potione spasmus mortalis. 26.
In dolore forti circa ventrem frigiditas extremitatum malum. 27.
In vtero habenti tenasmus superueniens abortit. 28.
Quibuscūqz os aut cartilago incisuz fuerit in corpore nō auget̄. 29.
Si ab albo flāte hito dyaria supuenerit fortis soluit egritudinē. 30.
Quibuscūqz spūose egestiōes i dyaria: his a capite flegma defluit. 31.
Quibuscunqz in febribus in vrinis crinio des hypostases fiunt: longaz egritudinem significat. 32.
Quibuscunqz colerice hypostases fiunt. superius vero tenues: acutaz egritudinem significat. 33.
Quibuscūqz vrine distātes fiūt: his in corpore turbatio fit fortis. 34.
Quibuscunqz in vrinis ampulle supernatant: nefreticam significant: ꝛ longam egritudinem fore. 35.
Quibuscunqz pinguis hypostasis ꝛ conglobata: his nefreticam ꝛ acutam egritudinem fore. 36.
Quibuscūqz nefreticis existibus predicta signa acciduīt: ꝛ dolores acuti circa musculos spinales fiunt: siquidē circa extrinsecos locos fuerint: apostema futurum expecta extrinsecus. Si vero dolores magis

circa interiores locos: apostema futurum expecta magis intus. 37.
Quicũqз sanguinem vomunt. siquidem sine febribus salubre. Curatur vo stipticis: ⁊ infrigidantibus. Si vo ex febre: perniciosuз est. 38.
Catarri in superiori vẽtre: in saniẽ conuertunt in viginti diebus. 39.
Si sanguinem ⁊ trumbos mingit: ⁊ stranguriam habet: ⁊ dolor incidit in peritoneon: ⁊ sub ventrem ⁊ pectinem: ea que circa vesicam sunt egrotare significat. 40.
Si lingua intemperata repente fiat aut apopleticum aliquid corporis vel melancolicum huiusmodi efficit. 41.
Si super purgato seniori singultus superueniat: non bonum. 42.
Si febris non a colera habeatur: aqua multa calida infusa a capite solutio fit febris. 43.
Mulier vtrasqз dextras habens non fit. 44.
Quicunqз empici vruntur aut inciduntur. siquidem sanies pura fluxerit ⁊ alba euadunt. Si vo cenulenta ⁊ male olens pereunt. 45.
Quecunqз in epate propter saniez vruntur. siquidem sanies pura fluxerit ⁊ alba euadunt. In tunica enim illius sanies est. Si vero velut amurca fluxerit pereunt. 46.
Oculorum dolores: meri potio ⁊ lauacrum ⁊ flobotomia soluit. 47.
Hydropicus si tussim habeat: desperatus fit. 48.
Stranguriam ⁊ dissuriam vini potio ⁊ flobotomia soluit. Incidere vero venam que intus in talo est: bonum. 49.
Squinante habito tumor ⁊ rubor in pectore superueniens: bonum. foras enim conuertitur egritudo. 50.
Quicunqз spachilon in cerebro patiuntur: in tribus diebus pereunt. Si vero hos effugerint: sani fiunt. 51.
Sternutatio fit a capite ex cerebro calefacto ⁊ humectato: qđ est in capite vacuo: aere descendente in illud vacuum ⁊ faciente sonitũ: quoniam exitus est ei per angustum. 52.
Quicũqз circa epar dolẽt: his febris supueniẽs: soluit egritudinẽ. 53.
Quibuscunqз conuenit sanguinem auferre ex venis: hos oportet flobotomare in vere. 54.
Quibuscunqз inter renes ⁊ ventrem flegma concluditur ⁊ dolorẽ prestat non habens exitum in neutrum ventrium: his sm venas in vesicam conuerso flegmate solutio fit morbi. 55.
Quibuscunqз epar aqua impletum in omentum eruperit: his aqua venter impletur ⁊ moriuntur. 56.
Anxietates: oscitationes: rigores: vinum mensurate bibitum soluit egritudinem. 57.
Quibuscunqз cerebrum motum fuerit ab aliqua actione: necesse fieri sine voce statim. 58.
Corporibus humidas carnes habentibus: famem adhibere conuenit. fames enim desiccat corpora. 59.
Si a febre habito: tumore nõ existente in collo suffocatio repẽte inna-

scitur vt deglutire non possit: mortale. 60.
Si a febre habito torqueatur collũ vt deglutire nõ possit ⁊ transglutiẽdo angustietur sine tumore manifesto: mortale. 61.
Si a febre habito: tumore non existente in faucibus suffocatio repente venerit mortale. Si a febre habito colluȝ conuertatur ita vt vix deglutire possit: tumore non existente in collo: mortale. 62.
Sudore multo frigido calido superfluente: opȝ mitti humiditatem a corporibus fortibus superius: debilibus vero inferius. 63.
Febres quecunqȝ non deficientes tertia die sunt fortiores ⁊ periculose. Quecũqȝ vero sic defecerint: significat qm̃ nõ periculose. 64.
Quib⁹ febres lõge: his pustule diuturne: aut ĩ articul' dolores fiũt. 65.
Quibuscũqȝ ex febribus aut pustule diuturne: aut in articulis dolores fuerint: hi amplioribus cibis vtuntur. 66.
Cib⁹ quẽ accipiũt febricitãtes sanis est virt⁹: infirmis ṽo morb⁹. 67.
Premissis aliquibus exeuntibus non motis: sed quasi rasura intestini supernatauerit parua: paruus est morbus. Si multa: multus. Horum vero multa necessaria est ventris solutio. Si vero venter non mundificabitur: sed potius iuscula dabuntur: quanto magis dabis: tanto magis plus peiorabitur.

¶ Expliciunt aphorismi Hypocratis ſm veterem translationem.

¶ Incipit liber aporismorum domini Hypocratis a domino Theodoro gaza medico e greco in latinum de nouo translatorum.



Vita breuis. Ars longa. Occasio preceps. Experimentum fallax. Judicium difficile est. Nec solum seipsum officiofungentem exhibere oȝ: sed etiam egrum: ⁊ assidentes: ⁊ exteriora. 2.
In perturbationibus vẽtris ⁊ vomitibus sponteuis: si tale purgatur quale purgari opȝ: res bñ cedit: ⁊ facile fertur. Sin minus: contra. Simili modo conceptaculoꝝ inanitio si fiat qualis fieri oportet: res bene cedit ⁊ facile fertur. Sin minus: cõtra. Igitur ⁊ tempus ⁊ terram ⁊ etatem ⁊ genera morborum in quibus oportet nec ne conspicari officium est. 3.
Habitus athletaꝝ admodum boni tuti nõ sunt si ad summuȝ deuenerint. Nõ enim in eodẽ subsistere possunt aut quiescere. Qñ si non ge-

scunt nihil proficere in melius possunt. Restat igitur his de causis vt in deteri⁹ labant. Quamobrem soluere habitum expedit sine mora: vt denuo refici corpus incipiat. Nec iccirco compressiones in extremum ducende sunt. Haud.n.tutum hoc est: sed pro eius qui corrigit natura ducendum: vt toleret. Dino euacuationes in extremum deducte cum periculo sunt. Rursusque recreationes extreme ad periculum agunt. 4.

Tenuis exquisitaque victus ratio in affectibus tum diuturnis omnib⁹: tum etiam acutis quibus non competit: grauis molestaque est. Itemque victus qui in extremum tenuitatis deuenerit: grauis est. Nam satietas quoque in extremum acta molesta est. 5.

In tenui victus ratione egri peccant: quo fit vt maiore afficiantur detrimento: quicquid enim committitur grauius obuenit quam in aliquantulum pleniore. His igitur et sanis tuta non est illa admodum tenuis diligens exquisitaque ratio victus ob eam rem quod difficilius errorem qui committitur ferunt. Ita fit vt tenuis et diligens victus periculosior maxima ex parte sit eo qui paulo plenior precipiatur. 6.

Summis morbis summa diligentissime remedia adhibenda sunt: 7.

Ubi morbus pacutus est: statim et labores summi fatigant et tenuissimo victu vti necesse est. Ubi non ita est: sed plenius agere licet. Tantum indulgendum est cibo quanto morbus ipse sit summo leuior. 8.

Cum vero morb⁹ consistit suo vigore: tunc tenuissimo victu vti necesse est. 9.

Colligendum etiam est an eger possit eo victu quem preceperis durare ad consistendi vigorem vsque egrotationis: et ille ve potius deficiat: nec durare possit ea ipsa victus ratione: an morbus ante deficiat atque hebetescat. 10.

Quibus igitur consistentia iuxta est: his tenuis victus iuxta precipiendus est. Quibus autem consistendi vigor postea futurus est: his in eoipso vigore et paulo ante cibo subtrahendum est. Tempore vero superiore vberius agendum est vt eger sufficiat. 11.

In accessionibus abstinendum est. assumere enim cibum nociuum est. et quibus per circuitum veniunt accessiones: his in ipsa accessione abstinendum est. 12.

Accessiones vero conditionesque iudicantur a morbis et anni tempib⁹ atque etiam circuitum successiuis incrementis: siue quotidie: siue vno interposito die: siue etiam per interualla ampliora eueniunt: necnon ex his que superueniunt iudicium accipi potest. Uerbi gratia in morbo costali si screatio purulenta statim inter initia extitit: breuem egritudinem fore ostendit. Sin postea paruit: longam. Quin etiam vrina: aluus: sudor: morbos aut difficile aut facile aut nullo pacto iudicari finirive posse: aut breues: aut longos fore significabunt. 13.

Senes facillime ieiunium tolerant: mox qui firma etate sunt: minus adolescentes: omnium minime pueri: eorumque ipsorum qui animo sunt propensiores. 14.

Qui increscunt plurimum caloris innati obtinent: itaque plurimo cibo

indigent: alioquin corpus assumitur. Senibus vero paruum caloris inest: et ob eam rem paucis egent fomitibus quippe qui a multis oppressi extinguantur: hinc etiam febres non eque acute senibus accidunt: corpus enim eorum frigidum est. 15.

Uentres hyeme et vere natura calidissimi sunt et somni longissimi. Itaque per ea tempora cibi dari copiosius debent. Caloris enim natiui copia magna inest: vt cibus proinde plenior requiratur. Argumento etates sunt et athlete. 16.

Uictus omnis febricitantibus humidus proficit: sed precipue pueris: et his qui ita viuere consueuerunt. 17.

Et quibusnam semel aut bis assumendum sit: et plura ne: an pauciora particulatim animaduertendum. Tempori etiam etati et consuetudini impartiendum aliquid est. 18.

Cibos estate et autumno difficillime ferunt: hyeme facillime: mox ver. 19.

Qui per circuitus accessionum exacuuntur: his nihil est dandum nec assumere quicquam cogendum: sed adiectioni subtrahendum est ante iudicationem. 20.

Que iudicantur aut iudicata sunt integre: nõ mouere neque nouare vel medicamẽtis: vel alijs incitamẽtis: sed sincere debes. 21.

Que euacuãda sunt eo duci debẽt qua maxime nã cõmode tẽdit. 22.

Concocta euacuare mouereque non cruda oportet nec in principio nisi turgent. Sed magna ex parte non turgent. 23.

Deiectiones nõ copia estimãde sunt: sed eo quod talia deijciũtur: qualia deijci oportet et facile eger fert. Atque vbi ad anime defectionẽ vsque ducendum est: ita agendum modo eger durare possit. 24.

In affectibus acutis raro et inter initia vtendũ medicamẽto euacuatorio est: idque adhibito diligenter examine faciendũ est. 25.

Si quale purgari oportet tale purgatur: prodest et facile fertur. Si contra difficulter. 26.

Incipit liber Secundus aphorismorũ domini Hypocratis a domino Theodoro gaza medico e greco in latinum nuper transductorum.



In quocunque morbo somnus laborem affert letalis est. At si iuuat letalis non est. 2.

Ubi somnus delirium tollit bene est. 3.

Somnus aut vigilia si alterutrum modum excesserit: male est. 4.

Non satietas non fames non aliud quicq̄ bonum est quod naturam excedit. 5.
Lassitudines sponte euenientes morbos pronunciant. 6.
Quicūq3 parte corporis aliqua laborantes laborem ipsum magna ex parte non sentiunt. his mens egrotat. 7.
Que longo temporis spacio extenuantur: lente reficienda sunt. Que breui breuiter. 8.
Si quis a morbo cibum assumens non corroboratur: plus cibi q̄ satis sit assumi significatur. At vero si non assumenti ita euenit. euacuatione opus esse sciendum est. 9.
Corpora quacūq3 purgare libuerit: fluida eo facies. 10.
Corpora impura quo magis nutris: eo magis offendis. 11.
Potu q̄ cibo expleri facilius est. 12.
Que per morbos relinquuntur: ab iudicatione faciunt recidiuā. 13.
Quibus iudicatio instat: his nox difficilis est que accessionē precedit: subsequēs autē nox facilior magna ex pte accidere solet. 14.
In profluuiis alui mutationes deiectionum iuuant nisi in praua mutentur. 15.
Ubi fauces egrotant aut tubercula in corpore oriuntur excretiones cō siderande sunt. nam si biliose sunt corpus egrotat. si similes sanis corpus alere tutum est. 16.
Ubi fames est: laborandum non est. 17.
Ubi plus cibi preter naturam ingestum est: morbum id facit: patet hoc ex ipsa curandi ratione. 18.
Eor q̄ vniuersim atq3 celeriter alūt: excretiōes quoq3 celerit' fiūt. 19.
Morborum acutorum predictiones non ad modu3 tute sunt neq3 mortis neq3 salutis. 20.
Quibus iuuenibus adhuc aluus humida est: his senescentibus siccatur. Contra quibus iuuenibus adhuc aluus sicca est: his senescentibus humectatur. 21.
Famem vini potio soluit. 22.
Quicunq3 morbi ex repletione fiunt: euacuatione curantur. Quicunq3 euacuatione: repletione: Eodemq3 modo ceterorum contraria remedio sunt. 23.
Morbi acuti intra quartūdecimum diem iudicari solent. 24.
Dies quartus septimi index est. Octauus principium alterius septenarii exorditur. Undecimus etiam considerandus est. Quartus enim secūdi septenarii est. Itē decimus septimus ɔsiderandus est. Quartus enim a quartodecimo ꝛ septimus ab vndecimo est. 25.
Quartane estiue breues magna ex parte sunt. Autumnales longe presertim que hyemem attigerint. 26.
Febre3 ɔuulsioni superuenire melius est q̄ ɔuulsionē febri. 27.
His que nō ex ratione leuant confidendum non est: nec pre metu omittendum. soluere ea que preter rationem incidunt mala; hec enim

magna ex pte īfirma sunt nec pseuerare aut imorari diuti⁹ solēt. 28.
Febricitanti non admodum leuiter ꝛ per summam corporis formam si corpus perstat nec vllo modo collabitur aut contra si magis consumitur ꝙ̃ ratio postulat: vitiosum est. alterum enim longitudinē morbi. alterum imbecillitatem significat. 29.
Cum morbi incipiunt: siquid mouendum est moue. Cum consistunt ꝛ vigent: quiescere melius est. 30.
Omnia cū incipiūt ꝛ finiūt: leuiora sunt. Cū cōsistunt grauiora. 31.
Sicut ab egrotatione bene assumenti cibum corpus nihilo proficit: signum est vitiosum. 32.
Omnes fere qui sese male habent principio bene assumentes cibum nec quicquā proficientes: in fine inedia exigunt. At vo q principio vehemēter exigētes postea bene assumunt: hi melius euadūt. 33.
In quouis morbo mente constare ꝛ cibuꝫ appetere bono est: contrariū vero vitio datur. 34.
Per morbos minus hi periclitantur quorum nature morbus conuenit: aut etati: aut habitui: aut tempori: ꝙ̃ quibus non cōuenit aliqua ex his ratone. 35.
In quauis egritudine partem vmbilici ꝛ imum ventrem esse pleniorē: melius est admodum extenuari atqꝫ tabescere vitiosum est. Ad inferas etiam purgationes hoc idem tutum non est. 36.
Qui salubri corpore sunt: celeriter per euacuationes oppressi dissoluūtur: atqꝫ etiam qui prauo cibo vtuntur. 37.
Qui corpore bñ ꝯstāt: difficulter ad vsum veniūt medicamētoꝝ. 38.
Potus ꝛ cibus paulo deterior modo suauior sit ꝙ̃ qui melior: sed insuauior anteponendus est. 39.
Seniores magna ex pte min⁹ egrotāt ꝙ̃ iuuenes. Attamen q lōgi his acciderint morbi: magna ex pte isanabiles tota vita comitant. 40.
Raucedines ꝛ grauedines maioribus admodum natu conquoqui nequeunt. 41.
Qui sepe ꝛ multum exoluuntur sine causa manifesta: hi derepente moriuntur. 42.
Stupor attonitus vehemēs solui nō pōt: leuis nō de facili pōt. 43.
Qui strangulantur ꝛ euertuntur citra mortem: si ore spumant non reficiuntur. 44.
Qui obesi admodū sunt ex nā celerius moriunt ꝙ̃ qui graciles. 45.
Qui morbo comitiali laborat: si iuuenis est liberari mutatione potissimum: etatis: loci: victus: ꝛ vite munere pōt. 46.
Si dolor geminus non eodem in loco infestat: qui vehementior est alterum leuiorem obscurat. 47.
Dolores ꝛ febres accidunt magis cum conficitur pus: ꝙ̃ vbi confectū iam est. 48.
In omni corporis motu cuꝫ fatigari incepit cessasse protinus: lassitudinis leuatio est. 49.

Qui assueuerunt ferre labores etiam si inualidi sunt aut senes facili⁹ ferunt: q̄ꝑ qui non sunt assueti quãuis robusti ⁊ iuuenes. 50.
Quecũqꝫ longo tempore assueta sunt etiam si deteriora sint minus infestare solent: q̄ꝑ que insueta sunt. Igitur ad insueta quoqꝫ mutasse conueniet. 51.
Nimis repenteqꝫ euacuare aut replere aut calefacere aut refrigerare aut alio quouis modo corpus mouere: tutum non est. Atqꝫ nimiuꝫ omne inimicum nature est. Contra paulatim lenteqꝫ agere tutũ est. Deniqꝫ de alio transire in aliud prestat. 52.
Si cum omnia ratione feceris: nõ id prouenit quod ratio postulat: noli in aliud transire dum maneat quod principio visum est. 53.
Quorum aluus est humida: hi quãdiu iuuenes sunt melius degunt q̄ꝑ quibus sicca est. At in senectute deterius. Siccatur enim aluus magna ex parte his qui senescunt. 54.
Magnitudo corporis in iuuenta quidem formam liberaleꝫ affert nec iniocundam. Sed in senectute vsu difficilis est: atqꝫ deterius euadit quod procerius est.

¶ Incipit liber Tertius aphorismorum Hypocratis a domino Theodoro gaza nuper e greco in latinuꝫ transductorum.



Temporum mutationes potissimum pariunt morbos. magneqꝫ temporũ mutatiões: aut frigoris: aut estus ⁊ reliqua ex ratione grauius incidunt. 2.
Naturarum alie ad estatem alie ad hyemem bene maleve se habent. 3.
Ex morbis aliĩ ad alia tempora loca ⁊ victus genera bene maleve sese habent: eodem modo etates. 4.
Per tempora quotiens eadeꝫ die modo estus: modo frigus existit: morbos autũnales expectari oportet. 5.
Austri hebetant audituꝫ: caliginem obducunt: corpora diffundunt: pigrioraqꝫ faciunt. Caput aggrauant. Ubi tempestas ita preualuerit: affectus eiusmodi existunt. At si tempus aquilonum est: tusses: fauces: alui dure: difficultates vrine: dolores horrifici costaꝝ ⁊ pectoruꝫ accidũt. Ubi tẽpestas ita exuparit: affect⁹ eiusmodi expectato. 6.
Quotiẽs estas fit siĩis veri: sudoꝝ copiã in febribus expectare opꝫ. 7.
Per squalores febres acute fieri solent: ⁊ si magna ex parte talis fit annus qualeꝫ fecerit conditionem: morbos quoqꝫ tales expectare ma-

gna ex parte oportebit. 8.
In temporibus nature legitimis cunctꝫ tempestiua tempestiue reddun tur: morbi cōstantes sinceri ꝛ faciles subeunt. At vero iniquis incon stantes ꝛ iudicatu difficiles existunt. 9.
Per autūnum morbi acutissimi ꝛ exitiosissimi accidunt. magna ex par te ver saluberrimum est minimeqꝫ exitiosum. 10.
Autumnus tabidis malus est. 11.
Quod ad temporum attinet rationem. Si hyems squalida ꝛ aquilo, nia fuerit: ver pluuiū australeqꝫ: febres acutas fieri estate necesse est: ꝛ lippitudines ꝛ intestinorū difficultates maxime mulieribus ꝛ his qui humidā habent naturam. 12.
Morbi autem per imbres fiunt magna ex parte febres longe: alui fluo res: putredines. 13.
Si hyems australis pluuia ꝛ tepida fuerit: ver calidum aquilentūqꝫ: mulieres quarum partus iuxta ver properant: abortum ex qualibet causa facient. Que autem pepererint: imbecilles aut morbidos edent infantes: ita vt aut statim pereant aut tenues atqꝫ valitudinarij vi, uant. Ceteris difficultates intestinorum ꝛ lippitudines aride acci, dent. Senioribus vero distillationes que cito interimant. 14.
Si estas squalida aquilentaqꝫ fuerit: autumnus pluuius austrinusqꝫ: dolores capitis: tusses: raucedines: grauedines existunt. Tabes etiaꝫ nonnullos inuadit. 15.
At si autūnus aquilonius sit ꝛ siccus: viris natura humidis ꝛ mulie, ribus proderit: reliquis accident lippitudines aride ꝛ febres acute ꝛ grauedines: nonnullos etiam atra bilis exercebit. 16.
Conditionum anni squalores salubriores quod in totum dixerim ꝙ̄ imbres minusqꝫ mortiferi sunt. 17.
Morbi per imbres magna ex parte consistunt: febres longe: alui fluen, tes: putredines: attōlti: angine per squalores tabitudines: lippitudi nes: articuloꝝ dolores: stillicidia vrine: difficultates itestinoꝝ. 18.
Conditionum quotidianarum aquilones corpora constipatiora: cōten tiora: mobiliora: coloratioraqꝫ faciunt. auditum etiam adiuuant: sed aluum exiccant: oculos mordent: ꝛ si in pectore dolor aliquis preest acrius excitatur. 19.
Austri corpora dissoluūnt ꝛ humefaciunt: caput aggrauant: auditum obtundunt: vertigines mouent: oculis ꝛ corporibus afferunt tardi, tatem: aluos etiam humefaciunt. 20.
Per tēpora anni pueri ꝛ q̄ etate his proximi sunt: vere atqꝫ prima esta, te optime degūt: ꝛ maxime valēt. Senes estate ꝛ autūno aliquādiu: reliquo autūni tēpore ꝛ hyeme q̄ media sunt etate meli⁹ valent. 21.
Morbi quidem omnes temporibus omnibus accidere solent. Sed nō, nulli certis quibusdam ꝛ oriuntur ꝛ irritantur. 22.
Vere enim atre biles: furores: comitiales: ꝓfusiones sanguinis: angi, ne: tusses: grauedines: lepre: impetigines: vertigines: pustule vlce

rose plurime: tubercula: articulorum dolores. 23.
Estate nõnulli ex his ac febres continue: ⁊ ardores: ⁊ tertiane plurime: vomitiones: etiam alui profluuia: oculorum ⁊ aurium dolores: oris vlcera: genitalium putredines ⁊ sudamina. 24.
Autũno magna pars estiuorum atq3 etiam febres quartane ⁊ erronee: lienes: aque inter cutem: tabes: stillicidia vrine: leuitates intestinorum: coxendices: angine: anhelationes: voluuli: comitiales: atre biles: furores. 25.
Hyeme costales: pulmonie: grauedines: raucedines: tusses: dolores laterum pectorꝫ lũborum: capitis dolores: vertigines: attoniti. 26.
Per etates hec accidunt paruis ⁊ recens natis puerulis vlcera oris: vomitus: insomnie: pauores: inflammationes vmbilici: humores aurium. 27.
Paulo etate progredientibus cum dentire incipiunt: gingiuaru3 prurigines: febres: conuulsiones: alui fluores maxime cũ caninos edunt: ⁊ his potissimum pueris qui corpulentissimi sunt ⁊ aluos habent astrictas. 28.
Adultioribus iam tonsille vertebre in occipitio: siue luxatio in partem interiorem: anhelationes: calculi: lumbrici teretes: ascaridẽ: veruce: satirie: strume: ⁊ reliqui abscessus: sed precipue que enumeraui. 29.
Adolescentibus iam ⁊ pubescentibus magna eorum pars accidit: atq3 etiã febres diuturne potius ⁊ sanguinis ⁊ narib⁹ ꝓfusiões. 30.
Plurimi vero affectus puerilis etatis iudicãtur siue finiuntur: aut intra quadragesimum diem: aut intra septimum mensem: aut intra septimum annum: aut cum ad pubertatem itur. Qui autem perdurarint nec solui potuerint: pubescenti aut femine cum menstrua erumpunt: hi consenescere assolent. 31.
Adolescentibus sanguinis screationes: tabes: febres acute: comitiales ⁊ reliqui morbi: sed precipue que numeraui accidunt. 32.
Qui hanc excesserunt etatem his anhelationes: costales: pulmonie: obliuiarũ: deliria: ardores: bilares: alui fluores longi: difficultates intestinorum: leuitates intestinorum: marisce. 33.
Senioribus difficultates spirandi: distillationes: tusses: stillicidia vrine: difficultates vrine: articulorum dolores: renum dolores: vertigines: attoniti: mali habitus: prurigines corporis toti⁹: insomnie: alui oculorum ⁊ aurium humiditates: hebetudines oculorum: grauitates aurium. 34.

Incipit liber Quart⁹ aphorismorũ dñi Hypocratis a dño Theodoro gaza nuꝑ e greco in latinum trãsductorꝫ.


Mulierem vtero gerentem purgabis medicamento si materia turget quarto mense: et ad septimum vsq3: s3 eas minus: ab recentiore autem et ab auctiore cauebis. 2.
In medicamētorum vsu si talia ducunt ex corpore q̄lia vel spōte exeāt: vtile est. Si cōtra: cohibēda sunt. 3.
Si quale purgari oportet tale purgatur: prodest et facile fertur. Si contra: difficulter. 4.
Estate potius supra: hyeme infra ducendū medicamētis est. 5.
Sub cane et ante canem medicamentorum vsus difficilis est. 6.
Macilentos et ad vomitum faciles purgandos supra curabis cauendo hyemem. 7.
Qui autem ad euomendum difficiles sunt et corpore mediocriter constant infra purgabis cauendo estatem. 8.
Tabi obnoxios caue ne vnq̄ ad supernas ducas euacuationes. 9.
At vero atra bili commotos plenius infra eademq3 ratione contraria afferes. 10.
In valde acutis statim et die primi euacuandum est si materia turget. Supersedere enim in eiusmodi morbo: malo est. 11.
Quos tormina vmbilicum fatigant et labor atq3 lumborum dolor infestat: nec medicamento aut vllo alio modo solui cruciatus potest: his in aquam inter cutem siccam decumbitur. 12.
Quorum alui leuitate intestinorum infestantur: hyberno tempore eos supra purgare malum est. 13.
Qui non de facili supra veratrum purgantur: eorum corpora ante potionem humectanda sunt cibo pleniore quieteq3. 14.
Eum qui veratrū biberit ad corporis motiōes magis: ad somnos quietesq3 min⁹ ducito: motiōe corp⁹ turbari indicio est nauigatio. 15.
Cum libuerit vt veratrum amplius ducat: corpus mouebis. Contra cū sistendum censueris: somnum molieris nec quicq̄ mouebis. 16.
Ueratrum periculosu3 his est qui corpore integro sunt: facit.n. cōuulsionem. 17.
Si quis non febriens inedia exigit et cordis dolore aut caliginosa vertigine infestatur ac oris amaritudinē sentit: purgatione se egere parte superiore significat. 18.
Dolores qui supra precordia infestant purgationem supra: qui infra: infra requirunt. 19.
Qui in medicamentorum potione non sitiunt cum purgantur: hi non desinunt priusq̄ sitiant. 20.
Si tormina acciderunt non febricitanti et genuum grauitas et lumborum dolor: purgatione infra opus esse significatur. 21.
Deiectiones nigre modo sanguinis atri sponte venientes: siue cum febre: siue sine febre pessime sunt: et quo plures sunt praui colores: eo peius. Sed si ex medicamento tales egeruntur: melius est, et quo plures non praui colores sunt eo melius. 22.

In quocūq3 morbo incipiente si atra bilis vel supra vel infra exierit: letale est. 23.

Quicūq3 ex morbis acutis aut diuturnis vulneribus aut alio quouis modo extenuati atram bilem sanguini atro similē emiserint: postridie moriuntur. 24.

Difficultas intestinorum si ab atra bile incepit. letalis est. 25.

Sāguis supra emissus qualiscūq3 est malus est: infra aūt bonus ē. 26.

Si difficultate intestinoꝝ laboranti carūcule exeunt: letale est. 27.

Quibus per febres sanguis alicunde large exierit: his in recreatione alui humide reducuntur. 28.

Quibus deiectiones biliose exeunt surditate superueniente finiuntur. Et qb⁹ surditas pcesserit desinit si deiectiones sequūtur biliose. 29.

Quibus febricitantibus die sexto frigora accidunt: his difficulter iudicantur. 30.

Quibus accessiones veniunt si febris quacūq3 hora dimiserit: eade3 altero die repetit: his difficile iudicatur. 31.

Qui per febres lassantur: his in articulos ⁊ maxillas potissimū abscessus decubunt. 32.

Quibus conualescentibus a quauis egritudine pars aliqua corporis dolore vexatur: his eam in partem absceditur. 33.

Quin ⁊ si priusq̄ egrotassent parte aliqua sui corporis perdoluerint: eodem morbus decumbit. 34.

Si febricitanti nullo tumore faucum strangulatio accidit subito: letale est. 35.

Si febricitanti collū puertitur vt vix deuorare possit sine vllo colli tumore: mortiferum est. 36.

Sudores febricitāti si statim inceperint bono sunt. Et tertio die ⁊ quinto: ⁊ septimo: ⁊ nono: ⁊ vndecimo: ⁊ quartodecimo: ⁊ vigesimo: ⁊ vigesimoquarto: ⁊ vigesimoseptimo: ⁊ trigesimo: ⁊ trigesimoquarto: his enim sudoribus morbi iudicantur. Qui autem non ita veniūt: laborem significant ⁊ longitudinem morbi ⁊ recidiuam. 37.

Sudores frigidi si cum febre acuta accidunt: mortem significant: si cu3 mitiore: longitudinem morbi. 38.

Et qua parte corporis sudor est: ibi morbum esse significatur. 39.

Et qua parte corporis frigor aut calor est: ibi morbus est. 40.

Ubi toto in corpore mutatio fit: ⁊ modo corpus frigescit: mō calescit: aut colorem aliū ab alio recipit: lōgitudo morbi significatur. 41.

Si per somnū sudoris copia sine causa manifesta euenit: vsus cibi plenioris significatur. Sed si non per cibum id accidit: inanitione corpus egere significatur. 42.

Sudor multus modo frigidus modo calidus assidue fluens frigidus magis: calidus minus: morbum significat. 43.

Quecunq3 non intermittentes tertio die vehementiores reddūtur: magis periculose existunt. Sed si quouis modo intermittunt securita-

tem inesse significatur. 44.
Quos febres longe exercent:his vel abscessus in articulos vel dolores decumbunt. 45.
Quos febres diutine habent:his in articulos absceditur si labor accidit. Quibus autem in articulos absceditur si labor ex febre:hi cibo pleniore vtuntur. 46.
Si rigor accidit per febrē ꝯtinuā egro iam debili letale est. 47.
Excreationes in febribus non interpolatis liuide:aut cruente: aut fetide:omnes sunt male. sed si bene excernitur salutares sunt. deiectiones etiam ꝛ vrine iuuant que cōmode exeunt. At si nihil commode per ea loca excernitur:malo est. 48.
In febribus non interpolatis si exteriora frigent: interiora vruntur ꝛ sitiunt:letale est. 49.
In febre non interpolata si labium:aut oculus:aut supercilium: aut nasus peruertitur:si visus:si auditus defecerit egro iam debili: quicquid ex his accidit:mors in propinquo est. 50.
Quibus in febre non interpolata difficultas spirandi cum delirio accidit:letale est. 51.
Per febres abscessus nisi primis soluatur iudicationibus morbi longitudinem indicat. 52.
Quibus in febribus aut in alijs morbis oculis volētibus illachrymātur: nullum est periculū:sed quibus inuitis:periculosius est. 53.
Quibus per febres lentore dentes opplentur:his febres incidunt vehementes. 54.
Quibus tusses sicce leuiter irritantur in febribus arduis:hi nō admodum siti afficiuntur. 55.
Febres que per accessum inguinum accidūt:male sunt nisi genere ephimere hoc est dyarie continentur. 56.
Febricitanti si sudor accedit febre non intermittente malo est: morbus enim prorogatur:plusq; humiditatis inesse significatur. 57.
Qui ꝯuulsione aut distentiōe tenet si accidit febris morbū leuat. 58.
Qui ardore tenetur si frigus acciderit soluetur eo malo. 59.
Febres tertiane septenis circuitibus iudicantur:qđ lōgissimū est. 60.
Quibus per febres aures obsurduerint: his sanguis e naribus fusus aut aluus perturbata soluit morbum. 61.
Quibus per febres morb⁹ regius ante septimū accidit mali est. 62.
Febris nisi die pari desierit solet recidiuare. 63.
Quib⁹ p febres quotidie frig⁹ accidit:febres quotidie soluunt. 64.
Quib⁹ per febres morb⁹ regius die septimo:aut quartodecimo acciderit:bono ē:nisi ilia obduruerint:nā si hoc ita accidit:nō bñ est. 65.
In febribus si circa aluum calor vehemens ac dolor ventriculi vexat male est. 66.
In febribus acutis si conuulsiones aut viscerum dolores vehementes acciderint:male erit. 67.

In febribus si pauores per somnum aut conuulsiones accidunt: male est. 68.
In febrib⁹ spūs subsistēs malo est: qm̄ ꝯuulsionē significat. 69.
Quibus vrine crasse: grumose ꝛ pauce sunt: non sine febre: si tenues copiose prodierint: proderunt: maxime vero tales exeunt his qui statim aut breui sedimen habeant. 70.
Quibus vrina turbulenta qualis iumentorum est: his dolor capitis vel adest vel aderit. 71.
Quibus septimo die iudicatur ad salutem: his vrina quarto die nubeculam habet rubicundam ꝛ reliqua ex ratione. 72.
Quibus vrina perlucida alba emittitur malo est: deliris potissimum talis euenit. 73.
Quibus ilia suspensa murmurant: si lumborum dolor accesserit: his alui admodum humectantur: nisi flatus erumpat: aut vrine copia prodeat: idq; in febribus. 74.
Quibus in articulos abscessurum est: his eximit abscessum vrina crassa copiosa alba: qualis in febribus laboriosis quarto die nonnullis exire incipit: sed si sanguis quoq; eruperit breui admodum leuabuntur. 75.
Si sanguis aut pus effluit per vrinam: exulcerationem aut renum aut vesice significat. 76.
Quibus cum vrina crassa caruncule exigue: aut veluti capillamenta exeunt ex renibus: his excernitur. 77.
Quib⁹ vrina crassa furfurea q̄dā exeūt: his vesica scabie affecta ē. 78.
Quicunq; sponte sanguinem mingunt: his venulam ruptam esse in renibus significatur. 79.
Quibus in vrina decident arenosa: his calculo vesica laborat. 80.
Si quis sanguinē mingit ꝛ grumos ꝛ guttatim emittit vrinā ac dolorem ad ventrē imum ꝛ pectinem ꝛ semē: vitijs vesice laborat. 81.
Si quis sanguinem aut pus aut squamulas mingit: ꝛ cum graueolentia in vrina: exulceratio vesice significatur. 82.
Quibus in vrinario meatu tubercula oriuntur: his suppuratione facta ꝛ eruptione leuatur dolor. 83.
Mictio noctu copiose facta exiguam fore deiectionem significat.

Incipit liber Quintus aphorismorum domini Hypocratis a dn̄o Theodoro gaza nuper e greco in latinum transductorum.


Onuulsio a veratro letalis est. 2.
Conuulsio a vulnere letalis est. 3.
Sanguis multe profusionis conuulsio aut singultus superueniens malo est. 4.
Ex purgatiõe cõuulsio aut singultus superueniens malo est. 5.
Si ebrius quisquã obmutuerit conuulsus emoritur nisi prehensus a febre sit, aut cum ad eaz venerit horam qua crapula soluitur facultatẽ recipiat loquendi. 6.
Qui a distentione prehenduntur: intra quartum diem intereunt. Si tamen hos dies euaserint: conualescent. 7.
Comitiales quibus ante pubertatem accidunt cõmutationem recipiũt quibus anno vigesimoquinto cõmoriuntur. 8.
Costales nisi intra quartũdecimum diem repurgantur in suppurationem vertuntur. 9.
Tabitudini maxime etas obnoxia est ab anno decimooctauo ad trigesimumquintum. 10.
Qui tabe infestantur: siquod despuunt ⁊ extussiunt grauiter olet ⁊ capilli defluunt: letale signum ostendunt. 11.
Qui anginã euaserũt: his in pulmonẽ abscedit ⁊ intra septimum diez moriunt. si tamen hos dies euaserit suppurantur. 12.
Quibus per tabem capilli defluunt: hi alui fluctione superueniẽte moriuntur. 13.
Qui spumantẽ sanguinẽ despuunt: his de pulmone educit. 14.
Tabe detentis fluctio alui accedens letalis est. 15.
Qui a costali suppurant si intra quadragesimum diez a quo ruptio facta est repurgentur leuantur: alioquin transeunt in tabem. 16.
Calida si immodica sit: detrimenta hec infert: corporis effeminationẽ: neruorum incontinentiã: mentis torpedinẽ: sanguinis profusionez: anime defectionem: quibus mors sequitur. 17.
Frigidiora cõuulsiões: distẽtiones: liuores: algores febriles. 18.
Frigida ossibus: dentibus: neruis: cerebro: medulle dorsali inimica est. Calida contra: amica est. 19.
Que perfrixerint calefaciẽda sunt exceptis his que sanguinez profundant. 20.
Frigida vlceribus mordax est: cutẽ obdurat: dolorẽ insuppurabilẽ mouet: liuorẽ trahit: algores febriles ꝯuulsiões distẽsionesq; inuehit. 21.
Nonnũquam per distentionem sine vlcere iuueni bene corporato estate media frigide aque larga perfusio reuocat calorem: calor autem mala hec tollit. 22.
Calida suppuratoria vulnerum omnium est: summum securitatis indicium prestat: cutem mollit: extenuat dolorem: lenit rigores: cõuulsiones: distentiones mitigat: capitis autem grauitatez soluit: ossibus fractis plurimuz prodest; sed precipue his que exuta sunt: eorũq; ma

xime

xime his que vlcera habent capitis ⁊ que ab algore vel moriunt vel vlcerant: nec nō repētibus comesis: sedi genitali vtero: vesice opitulat: his calor amicus ⁊ decretori⁹ est: frig⁹ inimicū atq; interimēs. 23.
Usus frigide vbi sanguis profundit: attamen nō qua effluat sed iuxta iniiciēda est. Quinetiam vbi inflāmatiōes sunt aut inflāmina ad rubrū cruentūve tendētia sanguine recēti. Nā veteribus quidē nigredinē affert: ignē ēt sacrū nō exulceratū iuuat: exulceratū ledit. 24.
Frigida qualis nix aut glacies pectori inimica sunt: tusses mouēt ⁊ sanguinem ⁊ distillationem. 25.
Tumores articulorū ⁊ dolores sine vlcere atq; etiam podagricos dolores ⁊ conuulsa aqua frigida large effusa magna ex parte leuat: soluit: dolorem extenuat: torpor enim mediocris dolorem mitigat. 26.
Aqua que cito calescit ⁊ cito frigescit leuissima est. 27.
Qui noctu libere cupiunt: his admodum sitientibus si obdormierint bono est. 28.
Menstrua ducuntur suffitu aromatorum que sepe vel ad alios vsus reciperentur nisi caput tentarent. 29.
Mulierem vtero gerentem purgabis medicamento si materia turget quarto mense ⁊ ad septimum vsq;: sed eas minus a recentiore autē ⁊ ab auctiore cauebis. 30.
Mulieri grauide capi ab aliquo morbo acuto: letale est. 31.
Mulier pregnans sanguine misso ex vena abortum facit: ⁊ magis si fetus auctior est. 32.
Mulieri sanguinem euomenti si mēstrua eruperint: leuatio mali contingit. 33.
Mulieri mēstruis deficientib⁹ si sanguis e narib⁹ fluxit bono est. 34.
Mulieri pregnantis si aluus nimium fluxit periculum faciendi abortum imminet. 35.
Mulieri quam vitia vteri infestant aut que difficulter parit: si sternutamentum superuenit: bono est. 36.
Si mulier menses decolores nec semper eodem tempore prouenitur purgatione opus esse significatur. 37.
Si mulieri vtero graui māme subito extenuat abortio sequitur. 38.
Mulieri grauide geminis si altera māma extenuet alterum āmittit. et si dextra māma extenuata est marē. si sinistra feminā amittit. 39.
Si mulier nō p̄gnās nō puerpa h; lac: menstrua eius defecerūt. 40.
Quibus mulierib⁹ sanguis in vbera colligit insaniā indicat. 41.
Si nosse libuerit an mulier grauida sit mulsum ei bibendum dabis cū itura cubitum est: post deinde si venter torquetur grauida est: si minus non est. 42.
Mulier si marē gerit probe colorata est: si femina decolor est. 43.
Si mulieris pregnantis vterum ignis sacer infestat letale est. 44.
Que preter naturam tenues vterum gerunt: abortum faciunt donec crassescant. 45.

Mulieres que mediocriter corpulente abortum faciunt secūdo mense aut tertio sine causa manifesta: his acceptabula vteri plena mucoris sunt: ita ne fetum continere possint: sed pre suo pondere prerumpat elabaturq; partus necesse sit. 46.
Que preter naturam crasse concipere nequeunt: his vteri os ab omento comprimitur: itaq; impleri donec extenuentur non possunt. 47.
Si vterus in coxa positus suppuraт: linimētū recipiat necesse est. 48.
Fetus qui mares sunt parte vteri dextra, continentur: qui femine magis sinistra. 49.
Si secūda pdidit sternutatorio apposito: nares & os apphēdimus. 50.
Si mēstrua sistere placet cucurbitulā grandē appone ad māmas. 51.
Que vterum gerunt: his vulua se comprimit. 52.
Mulieri grauide si lac effluit e māmis fetum imbecillem eē significat. At si māme sunt firme ac solide: fetū esse validiorē significatur. 53.
Que abortum facture sunt: his māme extenuātur. Sed si denuo durescant: dolor in mammis fatigabit aut in coxis aut in oculis: aut in genibus: itaq; non faciet abortum. 54.
Quibus vteri os durum est: his compressum id esse necesse est. 55.
Que vterum gerentes a febribus capiuntur: valdeq; extenuantur sine causa manifesta: he difficulter pariunt & cum periculo: aut abortum facientes periclitantur. 56.
Si pfluuio mulieris cōuulsio aut anime defectio supuenit: malo ē. 57.
Si menstrua imodice fiunt: morbi accidunt. Et si non fiunt: morbi matricarij accidunt. 58.
Vteri aut recti intestini inflāmatione vrine stillicidium accidit. Renibus etiam purulentis vrine stillicidium sequitur. 59.
Si mulier non concipit & scire placet an concipere possit veste obuolutam suffies infra. Nam si odor transmitti per os ad nares videbitur: non esse sua culpa sterilem cognosces. 60.
Si mulieri grauide menstrue purgationes prodeunt fieri nō potest vt fetus bene valeat. 61.
Si mulieri menstrue purgationes non prodeunt: nec horror aut febris superuenit & fastidia accidunt: grauidam esse arbitrare. 62.
Mulieres que prehumidos habent vteros concipere nequeunt: que ēt frigidos spissosq; habent nō concipiunt: fetus enim extinguit. Nec non sicci & admodum calidi concipere nō possunt: genitale enim semen corrumpitur propter inopiam alimenti. Que autē modice temperatos obtinent vteros he valent fecunditate. 63.
Pari modo vel maribus euenit: aut enim propter corporis laxitatem difflat euanescitq; spiritus: nec semen genitale transmitti possit: aut ob spissitudinē hūor nō foras decedit: aut pp frigiditatē foueri non patit vt ad eū colligat locū: aut pp nimiū calorē hoc idē accidit. 64.
Lac febricitanti dari aut caput dolenti malum est: & quibus ilia suspensa murmurant: & his qui sitibundi sunt. Nocet etiam quibus

per febres acutas biliose deiectiones prodeunt: et quibus sanguinis multi deiectio facta est. Competit tabe confectis nisi admodum febriunt. Bandum etiã in febribus longis tussibundis: si nec vllum ex pdictis vrget: et preter rationem eger cõsumitur. 65.

Quibus tumores in vulnerib⁹ apparent: hi nõ maxime conuellunt nec qz insaniunt: sed deletis tumoribus alijs derepẽte cõuulsiones a tergo et distentiones accidũt: alijs ante insania aut lateris dolor acutus et vomica aut difficultas intestinoꝝ si tumores sunt rubicũdi. 66.

Si in vulnerib⁹ validis et prauis tumor nõ appet: malũ est magnũ. 67.

Vulnus molle et cedẽs bonũ est: crudum et renitẽs malum. 68.

Dolenti partem capitis posteriorem frontis venam surrectam incidisse prodest. 69.

Mulierib⁹ frigora inchoant a lũbis et p dorsum ad caput deueniunt. viris ẽt in parte posteriore corpis poti⁹ q̃ de priore. verbigratia. cubitorum aut femorũ cutis etiam rara est: qd pilus declarat. 70.

Qui a quartanis capiunt nõ admodũ cõuulsionibus capiunt. et si antea capiebantur: quartana superueniente liberantur. 71.

Quorũ cutis obtẽdit squalida et sicca: hi sine sudore moriunt. Contra quorũ cutis laxa solutaqz est: hi obeunt cum sudore. 72.

Qui regio laborant: hi non admodum inflantur.

Incipit liber Sextus aphoris. d. Hypo. a domino Theodoro gaza e greco i latinũ nuper transductorum.



In longis leuitatib⁹ intestinoꝝ ructus acidus supueniens qui non extitit prius signum est bonum. 2.

Quibus nares hument aut genitura: hi valitudinarij degunt: quibus econtrario est: melius valent. 3.

In longis difficultatibus intestinorum fastidiose inedie male sunt: peiores si accidunt cum febre. 4.

Vulnera obglabrata praua sunt. 5.

Dolores aut pectoris aut coxe aut cuiusuis membri an multuz infestẽt animaduertendum est. 6.

Vitia renum et vesice senioribus difficulter sanantur. 7.

Dolores vẽtris si suspẽsi sunt leui⁹: si nõ suspẽsi grauius infestant. 8.

Ulcera aque inter cutez que in corpore fiũt non facile sanãtur. 9.

Pustule late non admodum pruriunt. 10.

Dolenti caput et vehementer laboranti pus aut aqua aut sanguis effusus per nares aut aures egritudinem tollit. 11.

Vitijs atre bilis & renum si marisce superuenerint bene erit. 12.
A mariscis diuturnis sanato: nisi vna seruetur: periculum vel aque inter cutem vel tabitudinis imminet. 13.
Singultienti si sternutamenta superuenerint: tollunt singultum. 14.
Ab aqua inter cutem detentus si aqua per venas in ventrem defluxerit morbo soluetur. 15.
Fluore alui diutino detento vomit⁹ spōte supueniēs tollit fluorē. 16.
Costali aut pulmonia detento si alui fluor superuenerit malo est. 17.
Lippientem deprehendi alui fluore: bono est. 18.
Si vesica preciditur: aut cerebru3: aut cor: aut precordia: aut aliquod ex tenuioribus intestinis: aut venter: aut iecur: letale est. 19.
Cum precisum os est: aut cartilago: aut gene particula tenuis: aut preputium: nec augeri neq3 coalescere potest. 20.
Si sanguis pter nām in vētrē trāffunditur: suppuref necesse est. 21.
Si varices aut marisce insanienti superuenerint: insania soluef. 22.
Quecūq3 rupta de dorso ad cubitum descendunt: sanguine detracto soluuntur. 23.
Si mestitia & metus longo tempore tenent atra bilis in vitio est. 24.
Si quod intestinum ex tenuioribus precisum est nūq̄ coalescit. 25.
Ignē sacrū deforis verti introrsum nō bū est: interius foras bū est. 26.
Qui per ardores contremiscunt: his delirium affert solutionem. 27.
Qui supurati aut aqua inter cutem laborantes vruntur: aut secanf: omnes intereunt: si pus aut aqua vniuersa effluxerit. 28.
Spadones neq3 podagra laborant neq3 calui efficiuntur. 29.
Mulier podagra nūq̄ laborat: nisi menstrua defecerint. 30.
Puer podagra non laborat anteq̄ cōcūbere incipiat. 31.
Dolores oculorum soluit aut meri potio: aut balneum: aut fomentum: aut vena incisa: aut medicamentum epatum. 32.
Qui vitio lingue balbutiūt: hi maxie ab alui pfusiōe lōga capiunf. 33.
Qui acida ructant: non admodum costali morbo laborant. 34.
Qui calui sunt: his varices grandes non fiunt. Quibus autem caluis varices superuenerint: his capilli denuo subnascuntur. 35.
Aqua inter cutem laboranti si tussis superuenit malo est. 36.
Difficultatē vrine vena incisa soluit: incidēde sunt interiores. 37.
Ab angina detento si tumor in collo extitit: bono est: foras enim morbus decedit. 38.
Quibus cancri occulti fiunt: eos non curari melius est. qui enim curātur celerius pereunt: qui non curantur diutius durant. 39.
Cōuulsio fit vel inanitione vel repletiōe: eodēq3 mō singultus. 40
Quorum ilia dolores fatigant sine inflāmatione: his febris superueniens soluit dolorem. 41.
Quibus suppuratum quid in corpore abditum non innotescit: id propter crassitudinem vel puris vel loci delitescit. 42.
Arquatis iecur effici durum male est. 43.

Lienosis qui a difficultate intestinorum capiuntur: si ea ipsa difficultas longa est: aqua inter cutem superueniet aut leuitas intestinoru͂ z atq; ita interimentur. 44.
Quibus per stillicidium vrine superuenerit voluulus: intra septimu͂ diem moriuntur: nisi febre superueniente vrina effluat satis. 45.
In vlceribus annuis aut etiam diuturnioribus os discedere cicatricesq; effici cauas necesse est. 46.
Qui gibbi ex anhelitu aut tussi efficiunt ante pubertaté intereu͂t. 47.
Qui leuandi sanguine sunt aut medicaméto purgandi: his verno tpe vel cultello soluenda est vena: vel medicaméu͂ adhibédu͂ est. 48.
Lienosis difficultas intestinorum superueniens bono est. 49.
Podagrici morbi inflammatione sedata intra quadragesimum diem desistunt. 50.
Quibus cerebrum precisum est: his febrem z bilis vomitum superueniire necesse est. 51.
Quibus bene valentibus dolores subito accidunt capitis statimq; obmutescunt z stertunt: intra septimum diem pereunt nisi febris prehendat. 52.
Oculorum suspectiones etiam per somnum obseruasse consilium est. na͂ siquid candide partis inspicitur palpebris non vndiq; sibi commissis: nec alui fluor aut medicamenti potio in causa est: prauum hoc signum: letaleq; admodum est. 53.
Deliria que cum risu accidunt tutiora sunt q͂ que serio. 54.
In affectibus acutis qui affligant cum febre: suspiria luctuosa mala sunt. 55.
Podagrici morbi vere z autu͂no magna ex parte mouentur. 56.
Atribilarijs morbis in pericula hec decumbitur: stuporez corporis: aut conuulsionem aut furorem indicant aut cecitatem. 57.
Stupores attoniti potissimum veniunt a quadragesimo ad sexagesimum annum. 58.
Si omentum decidat putrescat necesse est. 59.
Quibus a coxendice infestatis coxa recedit z redit: his mucores ea in parte gignuntur. 60.
Quibus a coxendice infestatis diutina recesserit coxa: his crus contabescit z claudicat nisi aduratur. 61.

Incipit Septimus liber aphorismorum domini Hypocratis e greco in latinu͂z nuper a domino Theodoro gaza translatorum.



In morbis acutis frigus partium extremaꝝ: malo est. 2.
In osse egrotante caro liuida: malo est. 3.
A vomitu singultus ⁊ oculorum rubor: malo est. 4.
Horror a sudore non: bono est. 5.
Ab insania difficultas intestinorum aut aqua inter cu-
tem aut mentis alienatio: bono est. 6.
In morbo diuturno inedia ⁊ deiectiones sincere: malo sunt. 7.
Ex multa potione rigor aut delirium: malo est. 8.
A vomice ruptiõe iterna resolo aut vomitio aut aie defectio euenit. 9.
A sanguinis ꝓfusione mentis cõmotio aut conuulsio: malo est. 10.
A voluulo vomitus: aut singultus: aut mentis cõmotio: aut conuulsio
accidens: malo est. 11.
A costali pulmonia: malo est. 12.
A pulmonia delirium: malo est. 13.
Per estus vehementes conuulsio aut distentio: malo est. 14.
In capitis ictu stupor aut mentis commotio: malo est. 15.
A sanguinis sputo puris sputum malum. 16.
A puris sputo tabes ⁊ fluor: cūqꝫ saliua substitit moriuntur. 17.
A iecoris inflãmatione singultus: malo est. 18.
Ab insomnia conuulsio aut mentis cõmotio: malo est. 19.
Ab ossis exutione ignis accidit sacer. 20.
Ab igne sacro putredo aut suppuratio sequitur. 21.
A forti vlcerum pulsu sanguinis profusio sequitur. 22.
A ventris dolore diutino suppuratio sequitur. 23.
A deiectione sincera sequitur difficultas intestinorum. 24.
Ab ossis precisione stupor ⁊ delirium incidet. 25.
Conuulsio ex medicamenti potione letalis est. 26.
In ventris dolore forti algor partium extremarum: malo est. 27.
Si mulieri vterum gerenti tentia acciderit: abortum patietur. 28.
Quodcūqꝫ os aut cartilago precidit in corpore increscere nõ põt. 29.
A pituita alba detẽto si alui fluor superuenerit vehemens egritudinẽ
tollet. 30.
Quib⁹ p alui fluorẽ deiectiões spumãt: his pituita a capite defluit. 31.
Quibus febricitantibus vrine sedimentum speciez farine crassioris re-
fert: longam egritudinem fore significat. 32.
Quibus sedimen biliosuz desup tenue est: acutũ significat morbũ. 33.
Quib⁹ vrina diducta disiectaqꝫ ẽ: his ꝑturbatio vehemẽs i corpe ẽ. 34.
Quib⁹ vrina bullat: his fore morbũ renalem ⁊ lõgum significat. 35.
Quibus sedimen pingue congestumqꝫ est: his renale vitium acutum
indicatur. 36.
Quibus igitur vitio renali detentis predicta accidunt signa: eos dolo-
res circa musculos spine fatigant: qui si locis exterioribus accidũt:
abscessus quoqꝫ futuros eodem existimato. Sed si interiorib⁹ ma-
gis laboratur: intus abscessus quoqꝫ fore expecta. 37.

Uomitio sanguinis sine febre salutaris est: cum febre malo est: curandū acerbis & refrigerantibus. 38.
Distillatiões in ventrē superiorem suppurátur intra dies viginti. 39.
Si qs sanguinē migit & grumos atq; vrie stillicidio affligit & dolore femorum ventris imi pectinisq; infestatur: morbum circa vesicam esse significatur. 40.
Si lingua subito incontinens facta est aut pars aliqua corporis stupore elanguit: vitium hoc esse atre bilis certum est. 41.
Si mesticia & metus longo tempore tenent atra bilis in vitio est. 42.
Si natu maiorib⁹ per purgationē singultus supuenit nō bono est. 43.
Si febris ortū nō ex bile trahit: calide copia capiti affusa tollit febrē. 44.
Mulierem fieri ambidextram natura non patitur. 45.
Qui suppurati aduruntur: si pus effluit purum & albū euadunt: si cruentum feculentum & fetidum: pereunt. 46.
Quorum iecur suppuratum aduritur si pus effluit purum & albū euadunt: his enim pus conclusum in membrana est. sed si qualis amurca est tale effluxit intereunt. 47.
In oculorum doloribus sanguinem detrahe cum prius vinum per potionem exhibueris & ex calida aqua multa dilueris. 48.
Qui aqua inter cutē laborat si a tussi tenet desperandus est. 49.
Stillicidium & difficultatē vrine potio vini & detractio sanguinis tollit: incidende sunt vene interiores. 50.
Ab angina detento si tumor aut rubedo pectoris supuenit bono ē. 51.
Quibus cerebrum sphacelatum hoc est sideratū est: intra tertium diem moriunt. At si ab his diebus euaserint sanitati restituentur. 52.
Sternutamentum fit ex capite cerebro calefacto aut humefacta parte capitis inani. Aer enim vbi contentus erumpit & cum strepitu: quoniam per angusta exitus datur. 53.
Qui dolore iecoris admodum conflictantur: his febris superueniens leuat dolorem. 54.
Quibus sanguinem trahi prodest: his vere detrahendus est. 55.
Quibus inter ventriculum & venas pituita constituta infert dolorem vtpote que ad alterutrum ventrem exitu careat: his pituita per venas in vesicam delapsa morbus leuatur. 56.
Quibus iecur aqua repletum in omentum erumpit: his venter aqua impletur: atq; ita moriuntur. 57.
Pandiculationem oscitationem horrorem vinum par pari ingestū tollit egritudinem. 58.
Quibus tubercula in vrinario meatu oriuntur: his suppuratione facta & eruptione leuatur dolor. 59.
Quorum cerebrum concussum aliqua ex causa est: eos repente obmutescere necesse est. 60.
Corporibus humidis fames afferenda est: fames enim corpora reddit icciora. 61. 62.

Ubi in toto corpore mutatio fit:ꝛ modo corpꝰ frigescit: modo calescit: aut calorem alium ab alio recipit:lõgitudo morbi significatur. 63.
Sudoris copia calidi aut frigidi assidue fluentis humorem deduci robusto supra:debili infra significat. 64.
Quecũqȝ non intermittentes tertio die vehementiores reddunt:magis periculo se existunt:sed si quouis modo intermittuntur securitatem inesse significatur. 65.
Quos febres diutine habent:his in articulos absceditur:si labor accidit. Quibus autem in articulos absceditur:si labor ex febre accidit. hi cibo pleniore vtuntur. 66.
Quibꝰ tubercula diutina aut ĩ articulos dolores ex febre ðcũbũt. 67.
Si cibum febricitãti des:vt vires sano sic morbũ egro dederis. 68.
Que per vesicam excernuntur conspicienda sunt an talia sint qualia exeunt sanis. 69.
Quorum in deiectionibus si stare sinas nec moueas subsistunt quasi strigmenta.si pauca sunt paruȝ morbi contractũ est.si multa:multũ. his aluum purgasse conducit.Quod si aluo non purgata.dabis sorbitiones nocebis.ꝛ quo plus dederis eo magis nocebis. 70.
Excretiones in febribus non interpollatis liuide cruente biliose fetide male sunt omnes.At si bene excernitur bene est:ꝛ quod tum per vẽtrem tum per vesicam ꝛ quacũqȝ secedens aliquid subsistit nõ purgatum malo est. 71.
Corpus efficere fluidum oportebit quocũqȝ euacuandum censueris: si supra firmari aluum:si infra solui necesse est. 72.
Sõnus aut insomnia si alterutrum vltra debitũ fiat morbꝰ accidet. 73.
In febribus non interpollatis si exteriora frigent interiora vruntur ꝛ sitiunt:letale est. 74.
In febre non interpollata si labrum aut oculus aut supercilium aut nasus peruertitur:si visus si auditus defecerit egro iam debili: quicqd ex his accidit mors in propinquo est. 75.
A pituita alba aqua inter cutem sequitur. 76.
Ab alui profluuio difficultas intestinorum. 77.
A difficultate intestinorum leuitas intestinorum accedit. 78.
A sideratione abscessus accidit ossis. 79.
A sanguinis vomitione tabes ꝛ puris purgatio supra:a tabe fluctio de capite:a fluctione profusio alui:a profusione alui astrictio purgationis superioris:ab astrictione mors. 80.
A sanguinis sputo puris sputũ ꝛ fluor:cũqȝ saliua subsistit moriũt. 81.
Qualiscũqȝ aut per vesicam aut per aluum:aut per carnem excretio fit quacũqȝ oĩno corpus excedit naturam: si parum excedit parua est egritudo:si multum magna:si admodum multum letalis est.

¶ Diui hypocratis medici aphorismorum finis:a dño Theodoro gaza medico nuper e greco in latinũ translatorũ. Deo gratias.

His tamen



His tamen ad tollendum studentium laborez addere decreui aphorismos medicine pertinentes: non solum eos qui ad curandū morbos principaliter conferre decernūtur verum ⁊ pronosticos qui in curis morborum etiam magni sunt adiuuamenti.

❡ De egritudinibus capitis. Cap. j.

❡ De dolore capitis.

Quibuscūqꝫ in febribus vrine conturbate velut subiugalium: his capitis dolores assunt. Apho. 71. quarte particule.

Lac dare caput dolentibus malum. 64.5.

Posteriora capitis dolentia: vena frontis incisa iuuat: ⁊ maxime pōt poni ex eadem causa. 67.5.

Duoꝝ doloꝝ qui simul fiūt: ⁊ non ꝫm eundem locum: maior denigrat minorem: faciunt etenim hi pro canone qui est diuersio. 40.2.

Dolores in lateribus ⁊ in pectoribus: ⁊ in alijs partibus si multum durant ad discernendum mali sunt. 5.6.

Dolores ⁊ tumores circa ventrem existentes: superiores quidem leuiores: non superiores vero fortiores. 7.6.

Caput dolenti ⁊ circundolenti sanies aut aqua aut sanguis defluens: ꝫm aures: ꝫm nares: aut ꝫm os: soluit egritudinem. 10.6.

Quibus dolores a dorso in cubitos trāseunt: flobotomia soluit. 22.6.

Quibuscūqꝫ sanis dolores repēte fiūt in capite ⁊ ꝯtinue sine voce fiunt ⁊ stertūt. tūc pereūt in septē diebus si nō febris eos accipiat. 51.6.

❡ De litargia.

In erisipila putredo aut sanies malū. In litargico tremor malū. 20.7.

❡ De subeth.

In quo morbo somnus laborem prestat: mortale. 1.2.

❡ De vigilia superflua.

Somnus ⁊ vigilia vtraqꝫ magis modo facta: malum. 3.2.

❡ De apoplexia.

Apopletici maxime fiunt in etatibus a. 40. annis vsqꝫ ad 60. 57.6.

Soluere apoplexiā fortē impossibile ē: debilez vero nō facile. 42.2.

Strangulatorum ⁊ dissolutorum nondum mortuorum non referunt: quibuscunqꝫ spuma fuerit circa os. 43.2.

❡ De melancolia.

Si timor ⁊ pusillanimitas multum tempus habent perficit melancolicum huiusmodi habentem. 24.6.

In melancolicis egritudinibus periculose eruptiones apoplesiaꝫ: aut spasmum: aut cecitatem significant: aut maniam. 56.6.

Melancolicis ⁊ nefreticis emorroydes innate bonum. 11.6.

Melancolicis vero vehementius inferius eadem ratione cōtraria apponentes. 9.4.

¶ De mania.

Maniacis varicib⁹ ⁊ emorroydib⁹ innatis manie fit solutio. 21.6.

In mania dissinteria aut hydrops aut extasis:bonum. 5.7.

¶ De amentia.

Desipientie cum risu quidem facte securiores:que vero cum solitudine moleste. 53.6.

¶ De permixtione sensus.

Ubi desipientiam somnus sedat bonū. vbi vero prestat malū. 2.2.

¶ De epilensia.

Epileticoꝝ iuueib⁹ mutatões etatū tpoꝝ ⁊ locoꝝ euitare faciūt. 46.2.

Quib⁹ epilensie ante iuuentutē nascunt mutationē habēt. qbus vero a.25.an. fiunt plerūqꝫ cōmoriuntur. 8.5.

De dispōnibus neruoꝝ. Cap.ij.

¶ De paralisi.

Frigidum vero neruis inimicum:ossibus dentibus cerebro spinali medulle:calidum vero vtile ⁊ amicum. 18.5.

¶ De spasmo ⁊ tetano.

A spasmo ⁊ tetano febris supueniens soluit egritudinem. 57.4.

In febre ex somnis timores aut spasmi malum. 66.4.

In febre spūs offendens malū:spasmū enim significat. 67.4.

In febrib⁹ acutis spasm⁹ ⁊ circa viscera dolores fortes malū. 79.4

Spasmus ex eleboro mortale. 1.5.

In vulnere spasmus superueniens mortale. 2.5.

Sanguine multo fluente spasmus innatus malum. 3.5

Spasmus ⁊ singultus post nimiam inanitionē malum. 4.5.

Si inebriatus aliquis repēte sine voce fiat spasmo inato morit. 6.5.

Quicūqꝫ a tetano comprehendunt:in quatuor diebus pereunt:si vero hos effugiunt sani fiunt. 7.5.

Frigidum ⁊ tetanos ⁊ rigores:⁊ febrium rigores. 18.5.

Est aūt vbi in tetano sine vulnere iuuene bn̄ carnoso estate media frigide aq̄ mlta ifusio caloris reuocatōeꝫ facit:calor vō hoc liberat. 17.5.

Calidū saniē faciēs in oī vulnere maximū signū ē ad certitudinē: cutē mollit ⁊ attēuat sine doloꝛ:rigoꝝ spasmoꝝ tetāoꝝ ē mitigatoriū. 23.5

Spasmus fit ex plenitudine aut ex euacuatiōe:ita ⁊ singult⁹. 39.6.

In sanguinis fluxu:desipientia ⁊ spasmus malum. 9.7.

In ilion vomitus singultus spasmus ⁊ desipientia maluꝫ. 10.7.

In vulneribus fortibus spasmus aut tetanus malum. 13.7.

In vigilia spasmus aut desipientia malum. 18.7.

In farmacie potione spasmus malum. 26.7.

¶ De stupore.

In plaga vel percussiōe in capite stupor aut desipientia malum. 14.7.

¶ De iectigatione aut saltu:nihil.

¶ De tortura.

In nō deficiēte vero febre si labiū aut oculus aut superciliū aut nasus distorqueatur aut non videat vel vt natura audiat: iam debili existē te corpore: quecūq3 hoꝝ fiant iam ppe est mors. 49.4.

¶ De dispōnibus oculoꝝ. Cap. iij.

In temporibus vero si quidez hyems sicca ꝛ borealis fiat: ver vero pluuiosum ꝛ austrinū: necesse est estate obtalmias fieri. 12.3.
Si vero hyems austrina ꝛ pluuiosa fiat: ver vero siccum ꝛ boreale: obtalmie sicce fiunt. 13.3.
Si vero borealis fuerit autūnus ꝛ inaquosus: humidis quidez natura ꝛ mulierib⁹ confert: reliquis vero obtalmie erunt sicce. 14.3.
In siccis temporibus obtalmie fiunt. 18.3.
Cōstitutiones vͦo quotidiane austrine: vͤtigines faciūt in oculis. 17.3.
Estate vero quedā hoꝝ oculoꝝ ꝛ aurium dolores. 22.3.
In nō deficiente febre si oculus distorqueatur ꝛ nō videat debili existē te corpore: iam prope mors est. 49.4.
Quibuscūq3 in febrib⁹ aut aliis egritudib⁹ volūtarie oculi lachrymāt: nihil incōueniēs. qb⁹ vͦo nō ẜm voluntatē: incōueniēs. 52.4.
In oculis patientem a dyaria accipi bonum. 17.6.
Dolores oculorum meri potio aut piria aut flobotomia aut farmacia soluit. 31.6.
Attendere autem op3 ꝛ iudicia oculoꝝ a somnis. si enim quid albi appareat cōmissis palpebris non ex dyaria existente aut farmacie potatione: malum est signum ꝛ mortale valde. 52.6.
Oculorum dolores meri potiones ꝛ lauacra multa calide ꝛ flobotomia soluit. 47.7.

¶ De dispōnibus auriū. Cap. iiij.

Quibuscūq3 fellee egestiones surditate superueniente quiescūt: ꝛ quibuscūq3 surditas fit felleis superueniētib⁹ egestiōib⁹ qescit. 2.84.
Aut non audiat iam debili existente corpore: quecūq3 horum fiant iam prope est mors. 49.4.
Quibus in febribus aures surdescunt: sanguis ex naribus fluens: aut venter turbatus: soluit egritudinem. 9.4.

¶ De dispositionibus nasi. Cap. v.

Quibus nares humide natura ꝛ semen humidum sanis egrius: quibus vero contraria salubrius. 2.6.
Branchi ꝛ corrize in valde senibus nō maturantur. 40.2.
Senioribus vero catarri celeriter dissoluētes. in fine aphorismi. 23.3.
Si vero estas sicca ꝛ borealis fuerit autumnus vero pluuiosus ꝛ austrinus: capitis dolores in hyeme tusses brāchi ꝛ corrize fiūt. 14.3.
Si vero borealis ꝛc̃. ꝛ corrize diuturne. 15.3.
Senioribus vero dissnie catarri ꝛc̃. 32.3.

Catarri i suplori vētre.i.pectore i saniē ɔuertūt in.20.dieb⁹. 36.7.
Frigida aut nix aut cristallus ⁊c̄.catarros facientia. 25.5.

¶ De fluxu sanguinis narium.

Senioribus vero ⁊ ad iuuentutem accedentibus ⁊c̄. ⁊ ex naribus sanguinis fluxus. 37.3.
Quibuscūq3 in febrib⁹ sanguinis fluit multitudo vndecūq3 in resumptionibus ventres his humectantur. 27.4.
Quibuscūq3 in febribus aures surdescunt: sanguis ex naribus fluens: aut venter turbatus: soluit egritudinem. 60.4.
Quibus spes ad articulos apostema ɔuerti ⁊c̄.in fine. Si vero ex naribus sanguinis fluit valde ⁊ celeriter soluit. 75.4.
Mulieri mēstruis deficiētib⁹ sanguinē ex narib⁹ fluere bonū ē. 32.5.
Caput dolenti ⁊ circundolenti sanies aut aqua aut sanguis defluens ꝺm aures aut nares aut ꝺm os soluit egritudinem. 10.6.
In sanguinis fluxu desipientia aut spasmus malum. 9.7.

¶ De sternutatione.

Mulieri que a matrice molestatur: aut difficulter generanti sternutatio superueniens bonum. 34.5.
A singultu habito sternutatio superueniens soluit egritudinē. 12.6.
Sternutatio fit a capite ex calefacto cerebro aut hūectato qꝺ est in capitis vacuo: effunditur enim aer intus existens foras: sonat vero q3 peranguſtus est ei exitus. 52.7.

¶ De varijs dispo.oris ⁊ ligue. C.vj.

In etatibus vero talia accidunt pueris ⁊ nouiter genitis vlcerationes ⁊ vomitus ⁊c̄. 25.3.
Trauli dyaria maxime capiuntur longa. 32.6.

¶ De dispōnib⁹ dentium. Capi.vij.

Unicū reperio aphorismum de medicina dentium ⁊ ꝓnosticum: preter illum qui positus est de difficili exitu dentium. ⁊ est. 26.3.
Quibus in dentibus in febribus limositates fiunt: fortiores ⁊ diuturniores fiunt febres. 53.4.
Cum vero dentes producūt: gingiuarum pruritus: febres spasmi: dyarie: ⁊ maxime quādo ꝓducunt caninos dentes. 26.3.

¶ De dispositionibus labiorū3 ⁊ gingiuarum. Cap.viij.

De egritudinibus labiorum ⁊ gingiuarum in aphorismis nihil reperio vltra ea que dicta sunt de egritudine oris.

¶ De dispōib⁹ gutturis. Cap.ix.

Autūno vō ⁊ estiuoꝝ multa strāgurie lieterie ⁊ sgnātes ⁊ āhelit⁹.23.3.

Si a febre habito tumore non existente in faucibus suffocatio repente superuenerit mortale. 34.4.
Si a febre habito collum conuertatur vt vix deglutire possit tumore nō existente in collo mortale. 35.4.
Quicūq3 squinantiā effugiunt & ad pulmonē eis conuertitur: in septē diebus moriuntur. Si vero hos effugiunt: empici fiunt. 11.5.
A squinante habito tumor & rubor in pectore superueniens bonum: foras enim conuertitur egritudo. 37.6.
Si a febre habito tumore non existēte suffocatio repente renascitur vt diglutire non possit mortale. 60.7.
Scđs taliter inuenit. Si a febre habito torqueat collū vt deglutire nō possit: & trāsglutiendo angustet sine tumore manifesto: mortale.

¶ De dis. pectoris & pulmōis. Ca. x.

De anhelitu cōstrictione siue difficultate eius: vt in quarto aphorismo vt iam clarebit.
In febrib⁹ spiritus offendens malū: spasmū enim fieri significat. 68.4.

¶ De asmate.

Quibuscūq3 gibbi ex asmate fiūt aut tussi añ iuuētutem pereūt. 46.6.

¶ De tussi.

Quadragesimussextus dictus.

¶ De voce.

Si inebriatus aliquis repente sine voce fiat: spasmo inanito moritur: si non febris acceperit eum: aut ad horam veniens sm quam crapule soluuntur locutus fuerit &c. 6.5.
Quibuscūq3 dolores repente fiunt in capite continuo sine voce fiunt & stertunt pereūt in septem diebus si nō eum febris accipiat. 51.5.
Quibuscunq3 cerebrum cōmotum fuerit ab aliqua causa necesse est statim sine voce fieri. 48.7.

¶ De sputo sanguinis.

Adolescentibus vero sputa sanguinis: ptisis: febres acute: epilensie & alie egritudines. maxime vero predicte. 30.3.
Quibuscunq3 in febribus sanguinis fluit multitudo vndecunq3 in resumptionibus ventres his humectantur. 27.4.
Excreationes in febre nō deficientibus liuide & sanguinee & fellee & fetide omnes male sunt: egeste vero bone. Bone vero sunt & sm secessum & vrinam &c. 47.4.
Quicūq3 sanguinē spumosum spuūt: his ex pulmōe eductio fit. 14.5.
Caput dolenti & circundolenti sanies aut aqua aut sanguis defluens sm nares aut aures aut os soluit egritudinem. 10.6.
In sanguinis sputo saniei sputum malum. 15.7.
Quicūq3 sanguinem vomūt siqdē sine febre salubre: si vero ex febre per nitiosum. curare vero oportet stipticis aut infrigidantibus. 37.8.

¶ De pleuresi.

Paroxismos ⁊ cōsistentias declarāt egritudines ⁊ tēpora anni ⁊ circui tuum adinuicē incrementa: siue quotidie siue p̄ter diem siue per amplius tēpus fiat. Sed ex apparentib⁹ post: quēadmodū in pleureticis sputum si continuo apparet subrubeū inchoantem quidem morbum abbreuiat. Si vero post apparet subrubeum prolongat. 12.1.

Austrini flatus grauāt auditū. Et subdiuidit. Si vo boreas fuerit. tusses faringes: ventres duri: dissurie: horrores: laterum dolores. 6.3.

Hyeme vero pleuretides: periplemonie: corize: branchi: tusses: pectoris laterum ⁊ lumborum dolores. 24.3.

Quicunqꝫ pleuretici facti non purgantur in quattuordecim diebus: hi in empima transeunt. 9.5.

Quicūqꝫ ex pleureticis empici fiunt si purgant̄ in quadraginta dieb⁹ a qua die ruptura fuit: soluit̄. Si vo nō: in ptisim transeunt. 16.5.

A pleureti de supato aut periplemonia dyaria supuentēs malū. 16.6.

Acide eructuantes non valde pleuretici fiunt. In pleuretide periplemonia malum. 33.6.

¶ De periplemonia.

Dictus est de pleuresi. 34.6.

Dictus est de pleuresi. 16.

In periplemonia frenesis malum. 12.7.

¶ De empimate.

Quicūqꝫ empici aut hydropici vrunt̄ aut incidunt̄: si sanies qdē pura fluxerit ⁊ alba euadūt. si vo cenulēta ⁊ male olens fuerit peūt. 27.6.

¶ De ptisi.

Autumnus ptisicis malus. 11.3.

Si vero estas sicca ⁊ borealis fuerit: autumnus vero pluuiosus ⁊ austrinus: capitis dolores in hyeme ⁊ tusses ⁊ branchi ⁊ corize fiunt: quibusdam vero ⁊ ptisis. 14.3.

Autumno vero ⁊ estiuorum multa ⁊ febres quartane ⁊ errantes ⁊ splenes ⁊ hydropes venientes ⁊ splenes ⁊ ptisici. 23.3.

Dictus est de sputo sanguinis. 30.3.

Ptisicos vero metuentes ad superiores farmacias. 8.4.

Ptisis fit maxie etatib⁹ a. 18. annis vsqꝫ ad vigintiqnqꝫ annos. 10.5.

Qui a ptisi molestantur si sputum qualemcūqꝫ spuunt fetet super carbones effusum: ⁊ capilli a capite defluunt: mortale est. 12.5.

Quibuscūqꝫ ptisicis defluūt capilli: si dyaria supuenerit mortale. 13.5.

A ptisi habito dyaria superueniens mortale est. 16.5.

Lac dare caput dolentibus malum. Malum vero ⁊ febricitātib⁹ ⁊ quibus hypocūdria suspensa rugiunt ⁊ siticulosis. Malum vero ⁊ qb⁹ fellei secessus: ⁊ in acutis febribus: ⁊ quibus sanguinis multa egestio facta est. Conuenit vero ptisicis non valde febricitantibus. Dare vero ⁊ in febribus longis nullo predictorum signorum presente ⁊ extra rationem tabefactis. 64.5.

In saniei sputo ptisis ⁊ fluxus malū. vbi saliua retinet̄ moriunt̄. 16.7.

¶ De dispositionibus cordis. Et primo de tremore. Cap. xj.

In febrib⁹ circa vētrē cauma ꝛ cordis morsus vel tremor malū. 66.4.
Qui exoluūt fortiter ꝛ frequēter sine maīfesta occasiōe repēte moriūt.

¶ De mammillis ꝛ dispositionibus earum. Cap. xij.

Mulieri in vtero habēti si subito māmille graciles fiūt abortit. 36.5.
Mulieri in vtero geminos hñti: si altera māmillar̄ gracilis fiat alterū abortit. ꝛ siqdē dextera gracil' fiat masculū: si vo sinistra feminā. 27.5.
Si mulier que neqꝫ pregnans est neqꝫ generauit lac habet: huic menstrua defecerunt. 38.5.
Mulieribus quibus conuertitur sanguis ad mammillas: maniam significat. 39.5.
Mulieri si vis mēstrua retinē sicīā maiorē ad māmillas appone. 50.5.
Mulieri in vtero habēti lac extra māmillā multū fluēs debilē fetū significat. si vero dura fuerint vbera: sanum fetum significant. 52.5.
Quecunqꝫ corruptiue sunt fetus: his vbera gracilia fiunt. Si vero rursus dura fiant: dolor fit in vberibus aut vteribus genibus aut in oculo ꝛ non corrumpuntur. 53.6.

¶ De dispōnib⁹ stomaci. Cap. xiij.

¶ De meri ꝛ dispositione stomachi.

Uentres vere ꝛ hyeme calidissimi sunt nā ꝛ somni longissimi. 15.1.
Estate ꝛ autumno cibos grauissime ferunt: hyeme vero facillime mox: vere. 18.1.
In omni egritudine cōfortari mentem ꝛ bene se habere ad oblatiōes bonum: contrarium vero malum. 33.2.

¶ De difficultate transglutiendi.

Si a febre habito collū cōuertat vt vix deglutire possit: tumore nō existente in collo repēte inascit vt deglutire nō possit: mortale. 35.4.

¶ De dolore stomachi.

In febrib⁹ circa vētrē cauma forte ꝛ cordis morsus: malum. 65.4.

¶ De siti.

Potus indigentiam soluit. 21.2.
Quibuscunqꝫ bibere desiderium nocte valde sitiētibus si dormiuerint: bonum. 27.5.

¶ De dispositionibus mirach ꝛ hypocundriorum.

Quibus hypocundria suspensa sunt ꝛ subrugiētia: lumbi dolore superueniente vētres his humectanť: si nō vētositates erumpant aut vrine multitudo non superueniat. in febribus vero hec fiunt. 64.4.

¶ De vomitu.

In perturbationibus ventris ꝛ vomitibus qui sponte fiunt: siquidem qualia oportet purgari purgentur confestim ꝛ bene ferunt. si vero non contrarium. 2.1.

Difficile vomētes ꝛ medie carnosos inferius timentes estatem. 7.4.

Ex egritudinibus quibuscūqꝫ si fel nigrum sursum aut deorsum exiuit mortale. 22.4.

In ilion vomitus singultus spasmus desipientia:malum. 10.7.

¶ De singultu.

Spasmus ꝛ singultus post nimiā purgationem malum. 4.5.

A singultu habito sternutatio superueniens soluit egritudinē. 13.6.

A dyaria habito diuturna spontaneus vomitus superueniens soluit dyariam. 15.6.

In flegmone epatis singultus malum. 17.7.

¶ De dispōnibus epatis. Cap.xiiij.

¶ De dolore epatis.

Cuicūqꝫ epar circūdolet:his febris supueniēs soluit egritudinē. 53.7.

¶ De apostematibus epatis.

In epate vero flegmones patienti singultus superuenit. 60.5.

Uesicam incisam aut cerebrū aut cor aut dyafragma aut renes aut intestinorum aliquod graciliū aut ventrē aut epar mortale. 18.6.

Quicūqꝫ in epate propter saniem vruntur:siquidem sanies pura fluxerit ꝛ alba euaduntin tunica enīꝫ illic sanies est.Si vero velut amurca fluxerit:pereunt. 46.7.

¶ De hydrope.

Autumno vero ꝛ estiuorum multa:ꝛ febres quartane:ꝛ errantes ꝛ splenes ꝛ hydropes venientes ex splene ꝛc̄. 23.3.

Hydropicis si nascuntur in corpore vulnera:nō facile sanātur. 8.6.

Quicūqꝫ empici aut hydropici vruntur aut scinduntur:his effluente sanie aut aqua multa etiam repente omnino pereunt. 22.6.

Quibuscūqꝫ torsiones ꝛ circa vmbilicū dolores ꝛ lumbos ꝛ dolorē nō soluit neqꝫ farmacijs neqꝫ aliter:in hydropē siccā perficit. 11.4.

Hydropicis tussis supueniēs mala:p̄cedēs nō sine malo. 35.6.

Quicūqꝫ splenetici a dissinteria capiuntur:his superueniēte dissinia lōga hydrops innascit aut lienteria ꝛ pereunt. 43.6.

In mania dissinteria aut hydrops aut extasis bonum. 5.7.

Hydropicus si tussim siccam habet desperatus est. 48.7.

Quib⁹ epar aq̄ impletū erūpit:his aqua vēter iplet ꝛ moriunt. 46.7.

¶ De hypocundrijs.

Quibus in febricitantibus in septima aut nona aut vndecima aut decimaquarta die icteritia superueniēs:bonum:si nō ad dextrum hypocundrium durum fiat.si vero non:non bonum. 64.4.

Quib⁹ hypocūdria suspēsa ꝛ subrugiētia:lumbi dolore supueniēte vē

tres his humectantur: si non ventositates erumpant aut vrine mul'titudo superueniat. in feb. vero hec fiunt. 74.4.
Lac dare caput dolentibus malum. malum vero & febricitantibus & quibus hypocundria suspensa rugiunt & siticulosis &c. 64.5.
Quibuscunque dolor fit circa hypocundria sine flegmone: his superueniens febris soluit dolorem. 40.6.

¶ De dispo. fellis & splẽis. Cap. xv.

¶ De icteritia.

Quibus in febribus in septima aut nona: aut vndecima: aut decimaquarta die icteritia superuenerit bonum: nisi dextrum hypocũdriũ durum fiat. si vero non: bonum. 64.4.
Quibuscunque in febribus icteritia superuenerit ante septimum diem malum est. 63.4.
Icterici non valde inflantur. 71.5.
Ictericis si epar durum sit malum. 42.6.

¶ De splene.

Autũno vero estiuorum multa & febres quartane & errantes & splenes & hydropes venientes ex splene. 23.3.
Quicũque splenetici a dissinteria capiunt: his superueniente dissnia lõga hydrops innascitur aut lienteria & pereunt. 43.6.
Splenetica dissinteria superueniens bonum. 48.6.

¶ De fluxu oium modor. Cap. xvj.

In ventris fluxibus mutationes egestionum iuuant. si non ad malum transmutentur. 14.2.
Egestiones nigre vel q̃si sanguis spõte venientes & cũ febre & sine febre pessime sunt. q̃tũcũque colores plures fuerint: magis malũ. cũ farmacijs vo meli⁹ est & q̃tũcũque plures colores fuerint nõ malũ est. 21.4.
Egritudinib⁹ quibuscũque incipiẽtibus si fel nigrũ sursũ aut deorsum exiuerit mortale est. 22.4.
Quibuscunque ex egritudinibus acutis: aut multi temporis: aut abortibus: aut aliter extenuatis si fel nigrum quasi sanguis exiuerit: sequẽti die certifico moriuntur. 23.4.
Dissinteria si a felle nigro inchoauerit mortale. 24.4.
Nigre egestiones si a dissinteria iam habito vt intestinorum carnes egerantur mortale. 26.4.
Quibuscũque fellee egestiones fiunt surditate supueniẽte quiescũt: & q̃buscũque surditas fit felleis supueniẽtib⁹ egestionib⁹ quiescit. 28.4.
Mulieri in vtero habenti tenasmon innatum abortum facit. 49.5.
In diuturnis lienterijs oxiremia veniens prius non existens signum est bonum. 1.6.
In longis dissinterijs cibi abstinentia malum: & cũ febre peius. 3.6.
Trauli a dyaria capiuntur longa. 32.6.

Quicunq̃ splenetici a dissinteria capiuntur: his superueniente dissīa longa hydrops innascitur aut lienteria ꝛ pereunt. 43.6.
Splenecticis superueniens dissinteria bonum. 48.6.
In mania dissinteria aut hydrops aut estasis bonum. 5.7.
In colerico secessu dissinteria malum. 24.7.
Si ab albo flegmate habito dyaria superuenerit fortis soluit egritudinem. 30.7.
Quibuscunq̃ spumose egestiones in dyaria: his flegma a capite defluit. 31.7.

¶ De doloribus intestinoꝝ.

Quibuscunq̃ torsiones ꝛ circa vmbilicū dolores ꝛ lumbos: dolor non soluit neq̃ a farmacijs neq̃ aliter in hydropē siccā pficit. 11.4.
In febribus acutis spasm⁹ ꝛ circa viscera dolores fortes malū. 49.4.
Dolores in lateribus ꝛ pectoribus ꝛ in alijs partibus: si multum differunt ad discernendum mali sunt. 5.6.
Dolores ꝛ tumores circa ventrem existentes superiores quidem leuiores: non superiores vero fortiores. 7.6.

¶ De ilios.

Quibuscunq̃ ex stranguria ilion innascit: hi in septem diebus pereunt: si non febre superueniente vrina multa fluxerit. 44.6.
In ilion vomitus singultus spasmus desipientia malum. 10.7.

¶ De colica nihil.

¶ De dispositionib⁹ ani. Cap. xvij.

Melancolicis ꝛ freneticis emoroydes innate: bonum. 11.6.
Emoroydes habēti antiquas si non vna relicta fuerit periculum est hydropisim aut ptisim aut maniam fieri. 12.6.
Maniacis varicibus aut emoroydib⁹ innatis manie fit solutio. 11.6.

¶ De dispositiōib⁹ renū. Cap. xviij.

Quicunq̃ nefretici sunt non sanantur post. 40. annos: intelligendo p nefresim passionem renum omnem indifferenter. 6.4.
Quibuscunq̃ in vrinis arenosa subsistant sedimina: his vesica aut renes linthiasim patitur. 80.4.
Nefretici ꝛ circa vesicā dolores laboriose sanantur in senibus. Et per nefresim hic intellige vlcerationē. ꝛ in fine cōmenti Galienus sicut alibi dixit Hypocra. senes his passionibus cōmoriuntur. 7.6.
Quibuscunq̃ in vrinis ampulle supernatant nefreticam ꝛ longā egritudinem fore significant. 35.7.
Quibuscunq̃ pinguis hypostasis ꝛ conglobata: his nefreticā significat ꝛ acutam fore egritudinem. 36.7.
Quibuscūq̃ nefreticis exūtib⁹ pdicta signa acciderint: ꝛ dolores acuti circa musculos spinales sint: siquidē circa lūbos extrinsecos sūt apostema futuꝝ extrinsecū significant. Si vero dolor magis circa in

teriores locos fuerit: apa futurũ expectabis magis intus. 37.7.
Quibuscunq; inter renes & ventrem flegma concluditur & dolorẽ prestans non habet exitum in neutrum ventrium: his ſm venas in vesicam conuerso flegmate solutio fit morbi. 55.7.

De dispositionib⁹ vesice. Cap. xix.

Egritudines vero in pluuialibus vt multum fiunt: & febres lõge: & ventris fluxus: & putredines: epilẽtici: apopletici: & squinãtes. In siccis vero ptisici: obtalmie: artetice: stranguríe: & dissurie. 17.3.
Autumno vero & estiuorum multa: febres quartane & errãtes & splenes hydropes & ptisis & strangurie & lienterie. 23.3.
Senioribus võ factis perithimia spondilis & lithiases: lũbrici. 27.3.
Senioribus disnie: catarri cum tussi: strangurie: dissurie: articulorum dolores: nefresis: vertigines: apoplexie: cacesie: pruritus totius corporis: melancolie: vigilie: ventris & narium humiditates: oculorum hebetudo: glaucositas: grauitas auditus. 32.3.
Quibuscũq; vrine grosse globose pauce non sine febribus multitudo veniens ex his tenuis iuuat: maxime vero talia eueniunt quibus ex principio vel post principiũ aut celerius hypostases fiunt. 70.4.
Quibuscunq; in febribus vrine conturbate velut subiugalium: his capitis dolores aut adsunt aut aderunt. 71.4.
Quibus se ꝯtinuo egritudo terminatur. his nubeȝ habȝ rubeã quarta dies in vrina & alia signa ſm rationem. 73.4.
Quibus vrine & limpide aut albe: male võ in freneticis appent. 72.4.
Quibus hypocundria suspensa & subrugientia lumbi dolore superueniente: ventres his humectantur: si non ventositates erumpant: aut vrine multitudo superueniat. 74.4.
Quib⁹ spes est ad articulos apostema ꝯuerti: eruet ab apostemate vrina grossa & multa & alba facta velut in laboriosis febribus & maxime si in quartanis quibusdam incipit fieri. Si vero sanguis ex naribus fluat valde celeriter soluuntur. 75.4.
Si sanguinem aut pus minxerint: renum aut vesice vlcerationem significat. 70.4.
Quibus in vrina grossa quasi carnium frusta vel sicut pili sunt: his de renibus exeunt. 76.4.
Quib⁹ in vrina pingui existe furfura mingunt: his vesica stabit. 77.4.
Quicunq; sanguinem sponte mingunt: his de renibus vene rupturaȝ significat. 75.4.
Si sanguinẽ mingũt aut trũbos & stranguriã hñt & dolor incidit in pectinẽ & sub vẽtrẽ & pitoneon: circa vesicã dolorẽ significat. 80.4.
Quibuscunq; in vrinis arenosa obstant: his vesica aut renes lithiasim habet. 80.4.
Si sanguinem aut pus mingunt aut squamas & odor grauis: vesice vlcerationem significat. 82.4.

Quibus in vrinali via vel virga pustule nascūtur: sanie facta & erupta solutio fit morbi. 83.3.
Urina facta multa noctu modicū secessum significat & ecōuerso. 84.4.
In ano flegmones patienti & matrice flegmonem habente: strangurie superuenit. In epate vero flegmones patienti singultus superuenit & in renibus habentibus saniem stranguria accidit. 58.5.
Nefretici & circa vesicam dolores: laboriose sanantur in febribus al's in senibus. 6.6.
Uesicam incisam aut cerebrū: aut cor: aut diafragma: aut epar: aut ventrem: aut renes: aut intestinorū aliquod gracilium mortale. 18.6.
Quibuscūq; ex stranguria ilios innascitur: hi in septe; diebus pereūt: si non febre superueniente multum vrina fluxerit. 44.4.
Quibuscūq; in febribus in vrinis crinoydes hypostases fiunt: longam egritudinem significat. 32.7.
Quibuscūq; vrine distātes fiūt: his in corpore turbatio fit fortis. 34.7.
Quibuscunq; in vrinis ampulle supernatāt: nefreticam significat: & lōgam egritudinem fore. 35.7.
Quibuscunq; pinguis hypostasis & cōglobata: his nefreticam significat & acutam egritudinem fore. 36.7.
Si sanguinem & trumbos mingant & stranguriam habeant & dolor incidit in peritoneon & sub ventrem & pectinem: ea que circa vesicam sunt: egrotare significant. 40.7.
Stranguriam & dissuriam vini potio & sic flobotomia soluit: incidere vero venam que intus in talo est bonum. 49.7.

De dispositionibus membrorū generationis in viris. Cap. xx.

Similiter in marib⁹: aut enim ꝑpter raritatem corporis spiritus extra fertur vt non incidat semen: aut propter densitatē humidū non diffundetur extra: aut ꝑpter frigidum non calefit ita vt cōgregetur ad hunc locum: aut propter caliditatem hoc ipsum fit. 63.5.
Quando incisum fuerit os aut cartilago: aut neruus: aut maxille tenues: aut preputium: neq; crescit neq; conglutinatur. 19.6.

De mēbris generationis in femellis. Cap. xxj.

Si vero austrina hyems & pluuiosa & tranquilla fiat: ver vero siccum & boreale: mulieres siquide; quibus partus ad ver inest: ex omni occasione abortiūt. Si vero genuerint: morbidos pueros & imbecilles pariunt: vt aut statim resoluent .i. moriantur: aut morbidi & tenues viuant existentes. Aliis vero iunioribus quidem dissinterie & obtalmie sicce fiunt: senioribus vero catarri celeriter dissoluētes. 13.3

Pregnantes si conuenit purgare: a quarto mense vsq3 ad septimũ: mi-nus vero has: minora vero & seniora vereri oportet. 1.4.
Muliebria educit ex aromatibus calefactio: multotiēs vero & ad alia vtilis esset si non capitis grauedinem faceret. 28.5.
Mulier in vtero habens flobotomia abortum facit: sz magis cuius maior est fetus. 29.5.
Mulieri i vtero hñti: ab aliq̃ egritudinũ acutaꝝ accipi mortale ē. 30.5.
Mulieri sanguinem vomenti mēstruis supueniētibus solutio fit. 31.5.
Mulieri menstruis deficiētib⁹ sanguinē ex narib⁹ fluere bonũ ē. 32.5.
Mulieri in vtero hñti si venter fluat: periculum est abortiendi. 33.5.
Mulieri que a matrice molestatur: aut difficulter generanti: sternutatio superueniens bonum. 34.5.
Mulieri menstrua habenti sine colore proprio & non ſm se semper facta purgatione indigere significat. 35.5.
Mulieri in vtero habēti si subito mãmille graciles fiãt abortit. 36.5.
Mulieri in vtero habenti si altera mãmilla gracilis fiat: geminos habenti alterum abortiet. & siquidem dextra gracilis fiat: masculum. si vero sinistra: feminam. 37.5.
Similiter que neq3 pregnans neq3 generauit lac habz: huiusmodi mē-strua defecerunt. 38.5.
Mulierib⁹ qbus ꝯuertit sanguis ad mãmillas: maniá significat. 39.5.
Mulierem si vis scire si concepit: mellicratum quando dormitura est da ei bibere: & siquidem si torsiones habuerit circa ventrem: cõcepit si vero non: minime. 40.5.
Mulier siquidem masculum concepit bene colorata est: si vero feminã discolorata. 41.5.
Si mulieri pregnanti erisipila fit in matrice mortale. 42.5.
Que p̃ter nãz tenues exñtes ꝯcipiũt: abortiũt añq̃ grossescãt. 43.5.
Quecũq3 corpora moderate hñtes abortiunt secundo mense aut tertio sine omni occasiõe mãifesta: his cotiliDones mucillaginib⁹ plent sũt: & nõ possunt pre grauedine tenere fetũ: sed abrũpuntur. 44.5.
Quecũq3 existentes preter nãm crasse nõ ꝯcipiũt: his pinguedo os matricis obturat: & priusq̃ extenuentur non concipiunt. 45.5.
Si matrix in vertebro posita fecerit saniē: necesse ē ꝯmotũ fieri. 46.5.
Fetus maris quidem in dextris: femine vero in sinistris magis. 47.5.
Ad mrĩcis ꝑcipitatões obtalmicũ appone: app̃hẽdẽs os & nares. 48.5.
Mulieri in vtero habēti tenasmon innatus abortire facit. 49.5.
Mulieris mēstrua si vis retinē: sicũ maiorē ad mãmillas appõe. 50.5.
Quecũq3 in vtero habent: his concluditur os matricis. 51.5.
Mulieri in vtero habenti: lac ex mãmillis multũ fluens fetũ significat debilem. si vero vbera dura fuerint: sanum significant fetum. 52.5.
Quecũq3 corrupture sunt fetus: his vbera gracilia fiunt. Si vero rursus dura fiunt: & si dolor fit in vberibus aut in vertebris: aut in genibus: aut in oculis: non corrumpuntur. 53.5.

Quibuscūqz os matricū duꝝ est: his necesse ē os matricū ↄcludi. 54.5.
Quecunqz in vtero habentes a febribus accipiūtur: ⁊ fortiter calefiūt sine occasiōe manifesta: generant periculose: ⁊ difficulter: aut abortiunt periclitantes. 55.5.
In fluxu muliebri spasmus ⁊ animi defectio si supueniat malū. 56.5.
Menstruis plurimis eueniētibus accidunt egritudines: ⁊ non venientibus a matrice accidunt egritudines. 57.5.
Mulier si non ↄceperit: velis aūt scire si concipiet: contegens vestimentis suffumiga deorsuz: ⁊ siquidem transire videat odorꝑ corpus ad os ⁊ nares cognosce qm̄ ea non propter se non generat. 59.5.
Mulieri in vtero habenti si purgationes exeunt: impossibile est fetum sanum esse. 60.5.
Si mulieri purgationes nō exeunt: neqz febre: neqz rigore supuenietē: anxietates abhominationes defectiōes animi ei acciderint: reputa hāc in vtero habere. 61.5.
Quicunqz densas ⁊ frigidas matrices habent non concipient. Et quecunqz humidas habent matrices nō ↄcipient: extinguit enim in eis semen. Et quecūqz siccas ⁊ magis ardentes non cōcipiunt: indigentia eniz nutrimēti corrūpitur semen. Et quecūqz ex vtrisqz temperiē habent moderate: huiusmodi fiunt generantes. 62.5.
Mulieri in vtero habenti tenasmus superueniens abortit. 28.7.

De dispōnibus apparētibus in extremitatibus membroꝝ. Cap. xxij.

Duoꝝ doloꝝ q sil' fiūt nō ſm eūdem locū vehemētior denigrat alteruz. Posit⁹ est hic aphorismus ad euidētiā doloꝝ iūcturaꝝ. 46.2.
Non febricitantibus existētibus si fiat strophus: vel genuuz grauitas: ⁊ lumboꝝ dolor: deorsum farmacia indigere significat. 20.4.
Laboriosis in febribus circa articulos ⁊ circa maxillas maxime apostases fiunt. 31.4.
Si vero prius doluerit aliquid ante egritudinem: illic ↄfirmatur egritudo. 33.4.
Quibuscūqz febres lōge: his dolores ⁊ pustule fiūt in articulis. 44.4.
In articulis dolores ⁊ tumores sine vlceratione podagraz ⁊ spasmū ⁊ hoꝝ plurima: frigida aqua infusa refrigerat ⁊ attenuat: ⁊ dolorē soluit. Stupor enim mediocris dolorem minuit. 25.5.
Maniacis emorroydibus aut varicibus inatis manie solutio fit. 21.6.
Quicūqz dolores a dorso in cubitos transeūt: flobotomia soluit. 22.6.
Eunuchi non podagrizant neqz calui fiunt. 28.6.
Mulier nō podagrizat si menstrua nō defecerunt in ea. 29.6.
Puer non podagrizat ante aphrodisiam. i. ante coitum. 30.6.
Quicunqz calui fiunt: his varices non nascuntur magne, quibuscūqz vero innascuntur rursus capillati fiunt. 34.6.

F I N I S

¶ Tabula itaq; febrium ſm morem solitum sic meo facili ingenio conscribam:si prius eos numerauero aphorismos de febribus ipsis loquētes:vt ante oculos tuos ponam:que in ipsis te doctissimum reddant.

sum ⁊ austrinum: necesse est estate febres acutas ⁊ obtalmias ⁊ dissin-
terias fieri: maxime mulieribus ⁊ humidis natura. 12.3.
Estate vero quedam horum ⁊ febres continue: ⁊ causon ⁊ tertiane plu-
rime: ⁊ vomitus ⁊ dyarie: ⁊ oculorum ⁊ aurium dolores: oris vlcera
tiones ⁊ pudendorum putredines ⁊ desudationes. 22.3.
Quibuscūqꝫ i febrib⁹ sextanis.i.i sexta die rigores fiūt difficiles fiūt.29.4.
Laboriosis in febribus circa articulos ⁊ maxillas maxime apostases
fiunt. 31.4.
Febres quecunqꝫ non deficientes tertia die sunt fortiores periculose: q̄-
cūqꝫ vero sic defecerint: significant quoniā non periculose. 44.4.
Quibuscūqꝫ febres longe: his dolores ⁊ pustule fiūt in articulis. 43.4.
Si rigor iciderit febre nō deficiēte iā debili exñte v̄tute mortale. 46.4.
In non deficientibus febribus: si que quidem extra frigida fuerint: que
vero interius ardeant ⁊ sitim habeant mortale. 48.4.
Quibuscūqꝫ in febribus resurgentibus: aut pustule: aut dolores fiunt
in articulis: hi amplioribus cibis vtuntur. 45.4.
In non deficientibus vero febribus si labium aut oculus aut supciliuꝫ
aut nasus distorqueatur: aut nō videat: aut non audiat: iā debili exi-
stente corpore: quecūqꝫ horum fiant prope est mors. 49.4.
Ubi in febre nō deficiēte disnia supuenerit ⁊ desipiētia: mortale. 50.4.
In febribus apostema nō solutum ad primas crises: longitudinē egri
tudinis significat. 51.4.
Quibuscunqꝫ in febribus aut in alijs egritudinibus voluntarie ocul
lachrymantur nihil inconueniens. Quibuscunqꝫ vero non s̄m volū
tatem: inconueniens. 52.4.
Quibus in dentibus in febribus limositates fiūt fortiores ⁊ diuturnio
res fiunt febres. 53.4.
In bubonibus febres facte: omnes male exceptis ephimeris. 55.4.
Febricitanti sudor superueniens non deficiente febre malum. Prolon-
gatur enim morbus ⁊ humorem plurimum significat. 56.4.
A causone habito rigore superueniente solutio fit. 67.4.
Tertiana vero si nō iudicat in septē periodis: longissima erit. 58.4.
Quibuscunqꝫ aures in febribus surdescunt: sanguis ex naribus fluens
aut venter turbatus soluit egritudinem. 60.4.
Quibuscunqꝫ in febribus quotidie rigores fiunt: quotidie febres sol-
uuntur. 62.4.
Quibuscūqꝫ in febrib⁹ icteritia supuenerit añ septimū diē malū. 63.4.
Quibuscunqꝫ in febribus in septimo aut nono: aut vndecimo: aut de-
cimoquarto die icteritia superuenerit bonum: si non dextrum hypo
cūdrium durum fiat. Si vero fit: non bonum. 64.4.
In febribus circa ventrem cauma forte ⁊ cordis morsus vel tremor ma
lum. 66.4.
In febribus ex somnis timores aut spasmus: malum. 67.4.
In febribus spiritus offendens malum: spasmū enim significat. 68.4.
In febribus

In febribus acutis spasmi ꝛ circa viscera dolores fortes malū. 68.4.
Quibus vrine in febribus cōturbate ꝛ conuerse velut subiugaliuꝫ: his capitis dolores aut adsunt aut aderunt. 71.4.
A quartanis habiti non valde a spasmus apprehenduntur. si vero apprehendant prius ꝛ superueniat. quartana soluitur. 69.4.
Quibuscunqꝫ in causone tremores fiunt: alienatio soluit. 26.6.
In acutis passionibus cum febre luctuosa suspiria malum. 54.6.
Febricitanti si ceperint sudores boni sunt: tertiani: quintani: septeni: ꝛ q nono die ꝛ.11.ꝛ.14.ꝛ.17.ꝛ.20.ꝛ.21.ꝛ.24.ꝛ.27.ꝛ.30.ꝛ.31.ꝛ.34.ꝛ.37.ꝛ.40. isti enim sudores egritudines indicāt. q vero ita non fiunt dolorē significāt ꝛ lōgitudinē egritudinis ꝛ conuersionē. 35.4.

FINIS

De dieta in febribus ipsis conuenienti. Capitulum.

Aphorismi.

Tenues ꝛ certe diete in diuturnis semper passionibꝰ: ꝛ in acutis egritudinibus: quibus non conueniunt difficiles. Ad vltimum tenuitatis que adducuntur diete difficiles. Et iterum resumptiones in vltimo existentes difficiles. 4.1.
In tenuibus dietis peccant egrotantes: ꝛ ideo magis leduntur. Omne enim peccatum quātūcunqꝫ sit magnū fit magis in tenuibus dietis ꝙ grossioribꝰ: propter hoc ꝛ in sanis fallaces sunt valde ꝛ certe ꝛ constitute diete: quoniā peccātia difficilius ferūt: ꝓpter hoc igit tenues ꝛ certe diete fallaces sunt amplius parū solidioribus. 5.1.
Ad vltias egritudies: vltie curatiōes ad perfectionē sunt potētes. 6.1.
Ubi vero ſm acumē egritudo continuos ꝛ vltimos labores habet: vltima ꝛ tenuissima dieta necessarium est vti. vbi autē non: non: sed conuenit grossius reficere ꝛ tantum subcondescendere quantum egritudo mollior fuerit vltimis. 7.1.
Qñ in statu steterit egritudo: tūc tenuissima dieta necessariū est vti. 8.1.
Contēplari igitur oportet egrotantem si sufficiat dieta ad statum egritudinis: ꝛ vtrum ille deficiat prius ꝛ non sufficiat dieta: aut egritudo deficiat ꝛ obtundatur. 9.1.
Quibus ergo continuus est status: cōtinuo ꝛ tenuiter reficere oportet. Quibus vero posterior status ad id ꝛ ante id parum auferendum: prius vero vberius reficiendum vt sufficiat egrotans. 10.1.
In paroxismis subtrahere oportet: apponere enim lesio. ꝛ quecūqꝫ ſm circuitus exacuuntur: in exacerbationibus subtrahere opꝫ. 11.1.
Senes facillime ferunt ieiunium: secundo cōsistentes: minus vero pueri: horum vero omnium vero maxime infantes: horum vero ipsoruꝫ quicunqꝫ sunt animosiores existentes. 13.1.

Qui creſcunt plurimum habent innatum caloꝛem: plurimo igitur in-
digent nutrimẽto. ſi vero nõ: ꝯſumit coꝛpus. Senibus vero paruus
caloꝛ ineſt: ꝓpter hoc igitur paucis fomentis indigẽt. A multis enī
cibis extinguitur caloꝛ: propter hoc igitur febꝛes ſenibus non ſimi-
liter acute fiunt: frigidum enim coꝛpus habent. 14.1.

Uentres hyeme ⁊ vere calidiſſimi ſunt natura ⁊ ſomni longiſſimi. In
his tempoꝛibus oblationes plures dande ſunt. Etenim innatus ca-
Q Uam forſitan aliquis non concedet perfecte ſanis ineſſe: aliogn enim eſſe ſemper paſſionem diceret: neſciens ſimilem eſſe dubitationem pro omnibus lapſum generibus futuram. Si enim operatiōis ſenſibilis leſio nō determinat egritudinem a ſanitate: ſed ſm qualitatē cuiuſq; diſpoſitionis agnoſcit tm̄: tunc neceſſariū eſt ſempiterne paſſionis irrepere dogma: nullo optimas hñte operationes oēs. Sed hoc quidē ergo vt ſubtilior cōſideratio ſm ſe tractatū habeat. 74.

AB manifestos vero egros: salubres causarum deinceps percurramus a discrasie incipientes genere. Determinandū est igitur prius hic quod omnes fere medici pretermittunt: quod alie quidē sunt salubres iam facte discrasie. Alie vero eius que adhuc fit: quemadmodum ⁊ future. 75.

ET huiusmodi quidem vltime: he quidem in preseruāte parte artis sunt: hec vero in salubri. 76.

PRime vero omnium in curante parte sola. 77.

CEtrarum vero medie dicte in preseruāte ⁊ curante. 78.

IAm siquidem factam existentem ⁊ egritudinem medicari oportet. 79.

NOndum vero existentem: futuram vero ex dispositione que est sm corpus prohibere fieri. 80.

EIus vero que adhuc fit: sanare quod iam factum est: quod futurum est prohibere fieri. 81.

PRohibetur igitur dispositiōe in qua nata est fieri ablata: nominatur autem huiusmodi dispositio causa precedens. 82.

FActa vero egritudo curabitur dispositione a qua principaliter q̄ sm naturam operatio leditur ablata: quam ⁊ ipsam dicimus esse egritudinis causam. 83.

CUratio quidem vnū hꝫ modū: ⁊ maxime cōmunem intentionē. scī quod soluendum est contrariū. huiusmodi enim generis sunt omnes perficientes salutem cause. 84.

SCōm vero partem sunt ex singulis contrarijs. 85.

CAlide igitur dispositioni frigida causa contraria est. Frigide vero calida ⁊ sic in alijs ꝓportionaliter. 86.

SI enim imoderatum est omne preter naturam: moderatū vero sꝫ naturā: necesse est omne imoderatum ab imoderato sꝫ ꝯtrarium ad moderatum adduci. 87.

MAnifestum vero ꝙ sm virtutem nō sm apparitionem calefaciens ⁊ infrigidans: ⁊ quecūqꝫ huiusmodi alia accipiēdū est. Dico aūt sm virtutem quod essentialiter ⁊ proprie ⁊ vere est vt dicitur. Scōm vero apparitionem qđ sm p̄sentē sensum huiusmodi esse videtur: essentialr vero non existens huiusmodi. ¶ Quomodo vero opꝫ cognoscere ea in negocio de simplicibus farmacijs dictum est. 88.

AD inuentionē vero salubriū causaꝝ quecūqꝫ quidē cause ad iam factam egritudinē sunt salubres: illa rōne vtendum est qua illō qđ sm apparitionem determinat ab eo qđ est sm virtutem. 89.

QUecūqꝫ vero cause ad eā que adhuc fit ipsa eadem cōsideratiōe vtendū: ⁊ adhuc sm quā inueniūtur egritudinū cause. 90.

FErunt enim si ita contingat in humoribus putrefactis accendi febrem: demonstratio in talibus est euacuatio ⁊ alteratio. Alteratio quidem est faciens cessare putredinem manente substantia. Euacuatio

Alteratio
Euacuatio

vero totam a corpore educens substantiam. 91.

SEd dicta quidem species alterationis digestio est quam a quibusdam causis ꝯtingit facere scientes erimus in illis si habeamus iã cognitionem ita causarum salubrium. 92.

EUacuationes vero per flobotomiam ⁊ per clystere ⁊ per vrinas ⁊ per respirationes sm cutem fiunt. Amplius vero per contrariaꝫ detractionem ⁊ deriuationem ad alia. Huiusmodi enim generis sunt ⁊ menstrua mouere: ⁊ emorroydas aperire. Et per nares ⁊ per palatum purgare. 93.

SCientes igitur ⁊ hic materias ⁊ virtutes quibus in tempore ⁊ qualitate ⁊ quantitate ⁊ modo vsus oblatis euacuatio fit. 94.

SCõm hanc partem artis inuenimus salubria. Et scripta est oĩum inuentio in terapentico negocio. Scõm eundem vero modum ⁊ in aliis tribus discrasiis. 95.

UNum cõmune habentes preceptum efficientem vnãquãqꝫ earum causarum oportet abscindere prius: deinde sic venire ad eam discrasiam que facta est ab illa egritudine salubrium causarum inuentionem facturos. 96.

SCõm vero compositas discrasias ex simplicibus compositio ostẽditur salubria p̃cepta: ⁊ hic habentibus nobis medicamen ꝓportionale magnitudini discrasie ad illam conueniens inuenire. 97.

UElut si ita accidat. Si decem quidem numeris sm calidius excedit aliquid ab eo qd̃ sm nãm: septem vero sm siccius esse oportet ⁊ salubrem causam in talibus dispositionibus: frigidiorem quidẽ decẽ numeris: septem vero humidiorem. 98.

SI igitur ipsi parti patienti adducas huiusmodi medicamentum intantum frigidius fit ⁊ humidius: inquantũ partis patiẽtis manifestatio precessit. 99.

IN ꝓfundo vero posita que patitur parte opꝫ ꝯsiderare huiusmodi efficere salubre vt non contingat exolui in via. 100.

SI igitur calidius esse oportet moderato: non in tanto fit solũ calidius quamto indiget passio: sed super modum apponat̃ ꝓpter positionem necessario aduenientem. 101.

SI vero frigidius sit non simpliciter oportet tanto facere illud frigidius: sed materiam medicaminis cõsiderare prius. Si enim parachimeres est nõ perueniet vsqꝫ ad profundum multum. Contrarium vero operat̃ aliquando spissam superficiem. Si v̉o leptomeres sit: possibile est peruenire vsqꝫ ad plurimum profundum. 102.

ITa vero ⁊ in humectantibus ⁊ desiccantibus parachimeres ⁊ leptomeres substantie considerande sunt. 103.

EX positione quidem patientis loci manifestatio inuenitur salubre vt dictum est nunc. 104.

EX plasmatione vero ⁊ positione quando fluxus sensibilis habet consuetos ad aliud membrũ aut nullum habet. Nam qꝫ ad prin-

cipalia qui feruntur fluxus aduertemus: prouocabimus vero eos ad non principalia. 105.

Manifestum vero qm̄ facientiuz causaꝝ discrasiā p euacuationem sanatio est: ipsaꝝ aūt discrasiaꝝ alteratio sanatio est. 106.

Soluta vero continuitate curationis quidem intentio vnitio est. In organicis quidem partibus impossibilis est. In omiomeris vo nō omnino impossibilis: sed in quibusdam possibilis vt in carnosis ꝛ conglutinatio est sanatio. 107.

Non differt vero si consolidationem nomines. 108.

Precedit aūt eam qm̄ maius fuerit vulnus adductio distantiū partium ex genere plasmationis existens. 109.

Ut vero ea fiat permanens: superligatio ꝯducens distantia labia: ꝛ consuture vtiles sunt ad hoc. 110.

Conglutinat vero distantiā: ꝛ eam que est in principio vnionē reddit natura. Nostrum vero opus est primum quidē vt dictū est cōducere in idipsum distantia labia. Scđm opus vero seruare in quo cōducta sunt. Et tertiuz vt nihil incidat intra labia ꝓuidere. Et quartuz ipsam patris substantiam sanam seruare. 111.

Primum quidem ꝛ ſm opus quomodo aliquis faciat dictum est. Tertium vero in conducendo distantiam fiet quidem si nihil extrinsecus incidere permittamus: sicut plurimum pilus aut oleum: aut humiditas alia in medio constituta cōglutinādoꝝ ꝓhibet eoꝝ vnitionem. In posteriori vero tēpore per effluxiōes tertie intētionis custodia est. Ad effluxiones vero ipsas ex subdiuisione ꝛ cōtraria diuisione ꝛ figura apta accedenduz est. Substantia vero partis sana seruabitur per mediocriter desiccātia. Hec quidem curatio est ꝯtinuitatis solutionis in carnosa parte facte eius ſm seipsam solius. 112.

Si vero alicui alteri misceaẜ egritudinū erūt plꝛes intentiōes ꝓceptoꝝ curationū q̄s in cōpositoꝝ doctrinis deide dicemꝰ. 113.

In presenti vero ad reliquas intentiones solutionis cōtinuitatis veniendum est. 114.

Fractura igitur in osse est quidez cōtinuitatis solutio: insanabilis quidem quantū in prima cōsideratiōe. Iuxta vero scđaz ſꝫ quendam modū curabilis quodāmodo fit. Prima igitur cōsideratio est consolidatio impotēs ꝓp duritiē partis fieri. Scđa vero ligatio cōtingēs fieri per porū ligantē in circuitu fracturam. 115.

Generatio vero pori inquantum ex materia ꝛ natura fit communis est ad alia: inquantuz vero prope est formam ossis ex illius est alimento. 116.

Molle vero ꝛ puerile os cōsolidari quidem possibile est. 117.

Raro vero ꝛ huiusmodi passionis generatio sine compassione alterius membri est. Sepissime enim circūpositi musculi cū aliis ptibus corporis cōpatiunẜ fractis ossibus. Itaqꝫ ꝛ intentio curatiōis duplex est: altera quidez in ossibus: altera in his q̄ circa ea sunt corporibus:

hec quidem talis in carnosarum partium dispositionibus dicetur: de 118.
fracturis vero dicendum est.

QUoniam vero hay curatio est ex poro: vt vero hic fiat proprij ali-
menti ossis est opus. Oportet igitur superfluitatē nutrimenti ad 119.
pori generationem nature submitti.

SUperfluitas vero hec ꝛ quantitate ꝛ qualitate moderata esse de- 120.
bet.

PRopterea deductione indiget talem ꝛ tm̄ influentē sanguinē ossi-
bus pparantē ex quali ꝛ q̄nto fiat porus. Qm̄ vero ptransit hic p
concaua fracti ossis attēdere opz et⁹ multitudinē ēt qualitatē: ꝛ ita fic-
ciorem opz facere deductionez vel magis humectantem: q̄ amplius in 121.
terapentice facultatis litteris sunt dicta.

NErui vero ꝛ thenantos punctura propter plurimum sensuz ꝛ pp
hoc qȝ ꝯtinua est sȝ principiū pticula parata ē aduocare spasmū
ꝛ maxime cuȝ non respiret exterius excecata cutis perforatōe. Hac igit
opz aperire ꝛ exiccare substantia leptomeri pertrāsire potenti ad pfun
dum vsqȝ ad perforatū neruū. Dictū est aūt de hoc pfecte in terapētice
facultatis litteris. In simplicibus igit hmōi generis dispositionib⁹ sa- 122.
lubrium causarum est forma talis quam dixi.

SEcūdum cōpositas vero cōplexe vt in vlceribus. Prima qdē ē cō
caustas quā qdam nō aliā dispōnem: sed vlceris tm̄ arbitrant dif
ferentiā. Est autē nō tm̄ differētia hoc tale: sȝ alteȝ quoddā gen⁹ egri-
tudinis totius in quo substantie ipsius est pditio. Et igit curatio ipsi⁹
in duplici passione duplici indiget intentione: ꝯtinuitatis eniȝ solutio 123.
vnione: substantie vero perditio generatione indiget.

DIcte vero sunt paulo prius generationis intentiones. 124.

ET quidē oportet curare primū hanc dispositionez: deinde aggre-
di vnire: sicut ipsa natura reȝ iudicat. Qn̄ igitur repletuȝ fuerit
qȝ concauuȝ ꝛ equale vlcus extiterit: tunc alteram intentionem afferri
oportet. Media enim noua carne existente labiorum vlceris vniri qui- 125.
dem impossibile est distantiam.

INtentionem ergo curationis aliam inuenire oportet. Inuentiōez
vero ex eo quod sm naturam habebimus qȝ circūfacere parti cō-
uenit. Scdm naturam vero erat eam cooperire cute. Hoc igitur nobis
est faciendum: aut si impossibilis est intentio: aliquid simile cuti carnez
scilicet callosam faciendū est. Erit autez hmōi caro sicca similis priori
cuti ꝛ callosa. Siccantibus igitur ꝛ stipticis sine mordicatione erit op⁹ 126.
pharmacijs ad cicatrizationes.

ITa vero ꝛ si vlcus in putredinez vertatur: intentio quidez est pur- 127.
gare: pharmacum vero salubre ripticum.

DIcta est autem horum in his que de pharmacijs materia. 128.

ET quidem si flegmon ꝛ cassatio ꝛ sclirosis aut tumor cum vlcere
fuerit: curandum illa prius per eas que dicte sunt rationes. Ita

vero & si influat aliquid vlceri: curandũ est ſm influentium curationẽ. Similiter vero & si discrasia aliqua fiat ſm vlceratum locũ: ad discrasie prius ire oportet adiutoria. 129.

ET de his quidem sufficienter dictum est. 130.

AQid vero qđ ꝓpter plasmationẽ veniendũ iam genus est in plures differẽtias diuisum. Sed a manifestissimo principiũ orationi ponendum est quod ſm figure permutationem fit. 131.

EOrum igit̃ que adhuc crescunt possibile est figurã plurimarũ partiũ corrigere: horũ vero que excreuerunt nequaq̃. 132.

INtentio vero vt si possibile est curat̃ ad contrarium adducere distortiones. 133.

SI vero fractura non recte plasmata peccauerit alicuius mẽbri figura si adhuc recens porus existat frangere opʒ iterũ: & hoc plasmare confestim recte: deinde porum fieri. 134.

EST autem & emphrasis ex hoc genere egritudinum. 135.

HEc quidem a glutinosis & pinguibus humoribus fit: vnam qđeʒ & eandem intentionẽ habens contrariã passioni emphrasis. Cause vero salubres riptica & incisiua pharmaca. 136.

QUe vero ex stercore duro qđ adhesit intestino prioreʒ qđem habebit in durities correctionem ex humidis & pinguibus clisteribus: deinde vero euacuationem ex acribus. 137.

QUe vero ex lapide circa vesicam est: presenti quidem trãspositione indiget. Curationis vero perfecte gratia per incisionem cura est. 138.

EIus vero que preter naturam in parte continetur humiditas est curatio in perfecta euacuatione: quemadmodum in putredinibus. 139.

IMmoderata vero repletio indiget imoderata euacuatione: quẽadmodum est in sanguine circa venas. 140.

QUibuscunqʒ vero circa ventrem venas & intestinum & tracheam arteriam & pulmoneʒ putredo aut sanguis continetur: perfecta euacuatione indigent. 141.

AMplioris vero cibi & potus recentis adhuc ſm euacuationẽ correptio est. 142.

QUecũqʒ igit̃ in pulmone & thorace continent̃: cum tussibus qđeʒ euacuatio est & pharmacijs extenuantibus. 143.

QUecũqʒ vero ſm epar: aut venas: aut arterias: aut lumbos: aut per vrinas: aut per ventrem debent euacuari. Sed per vrinas quidem ab extenuantibus vehementer. Per ventrem vero attrahentibus & aperientibus. 144.

QUecũqʒ igitur ſm superiorem ventrem per vomitũ. Quecũqʒ vero ſm inferiorem per subductionem. 145.

QUecunqʒ vero sub cute per incisionem aut per cauterium aut pharmaca caustica. 146.

ITa vero ⁊ quecunqꝫ secũdum concauitatem naturalem: vt in thorace. 147.

VNo vero capitulo breuiter me expediam. Hoꝝ quidem que a toto genere sunt preter naturã in quibusdã partibus contentoꝝ intẽtio curationis ablatio est. Si vero impossibile est ita fieri: transpositio fiat ad minus periculosum locum. 148.

QUecũqꝫ vero nõ sunt toto genere p̃ter nãm: sed ꝭm q̃titatem: intentio hoꝝ sanandoꝝ tm̃ superflui euacuatio est. 149.

INtentio vero sanandoꝝ ꝭm partẽ quidẽ aliquã ex ipsa accipitur dispõne. Plurima vero est patientibus particulis. 150.

QUecunqꝫ vero aspera facta sunt preter naturam: ad eam que ꝭm naturam eis adducendum est leuitatem. Scḋm os quidez radẽtes. Scḋm tracheam arteriam aut linguam lenientez per humida sine mordacitate ⁊ per glutinosa. 151.

QUecunqꝫ vero lenitatez preter naturã habent ad eam que ꝭm naturam est eis adducendum asperitatem: per pharmaca sufficienter ruptica: ⁊ per breuem facientia rasuram. 152.

QUecũqꝫ vero emphraxes ⁊ angustatiões egritudies alias sequũtur curandũ est prius illas per eas que dicte sunt rõnes. 153.

OStensum est aũt in tractatu de egritudinũ differẽtia ꝙ de flegmonibus ⁊ sciirosi ⁊ inflationibus ⁊ siccatiõibus imoderatis adhuc ⁊ ineptis figuris ipsoꝝ continentium corporum consequuntur plerũqꝫ ea que dicta sunt. Quemadmodum ⁊ in timoribus quibusdam eorum que sunt in circuitu corporum. 154.

SI vero adinuicem eoꝝ que dicta sunt amplectuntur: aliqua ostensiones habebunt varias. 155.

SUfficiet autẽ manifeste vt in vno exemplo faciamus orationẽ: amplius enim de his oĩbus in terapenticis dicitur litteris. ¶ Subiaceat igitur in exemplo alicui influere parti multitudinez sanguinis vt distendantur que ꝭm partem sunt vasa non magna soluz: sed etiã parua prius effugienti visionem: ex plenitudine vero nunc apparẽtia: quẽadmodum in oculis videt manifestũ: propter albedinẽ tunice oculoꝝ: conueniens vero est alia vasa minora his que dicta sunt vasis distendi repleta: nõdum vero ea apparere ꝓpter paruitatem: ⁊ periculuz est effundi aliquid magnũ resudãs ex vasis in eas que in medio sunt regiones vacuas: aut effusum iam esse aliquid paruum. 156.

HUiusmodi vero passionis curatio habebit q̃dem ꝯsiderationẽ ꝑ euacuationẽ: aut vo dicamus manifestius ex parte euacuationẽ: q̃m passio erat in eo ꝙ repleta esset pars imoderate. 157.

NEcessariũ aũt est: aut ꝑ recurrẽs euacuari sup̃fluũ: aut ꝑ ipsam patientez ptẽ. Rursus igit recurrere: aut ꝑ pulsuz: aut ꝑ tractuz: aut per transmissum: aut ꝭm aliqḋ horum: aut ꝭm omnia. 158.

PEr ipsam aũt que patit partem euacuabitur: hoc quidẽ manifeste ⁊ sensibilr: hoc vero per euaporationes extenuatum. 159.

SI igitur fuerit totum corpus plectoricũ:nõ opȝ per ipsam ptes patientẽ euacuare. Si enim carraxatiõibus ꝛ incisionibus sensibiliter euacuauerimus ptes dolentes:attrahemus ꝑpter dolorem amplius. Si vero calefacientibus dyaforesim aggressi facere fuerimus:trahemus ꝑ calorẽ amplius in partẽ patientẽ quã dyaforesiȝ faciam⁹. Si vero velimus recurrere cogere qd̃ influxũ est:nõ recipiet plenũ corpus exñs. Ab vtraqȝ igit̃ hec opȝ euacuare totũ corp⁹. Aut ecõtrario trahere oĩno ad alias regiões qd̃ est influxũ patiẽti parti. Hoc enim patiente repellere a parte prius:deinde dyaforesim facere aggredi:paratior enĩ euacuatio quanto per maiora. 160.

REpellemus autem a patienti parte si infrigidemus ꝛ stiptica apponamus: sȝ euacuata ipsa vasa qd̃ repellitur ad seipsa attrahẽt. Ostensum est enim ꝛ hoc per phisicarum virtutum oratiõnẽ. Et transmittunt vasa confortata stipticis pharmacijs. Si igitur omne ita recurret rursus bene si habebit pars. 161.

REliсto vero aliquo superfluo in parte:oȝ quidem significari hoc conglutinosum esse aut spissum:ꝛ ꝑpter hoc ꝯpactum esse indissolubiliter. Potest igitur ꝛ non tale existens in eas que in medio sunt regiones effundi:tunc igitur iam est tempus venire ad euacuanduȝ illud per partem patientem supponentibus supra iacentibus partibus apocrusticas influentium virtutes. 162.

EUacuatio vero fit maxime si ẜm medias regiones significetur continere aliquid per carraxationes simul ꝛ per pharmaca dyaforetica. 163.

SEd qm̃ dyaforetica omnia calidis sunt virtutibus:eius vero craseos est opus mordere qñ imoderatius fuerunt calida. Obseruandaȝ igit̃ in eis ne omnia sint nimis calida:ꝛ maxime si in superficie corporis fuerit mẽbrũ qd̃ patit̃:dolebit enim non pax si simul patit̃ ꝛ mordetur. Et omnis dolor ꝑuocat reuma. Mediocriter igit̃ calido anodinorũ his vtendum est. Et magis si humidum sit. 164.

ET tamen sufficiens est dyaforesim facere in superficie:si nõ vehemens sit dyaforeticum pharmacum. Si vero ea que in superficie sunt sine passione oĩno existant:in profundo vero sit pars euacuatione indigens:intendere ꝛ augere oportet dyaforetici pharmaci virtutem ꝛ caliditatem:euanescet enim deficiens prius ꝗ̃ ad profundũ veniat:neqȝ tamen ledet aliquid ea que in superficie sunt que attinget: qm̃ non passa sunt. Itaqȝ enim in idipsum vtraqȝ accidunt ad calidorũ simul ꝛ acriorum vsum medicaminum:ꝛ qui in superficie ꝯsistentia sunt:ꝛ que in profundo indigentia: hanc igitur ex positione partis accipiamus ostensionem. 165.

DEhinc vero intendamus si deest aliquid ad curationem. 166.

VIdetur autẽ deesse nõ pax:ipsorũ enim mẽbrorũ in quibus que patiuntur est superfluitas reumatis:quedã rara ꝛ laxa ꝛ mollia ẜm naturam sunt:quedam vero spissa ꝛ stricta ꝛ dura. 167.

PRiora igitur facile euacuantur: altera vero acrioribus indigent euacuatorijs et medicaminibus euacuantibus ea et eis que sunt leptomera. Si vero et secundum multam posita sunt profunditatem: amplius autem et magis indigent his. hec igitur rursus ostensio altera est et substantia patientis partis. 168.

ALia vero a plasmatione et positione. 169.

SUpponatur enim si ita accidat in epate predictam esse dispositionem in angustis finibus vasorum constrictis humoribus aut conglutinosis aut spissis aut multis: igitur pro[mptum] est vti cibis et potibus extenuantibus. Spissitudinem quidem primum glutinositatem tenuem efficere. Secundo vero non per inuisibiles vias et angustas solum vt in alijs partibus: sed per poros et per venas amplas euacuare. Amplissime vero sunt secundum epar vene: quemadmodum et plurime finiunt: he quidem in gilbis ad kilin: he vero in simis ad pilam. Itaque iam tibi facillimum in quibuscunque fuerint constrictiones euacuare propter eas trahenti quidem in ventrem per trahentia medicamina quicunque humorum constricti erant secundum eas que in simis sunt venarum. Ad vrinas vero conuertenti per kilin venam quecunque secundum eas que in ea sunt venas. 170.

ALtera vero consideratio in his que predicte sunt ostensionibus ab epate quasi a principio venarum. Quoniam vero non seipsum solum quemadmodum plurime animalis partes regere natum est: sed inmittit suam virtutem venis. periculum enim est si dissoluamus eius virtutem embrocis et cataplasmatibus calasticis: et ipsum principium debilitare circa operationem et imbecilles omnes venas efficere: vnde admisceri oportet stipticorum aliquid pharmacorum in curationibus eius. 171.

SEd quoniam est in profundo periculum est dissolui stiptici virtutem si non reducatur ab aliqua substantia leptomeri quale aromatum est: melius vero si ipsum stipticum pharmacum statim sit et aromaticum. Insitas enim duas habens qualitates et virtutes fortius operabitur. 172.

IGitur euacuetur quod quidem preter naturam in partem illatum est: vt habeat contemperantiam humorum secundum naturam. Considerandum igitur nobis in hoc ne aliquid a reumatis qualitate inmutatum sit secundum crasim. Si igitur magis erit flegmaticum infrigidatum est. Si vero est magis colericum calefactum est. Ut et hanc eius distemperantiam sanantes perfecte sanum relinquamus illud: sanabimus vero contrariam adducentes qualitatem: quemadmodum in distemperantiarum dictum est curationibus. 173.

INquantum vero vnumquodque factum est calidius in tantum infrigidantes itaque hic rursus necessarium est scire eam que secundum naturam eucrasiam eius. Quomodo enim sciemus quantum ab eo quod secundum naturam est frigidius: aut calidius: aut quando infrigidantes cessabimus: non cognoscentes modum eius que secundum naturam caliditatis? Ita vero et si frigidius factum est calefaciamus non cognoscentes modum eius que secundum naturam frigiditatis impossibile est nobis neque calefaciendi inuenire medicamen conuenienter neque calefacientes cessare. 174.

Quoniam

Q Uoniá vero & de his sufficiéter dictū est: trásire iam tēpus est ad ea que ƀm numerū nō ƀm naturam se habent. 175.

D Uplici vero existente eoꝝ differentia: quibuscunq; qdem deficit particula: operari hanc intentio est seruientes videlicet nature ƀm modū quem pauloante diximus. 176.

Q Uib⁹ vero superabūdat particula: intentio est hanc abscindere ipāq; aut p nouaculā: aut p ignē: aut p pharmacū causticū. 177.

H Ac igit rōne possibile est fere ... are: gignere vero oīa nō est possibile: vt in ea que de semine ostensum est oratione. 178.

Q Uedam vero & si ea nō possibile ē gignere: possibile ētū aliqd facere pro eis: vt in osse pfecte ablato alteram substantiā ƀm eūdez locū differentē ab osse & carne: est enim substantia que fit ƀm locū eius: vt quedā caro poroidis aut porus sarcoidis: & tpe procedēte in durius ttansmutat ƀm principiū vō sarcoidos magis existens. 179.

S Cōm vero quācūq; partem predictaq; nec eandē substātiā ƀm speciem: neq; similez operari possumus: tertia nobis intētio est inuenire aliq compositionē vt in decorationibus. 180.

E Pichenon vero manifestū est quoniam genus est totum hoc eoꝝ que ƀm quantum. Quantum enim eius circa hoc qđ ƀm naturā est appropinquat illi: hoc vero qđ in genere pter naturam separatuz est tantum. 181.

I N quo qdem prima intentio est ablatio. Si vero impossibilis est: ista transpositio est scđa intentio vt in infusionibus. 182.

Q Uecūq; vero nō in totis partib⁹: sed in partib⁹ partiū deficiūt & supabūdant ab eo qđ ƀm nām nutrimentū qdē & generatio in deficientibus: ablatio vero & purgatio in superabūdantib⁹. 183.

U Nde nec intentio in eis altera nec forma medicaminū altera ƀm genus. 184.

S Ed ad reliquū adhuc genus veniendū salubrium causaꝝ quidez qđ est correctiuū eoꝝ que ꝓpter positionem lapsa sunt corpoꝝ vt ex archimetra: & qn labunt intestina in oxeum. 185.

F It aūt hoc qdem in ꝯtrariū ex violēta tensione aut ex impulsiōe: hoc vero ex raritate aut ex ruptura ꝯtinentis. 186.

I Taq; curatio qdem huic ex ꝯtraria tensione & in cōtrariū impulsione: huic vō si fiat solidū ex eo continens. 187.

E X qbus vero facultatibus aliqs ea que sunt ƀm partē inueniat: p terapentice facultatis declaratū est negociū. 188.

D Einde vero dicendū est de eis quecūq; ƀm priorem orationē accipiebamus: vocant aūt ea preseruatiue. 189.

T Riplex vero est & hoꝝ ƀm genus differentia. Prima quidem perfecte sani hois. Scđa impfecte. Tertia vero egrotantis. Primum igit genus ex salubri negocio duplex existens vt prius dictū. Scđm vero ex preseruatiuo. Tertium vero ex terapentico. 190.

I N humoribus vero maxime hz ꝯsistētiam oē hoc genus. 191.

QVos neqꝫ glutinosos opꝫ eẽ neqꝫ spissos nec aquosos: neqꝫ mul-tos: neqꝫ calidos: amplius neqꝫ frigidos: neqꝫ mordaces: neqꝫ pu-tridos: neqꝫ venenosos. 192.

Augmentati vero mali humores cause ꝯsistũt egritudinum. 193.

AVgmentantur vero aliquando quidem ab eadem causa que eos genuit. primum est autem quando sunt non cõmutantes eos sibi qui ſm corpus sunt humores. 194.

INtentio vero in his curationibus duplex est: alteratio ꝛ euacua-tio. 195.

ALterant̃ igitur: aut digesti ab ipso corpore: aut a quibusdã phar-maticis virtutibꝰ in quibꝰ sunt ꝛ quedã virtutes q̃ virus venena-torum aialiũ curãt ad hoc delynria pharmaca recipientes. 196.

EVacuantur vero sufficienter a calidis pharmacijs ꝛ purgationi-bus ꝛ clysteribus sudoribusqꝫ ꝛ vomitibus. ¶ Hec igitur horum sunt cõmunes euacuationes. 197.

PRoprie vero ex loco in quo congregati fuerint accipiuntur quem-admodum in salubribus declaratũ est secũdum tertiuꝫ ꝛ quartũ: maxime nobis de laboribus tractantibus ꝛ quecunqꝫ adiacent alijs la-boriosis dispositionibus. 198.

EVacuant̃ enim promptius qui q̃dem in p̄mis venis per vẽtrẽ. Qui vero in his que ſm epar p̄ vrinas. Qui vero sunt ſm totam habitudinẽ p̄ sudorẽ. Quẽadmoduꝫ ꝛ qui ſm caput aut p̄ palatũ aut p̄ nares aut p̄ vtraqꝫ. Qui vero in thoracis latitudinibus purgãtur per guttur cum tussibus. Qui vero ſm renes ꝛ vesicã p̄ vrinas. 199.

ANtipaseos vero communis omnium partium ostensio ad ea que longissima sunt. 200.

Deriuatio vero ad proxima loca. 201.

OMnia igitur quecunqꝫ curant huiusmodi dispositiones salubres vocantur cause. 202.

Quemadmodum exacuentia egre. 203.

Neutre vero neqꝫ ledentia neqꝫ adiuuantia. 204.

POtest autẽ aliquis eas neqꝫ causas appellare omnino quales sũt multi sophistarũ negligentes quidem ipsaꝝ rerum inuenire diffe-rentiam: in nominibus vero plurimum temporis ꝯsumentes. 205.

DIctum est autem amplius in alijs negocijs aduersus eos. ¶ Pre-seruatiua quidem species artis talis est. 206.

REsumptiua vero ꝛ enutriens in ꝯualescẽtibus ex egritudinibus ꝛ senibus qualis vero est ꝛ eorum dispositio ꝛ a q̄bus causis maxi-me ad id quo ſm naturam est reuertuntur. 207.

PErfecte quidem in terapentice facultatis litteris demonstratuꝫ ẽ per capitula vero dicatur ꝛ nunc. 208.

SI igit̃ dispõ ẽ talis: bonꝰ q̄dẽ est sꝫ paucꝰ sanguis: ꝛ cuꝫ eo vitalis q̄ appellat̃ spũs ꝛ aialis. Ipse v̄o solide p̄tes ficciores. Et p̄pterea v̄tutes eaꝝ debiliores ꝛ ĩfirmiores. Et p̄p̄ has totũ corpꝰ frigidiꝰ. 209.

CAuse vero salubres eã que dicta est corrigentes dispositionez vno quidem capitulo vt apprehendatur quecunqz perfectam & velocem digestionem operant. Scdm partem vero imoderatis motionib⁹ & cibis & potibus & somnis sunt materie quidem motionum: sunt suspensiones & deambulationes & fricationes & lauacra. 210.

ET si multum meliores adhuc fiant: ad consueta opera paulatim attingat. 211.

CIborum vero in principio quem humidi & bene digestibiles & nõ frigidi: postea vero magis nutrientes. 212.

POtus vero aptus vinũ est: etate quidem mediũ: forma vero puruz lucidum: in colore vo aut albũ aut subrubeũ: odore vo suaue: in gustu vero nec aquosum oĩno nec aliqua vehemẽtez qualitatez ostẽdens: nec stipticam: nec amaram: nec dulcem. 213.

DIctum est autem vt modo dixi in terapentica facultate amplius super his. FINIS.

Galeni pergamẽi Ars pua interprete Laurentiano florẽtino viro litteratissimo. Subsequũtur cõplura alia Hypocratis & Galeni opera per eundem interpretata.

Laurentianus florentinus Frãcisco pandulphino Salutem.



CUm his diebus tecũ verba facerem de nostro Galeno dixisti te eius definitiones medicinales vertisse in latinuz sermonẽ: qđ sane nõ potui non magnopere cõmendare: ratus fore vtillimuz si vna cum aliĳs eius voluminibus que feci latina imprimerent. Est eniz liber nõduz romanis cognitus hominibus: qui tñ adeo est necessarius vt nemo sit qui medendi pitiam discere fere sine eius notitia possit: cũ sint definitiones oĩum scientiarum principia necessaria. Cura igit mi Francisce vt absolutus prodeat in vsum latinũ: vt hec etiã Galeni scripta bñficio ac labore tuo ab iniuria obliuionis asserantur. Interiz legas artẽ paruam: non enim hec longe absunt a studio sapientie vbi rerum definitiones multe existũt. Eam tuo nomini dicaui qui acri polles igenio: & in hac nostra ciuitate prima munera sis merito obiturus: nã & parentis tui Petri Philippi maxima in ipsam rẽ. p. beneficia nemo est qui nesciat. Uale. Idibus Februarĳ. M.ccccc.

Liber Primus incipit feliciter.

De triplici genere doctrinaꝝ. Nec vllū antea resoluēdi doctrinā ex coluisse. Et vt hoc libro sit diffiniendi rōnem facturus. Caput. 1.



Tres sunt oēs doctrine ordinem subsequētes. Prima ex finis cognitione per resolutionem efficitur. Secūda ex cōpositiōe eoꝝ que sunt ꝑ resolutionē inuēta. Tertia ex diffinitionis dissolutiōe de qua nūc tractamus. At licebit talem doctrinaꝫ appellemus nō solū diffinitiōis dissolutionē: sed etiā explanationē: quomodo aliqui nominauerūt. Aut resolutionē: aut diuisionē: aut quomodo aliq quidaꝫ explicationem: aut enarrationem quomodo alij. Nonnulli igitur Herophili sectatores talem doctrinam efficere sunt aggressi: velut Heraclides erithrensis. Componendi vero doctrinā sunt ipsi Herophili sectatores efficere aggressi: ꝛ aliqui qui ab Erasistrato fluxerunt: atqꝫ etiam Attales athenensis. Nemo tamen ex maioribus scripsit doctrinam ex cognitione finis incipientem ex qua artes omnes vtentes docendi via ꝛ ratione consistunt. Sed illam alibi docuimus. Hoc loco diffiniendi doctrinam sumus facturi. Quantum enim superatur a scientia resoluendi dignitate: docendiqꝫ via ꝛ ratione: tantum superat compendio artis ac memoria particularium preceptorum. Omnia eniꝫ precepta satis in memoria herent ex diffinitionis dissolutiōe: quia optima diffinitio: capita totius artis in seipsa complectitur: quaꝫ nonnulli nomināt essentialem ex aduerso diuisam accidentalibus appellatis. Ille enim ab accidentibus rerum quas diffiniunt. He ab ipsa essentia consistunt. Ceterum in multis alijs cōmentarijs omnem medendi contemplationem particulatim excoluimus: quibus vtaris ad hanc triplicēꝫ doctrinam licebit. Sed hac parte diffiniendi rationeꝫ prosequemur. Id preterea adijciētes nos hoc libro eē dicturos sola capita: ac veluti cōclusiones eorum: que latius explanata iam sunt.

Quid naꝫ sit medicina: ꝛ quo pacto corpa cause: ac signa sana egra: neutraqꝫ nominentur. Caput. 2.

Medicina est sanabilium scientia: egrotabilium: ꝛ neutroruꝫ. Nec interest si dixeris valitudinariorum. Igitur scientie nomen communiter: ꝛ non proprie intelligere opus est. Sanabile vero egrotabile ac neutrum vnumquodqꝫ trifariam dicitur. Tum corpus: ꝛ causa: tuꝫ etiam signum. Etenim corpus: suscipiens sanitatem: ꝛ causam efficientem: atqꝫ custodientem eam: ꝛ item signū indicās. Hec oia auctores medicine sana appellant. Simili ratione nominant egra: suscipiētia egritudinem corpora: atqꝫ etiam causas efficientes ꝛ custodientes egritudinem ꝛ indicantia signa. Nec secus neutra pari modo vocant: corpora: causas: signaqꝫ. At vero medicina primaria ratione sanarum cau-

sanarum scientia est: deinde egrarum: ac demū neutrarū. Tum autem corporum in primis sanorū: deinceps egrorū: postremo neutrorū. Itidez de signis dicendum. In actionibus aūt prior corporū. s. cognitio ex signis est. Postea vero causarū inuentio. Porro cum indicans suscipiensqz et efficiens: ac custodiēs vnūquodqz bifariam dicatur simpliciter ac nunc. Sciendum est de vtrisqz scientiam medicinalē tractare. Quin etiaz, cū id qd simpliciter est bifariā dicatur semper et plerūqz de ambobus scientia medicinalis cōmunit. Ceterū neutra causa: signū corpus: tum simpliciter: tum etiā nunc appellatū: vnūquodqz trifariam dicitur: aut qr neutri contrarij: aut qr vtriusqz: aut qr interdū huius: interdum illius particeps est. Atqz ex his ipsis sm duobus dicitur modis: aut qui vtriusqz contrarij equaliter. aut qr alterius magis cōpos est. Ceteruz de tota diffinitionis dictione ambiguitas quedā est: quā quidē soluere necesse est. Quod enim dicitur medicinalē scientiā esse sanabiliū: egrotabiliū: ac neutrorū: significat eā ipsam sciētiā medicinalē de oībus particularibus docere: atqz etiā de quibusdā: et item de qualibus. Sed ipsam de omnibus particularibus agere: indefinitū et impossibile est. De quibusdam autem imperfectum nec artificiale. De qualibus vero artificiale pariter est atqz abunde: cunctis artis particularibus satisfacit: qd in diffinitione medicine dicimus cōtineri. In primis igitur ordinemur a corporibus ostendētes quenā sanabilia: egrotabilia: ac neutra existant: mox de signis et causis percurremus orationem.

¶ De corpore sanabili. Quid nā corpus sanabile sit. Caput. 3.

Sanabile simpliciter corpus est qd ab ortu nature modice temperatū est in simplicibus primisqz partibus: moderatū vero in mēbris que ex his cōposita sunt instrumētalibus. Sanabile vero nūc corpus est quod in presens beneualet. Porro hoc corpus quo tēpore beneualet modice tēperatū moderatūqz est non optimo temperamento ac moderatione: sed proprio et suo. At vero ipsius sanabilis simpliciter corporis semper tale est: qz maxime temperatū moderatūqz: plerūqz vero tale ab optima quidem preparatione non multum absistit.

¶ De corpore egrotabili. Quid nā corpus egrotabile sit. Caput. 4.

Egrotabile corpus simpliciter est quod ab ortu nature aut imodice temperatū in similaribus: aut imoderatū in instrumētalibus: aut vtroqz mō affectū. Egrotabile nūc corpus est egrotans: eo tempore quo dr tale esse. At constat: vt hoc quoqz eo tempore quo dicitur esse egrotabile sit imodice temperatū in similaribus: aut imoderatū in instrumentalibus: aut vtroqz modo affectuz. Quinetiam egrotabile semper corpus est quodcūqz existit ab ortu nature: aut imodice temperatū in simplicibus primisqz partibus omnibus: aut quibusdaz: aut principalissimis: aut etiā instrumentalibus similiter imoderatū: aut omnibus: aut quibusdam: aut principalissimis. Corpus autē plerūqz egrotabile est: quod ab hoc vitio absistit quidem nondum tamen est in medio collocatum.

¶ Quot modis neutrum corpus appelletur. Caput. 5.

Cum neutrum corpus trifariam dicatur: aut q2 neutre affectiõis extreme sit particeps: aut q2 vtriusq3: aut q2 interdũ huius interdum illius compos sit. Neutruz corpus ex prima significatione erit qđ diligenter medium existit: sanabilissimi corporis egrotabilissimiq3: & item ex eo ipso simpliciter tale quodcũq3 ab ortu nature ita fuerit preparatũ: nunc vero tale quodcũq3 presenti tempore mediũ diligẽter existit sanabilissimi corporis egrotabilissimiq3. Porro simpliciter neutrũ semper est tale: si cunctis etatibꝰ tale permaneat: plerũq3 vero si quasdam suscipiat mutationes. Ceterũ ex secũda significatione corpus neutrum erit: si ꝯtrariaꝝ dispositionuz simul sit particeps: ab ortu nature: aut in vno membro: aut etiam duobus differentibus: in vno quidem si per alteram oppositionem efficientium qualitatũ modice fuerit temperatũ: aut per ambas quidẽ s3 orta figmentũ: vel magnitudinẽ: vel numerũ partium: vel positionez fuerit affectũ: aut econtrario in his qdẽ imperpessuz oĩbus vel qbusdam: sed tẽperamento perpessuz. In membris autez differentibus fieri potest: vt aliquid simul per omnes oppositiones contrarioꝝ particeps sit: at semper tale erit: si per omnes etates maneat. Plerũq3 autez si aliquatenus permutet. Nec secus neutrũ nunc corpus erit ex secunda significatione: si aut circa vnum membruz partim sanabile sit: partiz egrotabile: aut circa differentia mẽbra. Neutruz autẽ corpus ex tertia significatione erit: quod interdũ sanabile: interdũ egrotabile inuicez reddit: queadmodũ nõnulli extiterunt pueri qdẽ sanabiles: puectiores vero etate egrotabiles: aut ꝯtra. At vno tempore ita neutrũ cõsistere nõ conuenit. Porro cõstat: vt illud nũc bifariã dicatur. Igitur corpus sanabile: egrotabile: neutruz: quot modis dicatur & quodnam vnumquodq3 sit abunde definitum iam est. Restat vt de signis agamus.

¶ Liber Secundus incipit feliciter.

¶ De signis quibus affectiones corporum cognoscũtur & quo pacto talia signa trifariam diuidantur. Caput. 1.



Indicantia igitur sanitatem signa sunt: si presentem sanitatem ostendunt. Pronostica si futuram. Commemorantia: si preteritam in animum reuocant. Nec secus egra signa si presentem egritudinem demonstrant: indicantia existunt. Si futuram pronostica. Commemorãtia vero si preteritam in mentem reponunt. Pari modo signa neutra: indicantia: ac pronostica: item commemorantia habentur: aut vbi nullam penitus indicent affectionem: aut nihilominus

gis sanam quam egram dispositionem: aut aliquatenus sanam: aliquatenus egram dispositionem: aut vbi interdum sanam: interdum egram. Nam et hec quoque pro trium temporum diuersitate similiter indicantia: pronostica: ac commemorantia censentur. Atque vocantur interdum hec omnia signa ab antiquis medicis pronostica: quamuis presentem aut preteritam significent dispositionem: ac maior vtilitas est indicantium: et pronosticorum: minor commemorantium. Cum igitur corpora sint sanabilia simpliciter et nunc: que etiam beneualentia nominantur. simpliciter sanabilium corporum duplicem haberi differentiam docuimus: eo quod hec semper talia: illa plerunque existant: semper quidem quotiens optimam habeant preparationem: plerunque vero quotiens ab ea ipsa optima preparatione non longe absistant.

¶ Quibus indicijs optima corporis preparatio cognoscatur. Caput. 2.

Ac cognosci talia oportet ab his que insunt secundum substantie rationem: et actionibus necessario subsequentibus: et casibus: que proprie accidentia nominamus. Ab ipsa quidem substantia optime preparationis corpora dignoscuntur: quotiens partes similares: calore: frigore: siccitate: humiditate modice constent. Instrumentales vero mediocriter accomodentur quantitate: ac numero earum: quibus componuntur: atque etiam figmento singularium partium: totiusque instrumenti. Porro ab his que necessario subsequuntur. tactu quidem: duriciei ac mollicici mediocritas. Uisu vero si nec omnino leuis nec admodum hirtus apparet. Si coloratus existit. Si actiones perfectas habet. Si instrumentales partes se habent mediocriter. Si decore instrumentorum totius corporis conspicue sunt: et actionum virtute pollent. Atque hec optime preparationis corporis indicia sunt.

¶ Quibus indicijs cognoscatur corpora: que ab optima preparatione absistunt. Caput. 3.

Ceterum que ab ea absunt corpora sed insuper sana sunt: partim similarium temperamento impedita sunt exiguo quodam impedimento: partim instrumentalium lesione affecta sunt: exiguo quoque impedimento: aut omnium aut quarundam partium. Impedimentorum vero genera eadem habentur his: que virtutem eorum absoluunt Temperamentum in partibus similaribus. Numerus autem figmentum: magnitudo: ac positio in instrumentalibus. Utrisque autem communis vnio est: quam sane continuitatem earum nominamus. Porro in his ipsis generibus egrotabilium corporum vitium habetur ex vtraque egrotabilis corporis significatione. Terminus autem interstiguens est: sensibilis actionum lesio. Que vero ab optima preparatione absunt paulum corpora: ipsa etiam re vera lesa sunt: attamen id sensibile nequaquam est. Igitur definit ideo quod magis minusque ex actionibus morbosis causis obsistant. Simpliciter vero egrotabilia corpora definita sunt: propterea quod facile de causis morbosis vincantur: et quia multum ex operationibus

virtute absistant. Igitur in medio vtrorumq3 neutra diligenter corpora collocantur: necnō ꝛ que latius neutra dicuntur: secabiturq3 totius sanitatis latitudo in partes tris latitudinem insignem habētes. E quibus prima sanabilium corpoꝝ erit. Secūda neutroꝝ. Tertia egrotabilium. Quibus deinceps habētur corpora iam egrota lesione operationū sensibili interstincta. Igitur dolorifica corpora: queq3 motiones obtinent impeditas: aut penitus abolitas: perspicuos terminos habēt. Que vero infirmas gerunt actiones si maxime abscedūt facile indicantur: sin parum ambigua remanēt: ꝛ ob eam rem hoc lesionis genere neutre cōtrarie, operationis particeps affectio ꝯsistit: quā diximus neutram cognominari. At cuncta hec sensu interstingui debent nō ipsa reꝝ natura: alioquin ꝯprobes oportebit medendi facultatem nunq̄ non affecta corpora cōsiderare. Ceterum indicia beneualentium corporuz: sed aut egrotabiliū: sanabiliūq3 distantie quātitate inuicem discrepabunt: vbi cōstituerimus extremos terminos sibi inuicem ꝯtrarios: tuz optimam preparationē: ac nuper ꝯfectā egritudinē: cōsiderantes huic ne an illi fuerint ꝓpinquiora. Si eniz fuerit ꝓpinquius optime preparationi sanabile est. Sin longius: sed iam egroto corpori ꝓpinquius: egrotabile est. Si vero in medio amboꝝ fuerit equaliter ab vtrisq3 recedens: neutrum id erit. Itaq3 optime preparationis indicia dicta iam sunt. Eoꝝ vero que absunt ab ea ipsa ꝑparatiōe: genera numero paria sunt: maioris minorisq3 rōne inuicem distincta. Poro cū hec diuisa sint trifariā: simpliciter egrotabilis corporis indicia exponem⁹. Ex illis enim due reliqᵫ latitudines perspicue erunt. Generatim igitur antea dictū est: dum de optima ageremus preparatiōe. Speciatim hoc loco dicemus: si prius partes corporum diuiserimus.

¶ Quoniaz partiū differentie sint. Caput. 4.

OMnes earum differentie quattuor sunt. Quedam enim precipue partes existūt. Alie ab illis nascūtur. Nōnulle vō nec alias gubernant: neq3 ab aliis gubernantur: insitas habētes quibus gubernant se vires. Alie vero insitas habent pariter ꝛ influxas. Precipue ergo sunt cerebrū: cor: iecur: testes. Ab illis vero nascuntur: illisq3 subseruiūt nerui: ac dorsalis medulla cerebro: cordi aūt arterie: vene iecori: seminaria vasa testibus. Poro seipsas gubernant cartilago: ossa: copula: mēbrana: adenes: pinguedo: caro simplex. At alie omnes partes cōmunē habentes gubernationem: arteriis: venis: ac neruis egent. Pilorū vero ꝛ vnguium nulla gubernatio. Sed generatio sola censet. He igitur partium differentie sunt. Indicia autez vniuscuiusq3 temperamenti deinceps dicentur sumentes initium a cerebro.

¶ Quoniaz ꝓpria indicioꝝ genera habeātur. Caput. 5.

PRopria signoꝝ genera quinq3 existunt. Primuz totius capitis dispositio est. Scōm sensibiliuz operationum virtus ꝛ vitiū. Tertiū vero administrantiū. Quartū principaliuz. Quintū naturaliū. Demū aliud genus ab his omnibus est alteratio: quam extrinsecus inciden-

tia conuehunt.

Ex qbus signis vniuersa capitis dispositio ducat. Ca.6.

Vniuersi capitis dispositio ex magnitudine: figura: capillisq3 ducitur. Igitur paruū caput praue cerebri preparationis peculiare indiciū est. Magnū vero nō necessario bone preparationis indiciū est. Sed si pre robore extitit: facultatis ibi existentis materiā ꝓbā multāq3 preparantis indicium bonum est. Si vero propter solam materie multitudinem bonum est. Id aūt diffiniri deb3 tū figuratim etia3 annexis mēbris. Figura quide3 si idonea sit: hoc.n. bonum signū semper habet. Membris vero annexis: quotiēs ceruix valida sit: ac reliqua ossa optime sint disposita: atq3 etia3 pars omnis neruosa vegeta firmaq3 sit. Capitis porro figura propria habet velut si cogites spheram diligēter cerea3 vtrūq3 leniter astrictam. Ita namq3 fiet: vt priora sphere posterioraq3 ꝓmineant. Latera vero rectiora reddant. At quotiēs occipitium minuat: consideres oportebit neruos: ac collum vna cu3 ceteris ossib9. Si eni3 habeant per naturā: inopia materie: haud quaꝗ facultatis infirmitas: si vitiosa debilis facultas existit. Sed magna ex parte occipitio incertiori predictoꝝ īfirmitas comitatur: raroq3 aliter accidit. Nec secus prominens occipitiū ꝯsiderabis pariter cum alijs oibus finitionibus. Si enim cerebelli figura idonea sit: indicium bonū est. Quidam medici nominant cerebrū postremu3. Ut igitur postremū est: futura ad speciem lab de.a. littere definitū: ita dorsalis medulle initium est p qua3 ⁊ neruos in vniuerso animali mouentes orditur. Pars autem ipsa posterior ex se penitus paucis participat sentiētibus: multis mouentib9: quemadmodum prior altera sentientibus multis: mouentibus paucis. Quocirca si probe affecte sint: firmas vtraq3 suas appēdices habebūt: atq3 he ipse in parte capitis priore finitiōes existunt: vt circa frontē. vbi parua fuerit: aut magna. Itidem in sensibus: verbi gratia: visu: gustu: odoratu. Hec enim sibi inuicem indicia sunt: ac sibi inuicem astipulantur: tum que ab aliquo membro principali oriuntur: virtuti: vitioq3 pricipalis: tum etiam principale his que ab se oriuntur.

De virtute ac vitio principaliū operationum. Ca.7.

Principaliu3 operationū virtus ac vitiū membri principalis vni9 per se indicium est. Intelligo autē principales operationes: q̄ ab aliquo membro principali tantūmodo efficiuntur. Siquis igit solers est: cerebri materia tenuiori indicat. Si tardus: crassior. Si docilis est: substantia cerebri mollior est. Si memoria pollet: stabilis est. Nec secus si indocilis fuerit: cerebrū durius est. Si obliuiosus: fluens. Ceteꝝ quotiens opiniones facile mutet caloris: quotiēs retineat frigoris indiciū existit. At duo signoꝝ genera videor dimisisse: que statim ab initio docere ꝓmisi. Unū ex actionib9 naturalibus ductū: alteꝝ ab his que extrinsecus incidunt. Sed de vtrisq3 promiscue sermo erit.

Que nam cerebri bene temperati indicia sint: Ca.8.

Si cerebrum bene tēperatū existit in quatuor qualitatibus: omnia

predicta mediocriter obtinebit ⁊ omnia excrementa q̄cunq3 ex palato: aut auribus excernuntur mediocriter obtinebit: ac minime ledetur ab omnib⁹ que extrinsecus incidunt: quecūq3 calefaciunt refrigerāt exiccant: humefaciunt. In talibus capilli q̄dem si infantes sint: subruffi: si pueri subflaui existūt: medij quodāmodo inter crispos simplicesq3: nō tamen facile caluescūt. Sed intelligere oportet dicta ac dicēda indicia in regionib⁹ moderatis. Que vero de capillis dicta sunt non in terris solū moderatis: sed quotiens humoꝝ temperamentū cerebri temperamento proportione respondeat. Quod si calidius fuerit moderato: in altera aūt oppositione bene temperatum. Si admodum fuerit calidi⁹: indicia dicenda cūcta validiora reddunt. Si vero excessus paruus existat: debiliora. Atq3 hic sermo promiscue sit ꝑditus in cūctis partibus: quarum temperamenta sumus indicaturi.

¶ Quenam cerebri calidioris indicia sint. Ca. 9.

Restat vt ab his que dicta sunt cerebri calidioris indicia noiem⁹. Caput igitur vniuersum rubet caletq3. In oculis vene sensibiles existunt. Capilli vero in talibus celeriter oriuntur. Quod si multo calidiores fuerint q̄ꝫ qui modice constant nigrescunt ac validi ⁊ crispi redduntur. Si vero non multo calidiores existant: in primis q̄dē subflaui sunt: deinde nigrescunt: ac procedente etate caluescunt: maximeq3 qui admodum calidi sunt. Excremēta aūt p palatū oculos ⁊ aures exigua ꝯcoctaq3 excernūt quotiens ad itegrū bn̄ valēt. Ubi v̾o caput iplet. Sepe. n. eis potissimū si negligēter viuāt id accidit: multa q̄dē sz nō cruda excrementa reddunt. Caput aūt implet grauaturq3 ex calido cibo: potu: odore: ⁊ oibus que extrinsecus incidunt: in quibus est circūueniens aer. Presertim si talia nō soluz calida ex natura: sed etiā humida sunt: ⁊ vt somnus p hmōi tēperamēta breuis ita nequaq̄ꝫ ꝑfundus sufficiet.

¶ Quenam frigidioris cerebri indicia sint. Cap. 10.

Frigidioris q̄ꝫ conuenit cerebri indicia sunt: excrementa multa ex proprijs emissaculis: capilliq3 recti: ruffi: prolapsi: ⁊ qui tarde erūpant tenues: exiles: facileq3 ex frigidis causis offenduntur: ac tātisper dum offenduntur: defluctione ⁊ grauedine afficiuntur: nec tāgenti caput calidum apparet: neq3 cernēti rubrū: ac venule oculoꝝ visum effugiunt: ⁊ somnolentiores quodāmodo sunt.

¶ Quenam siccioris cerebri indicia sint. Ca. 11.

Siccioris indicia cerebri sunt: si emissacula vacant excrementis. Si sensus diligentiores existunt. Si insomnes existunt. Si capillos validissimos habent ac ocissime erumpētes: magisq3 crispos q̄ꝫ rectos. Si cito calui efficiuntur.

¶ Quenā cerebri humidioris indicia sint. Ca. 12.

Humidioris autē capilli simplices sunt: ac nullo modo calui efficiunt. Porro sensus marcidi sunt: atq3 excrementoꝝ affluit multitudo. Sōn⁹ mult⁹ ꝑfundusq3 ē: atq3 he simplices cerebri intēpies sunt.

¶ Quenā calidi sicciq3 tēperamēti in cerebro indicia sint. Ca. 13.

COmposite vero: prima quidem calida ficcaqȝ est in qua sensus diligentes existunt: atqȝ excrementis vacant: maximeqȝ insomnes agunt: ac cito calui efficiuntur. At qui prima capilloꝝ generatio celerrima atqȝ abūdantissima est: capillos nigros crispoſqȝ habēt: caputqȝ calidum: atqȝ rubens ad vigoris vſqȝ etatem.

¶ Quenā calidi: humidiqȝ tēperamēti in cerebro idicia sint. Ca. 14.

QUod si humiditas cum calore adfuerit nec admodū vtraqȝ qualitas excedat modum: colorationes: calidioresqȝ sunt: ac vene in oculis grandiores: atqȝ excrementa plura: mediocriterqȝ cōcocta: ⁊ capilli recti subflauiqȝ: nec facile calui efficiuntur. Caput preterea repletur ac grauatur ex causis calefaciētibus. Quod si humefiat multomagis id accidet: ⁊ vbi multitudine abundet excrementorum. At qui quotiens plurimum calidi ⁊ humidi fuerint: his caput morbosum est: atqȝ excrementosum. facileqȝ ab humidis ⁊ calidis causis leditur. Auster illis nūq̄ non inimicus existit: sed optime degunt flante aquilone. Nō tamen vigilare diutius queunt: sed conuersi in somnuȝ pariter somnolenti vigileſqȝ existunt ac insomnia vident. Visus marcidus est: ac sensus indiligētes. At si cerebrum multo calidius moderato fuerit: sȝ paulo hūmidius: exuperabunt calidi temperamenti indicia: permiscentur illis signa humiditatis incertiora: quemadmodum si multo humidius fuerit: paulo vero calidius: humiditatis signa validiora erunt: caliditatis debiliora. Atqȝ hic sermo per vnāquāqȝ intēperiē ꝯpositā cōis ē.

¶ Quenā frigidi: ficciqȝ temperamēti indicia sint. Ca. 15.

FRigidum simul ac ficcum temperamentū: caput efficit frigidum: decolorqȝ quantum in seipso est. Semper enim meminisse dicte definitionis oportet: vt capitis partes quantum est ex humorum natura afficiātur. Porro tale temperamentū venis in oculis vacat: ⁊ ex causis frigidis facile offenditur: quapropter inequaliter sani degūt: interduȝ capite leuissimi: ⁊ emissaculis purgatissimi: interdum grauedine ac defluctione ex leui causa prompte afficiuntur. Sensus autē in eis in iuuētute diligentes ⁊ integri ex toto sunt: processu vero cito emarcent: ⁊ vt semel dicatur: caput vniuersum cito senescit: quocirca cito canitiē sentiunt. Capilli vix ab ortu erumpunt exiles: ruffi. Procedente aūt tempore si frigiditas plus superat caliditateȝ q̄ ficcitas humiditatē: haud quaq̄ calui efficiuntur. Ecōtrario vero si ficcitas plurimū superet humiditatē: frigiditas aūt caliditatē parū: tales calui efficiunt.

¶ Quenam humidi: frigidiqȝ temperamēti indicia sint. Ca. 16.

HUmidum preterea ac frigidum temperamentum obstupiduȝ cōmittit somnuȝ: redditqȝ homines somniculoſos ac sensus vitiosos: ⁊ excrementis redundantes. atqȝ etiam caput efficit frigiditati repletioniqȝ paratum: ⁊ defluctioni grauediniqȝ: nontā calui efficiunt: atqȝ hec tēperamenti in cerebro signa sunt. Ex his aūt dictis signis ad vnūquodqȝ opificiū sensus cognoscendū te ꝯferas licebit.

¶ De signis quibus oculi cognoscuntur. Ca. 17.

De oculis disseruisse sat erit. Si igitur oculi calidi pespicue sint: ac facile moueantur: & sepe: venasqꝫ latiusculas habeant: calidi omnes sunt. Frigidi vero qui contra habent. Quicūqꝫ vero molles pariter sint atqꝫ humiditatis pleni: humidi sunt. Quicūqꝫ autem squalidi pariter sunt ac duri: sicci sunt: ac leduntur his que tẽperamẽto similia habentur: iuuant ꝯtrarijs moderato vsu. Sed hoc ꝓmiscue de cuiuslibet temperamẽti cognitiõe ꝓditū esse intelligi oportebit.

¶ De magnitudine oculorum. Caput. 18.

Magnitudo oculorum si idonea sit: & oculus suo munere & officio probe fungatur: multitudinē substantie de qua sint cõfecti bene temperatam ostendit. Si vero sine his sit: substantie copiam quidē: sꝫ male temperatam ostendit.

¶ De paruitate oculorum. Caput. 19.

Paruitas oculoꝝ si idonea sit: & oculus suo munere & officio probe fungatur: exiguam quidem substantiā sed minime vitiosam designat. Si vero non: & paruam & vitiosam substantiaꝫ designat. De colore vero ita agendum.

¶ De cesitate oculoꝝ: & quonāmodo oculi cesij efficiant. Ca. 20.

Cesius oculus mundo lucidus humore nec multo: splẽdidi copia humoris consistit. Niger econtrario. Medius vero propter medias causas. Cesius ergo oculus: aut ꝓpter magnitudinē: aut splendorem christalloidis ita a glacie noīati: aut ꝓpensam positionem: aut ꝑ tenuis & aquosi in pupilla humoris paruitatem munditiāqꝫ efficitur. Si igitur cuncta simul cõcurrant ꝙ maxime: cesius redditur. Si vero quedam adsint q̄dā desint: magisqꝫ & minus cesius euadit.

¶ De oculo nigro. Caput. 21.

Niger oculus: aut ꝓpter paruitatē christalloidis ita a glacie noīati: aut ꝓpter in ꝓfundo positionē: aut q: splendidus clarusqꝫ exquisite nõ est: aut q: tenuis humor: aut abundans: aut immundus est: aut propter horum aliqua: aut omnia fieri solet: atqꝫ ea in re: magisqꝫ & minus est: vt antea docuim⁹. Itaqꝫ tenuis humor si aquosior sit & abūdans: humectiorē oculū reddit: quēadmodum si crassior sit aut incertior: sicciorē. Christalloides aūt ita dictū ꝙ glaciei similis est. Si durior fuerit sicciorē oculum facit: sin mollior humidiorē. Nec secus si superet tenuis mediocritatē humoris siccior est: si superetur ecõtrario.

¶ De corde.

¶ De signis calidi in corde temperamẽti. Cap. 22.

De cordis temperamento deinceps agamus id prius in animum reuocantes: vt vnamquāqꝫ partem: aut calidiorē: aut frigidiorē: aut sicciorem: aut humidiorē esse comparantes: nõ ad aliquam aliam sed ad seipsam dicamus. Ita enim fit: vt cor frigidissimuꝫ natura multo calidius temperamento sit: ꝙ cerebrū calidissimuꝫ. Calidioris ergo comparatione proprie moderationis indicia sunt inseparabilia ac ꝓpria: si spiratio magna: ac pulsus velox spissusqꝫ ē: si audax homo atqꝫ

impiger est. Quod si caliditas plurimum augetur: iracundus: efferus: furibundusque est. Thorax preterea hirtus maximeque pectus est: atque etiam in alijs loca quecunque prope posita sunt: ac magna ex parte totum corpus calidum ex corde calido redditur: nisi iecur admodum contra egerit. Sed paulopost omnia corporis indicia dicentur. Quinetiam thoracis amplitudo caloris indicium censetur: nisi cerebrum admodum contra egerit. Cum dorsalis magnitudo medulle magna ex parte illi proportionetur. Vertebrarum aut magnitudo tanta quanta dorsalis medulla: proindeque tota spina est. Thorax enim annectitur dorso: veluti nauigium carine: quocirca necessario longitudinem habebit parem dorso: latitudinem autem proportionalem corpulentie vertebrarum: vbi pro natura illarum inexus sit. Sed vbi cordis calor exuperans inflet: amplificetque statim a prima origine thoracem: proportionalem calori illius latitudinem obtinebit: et ob eam rem: quotiens capite paruo thorax amplior habeatur: indicium caloris in corde est maximum. Quotiens vero magno capite paruus existat: id quoque est indicium frigiditatis in corde maxime peculiare. Sed si proportionale caput habeat: ceteris indicijs definiri corpsum oportebit: perinde quasi de thoracis quantitate: nullum sis indicium accepturus.

¶ De signis frigidi in corde temperamenti. Ca. 23.

In corde frigidiori pulsus minor quam moderatus est: non tamen tardior: necessario rariorve. Spiratio vero vbi tanto minor thorax existit: quanto cor frigidius pulsui proportione respondet. Ubi vero maior fuerit quam frigiditatis quantitas postulet: non solum minorem sed etiam tardiorem: rarioremque naturam ostendit. Tales timidi sunt: obliuiosi: et cogitabundi. In his pectus leue est ac pilis nudum. De paruitate preterea diffiniendum quemadmodum antea dictum est. Itidem et de totius corporis qualitate.

¶ De signis sicci in corde temperamenti. Ca. 24.

Siccius vero cor pulsum efficit duriorem: atque iracundiam non promptam quidem: sed efferam: ac cunctantem: et quod prope dixerim corpus omne siccius redditur: nisi iecur contra egerit.

¶ De signis humidi in corde temperamenti. Ca. 25.

Humidioris cordis indicia sunt si pulsus mollis est: si facile mouetur ad iram sed faciliter sedatur. Si corpus omne humidius est nisi iecur contra egerit. Temperamenta aut composita cordis in primis qualitatibus ita se habent.

¶ De signis cordis calidioris ac siccioris. Ca. 26.

Calidi ac sicci cordis pulsus durus: magnusque est: et velox et spissus ac spiratio magna velox spissa ac multomagis in velocitatem crescit et spissitudinem quotiens thorax cum corde non ex proportione augeatur. Hi ex omnibus pectus habent quam maxime pilosum: et ilia: ad actiones obeundas prompti animosique: et celeres sunt: ac moribus imitantur tyrannos iracundi efferi. De totius aut corporis temperamento: atque etiam thoracis amplitudine: quod proportione respondeat supradictis agendum est.

¶ De signis cordis calidioris & humidioris. Caput.27.

SI caliditas simul cũ humiditate exuperet: pilosi minus predictis sunt. Ad actiones autem obeundas nihilominus prompti: nõ tñ effera iracundia est: sed ad irã proni dũtaxat. Pulsus preterea mollis: magnus: velox: ac spissus est. Et spiratio quotiẽs thorax cordi ꝓportiõe respondeat: perinde vt pulsus existit. Quotiẽs vero minor sit: tanto velocior ac spissior predictis. quãto thorax minor habet. Ceterũ vbi multum a mediocritate temperamenti receditur maximeq; si accedat per humiditatẽ ad ea que sunt prodita: putride egritudines corruptis humoribus putrefactisq; incident: ac spiratio maior velociorq; & in pulsu distractio velox.

¶ De signis cordis frigidioris: & humidioris. Caput.28.

HUmidioris frigidiorisq; cordis pulsus mollis est. Hi preterea timidi: meticulosi pigriq; sunt: ac pectus nudum pilis: minimeq; irascuntur: vtpote qui etiam ad iracundiã prompti nõ sint. De thorace preterea ac toto corpore perinde ac de predictis agendum est.

¶ De signis cordis frigidioris ac siccioris. Caput.29.

COr frigidius & siccius pulsum duriorem efficit: ac paruum. Spirationem vero si paruitas thoracis ꝓportionetur frigiditati moderatam: si maior fuerit: raram ac tardam. Tales ex omnibus minime irascunt: sed vbi irasci cogãtur cõseruant iram. Tales preterea omniũ maxime pectus habent nudum pilis. De thoracis stero paruitate: atq; etiam totius corporis frigiditate similiter agendum est id vnum promiscue in cunctis preterea addentes vt quecũq; de moribus hoc loco aut alio libro disseruimus in cognitionẽ temperamẽti: haud quaq̃ de illis dicta sunt: quos sapientie studiũ bonos aut malos inuexit. Sed de his quos natura statim ab ortu vnicuiq; iniecit.

¶ De signis iecoris calidioris. Caput.30.

IEcoris calidioris signa sunt. amplitudo venaꝝ: flaua bilis multa: ac sub ipso vigoris tempore etiam nigra. Sanguis preterea calidior: proinde totum corpus habetur: nisi cor contra egerit. Venter & item ilia pilosa.

¶ De signis iecoris frigidioris. Caput.31.

FRigidioris vero signa sunt: angustia venaꝝ: multa pituita. Sanguis frigidior: atq; ẽt vniuersa corporis habitudo frigidior: nisi calefiat ab ipso corde. Nudꝰ autem pilis ilia & venter.

¶ De signis iecoris siccioris. Caput.32.

SIccioris vero signa sunt: vbi sanguis crassior ac parcior sit: itẽ vene duriores: & vniuersa corporis habitudo siccior.

¶ De signis iecoris humidioris. Caput.33.

HUmidioris signa sunt: vbi sanguis humidior & abundantior sit: ac vene humidiores: atq; etiam corpus vniuersum: nisi cor contra egerit.

¶ De signis iecoris calidioris ac siccioris. Caput.34.

CAlidioris simul atq3 sicciores iecoris indicia sunt: ilia q̄ maxime pilosa. Sanguis paucior simul ac siccior. Flaua bilis plurima: ac sub ipso vigoris tempore etiam nigra. Amplitudo venarū: ac duritles. Jtidem vniuersum corpus existit. Caliditas enim de corde procedens vincere potest de iecore procedentem frigiditatem: quēadmodum frigiditas caliditatem. Siccitas vero a corde humidiori in contrarium duci nequaq̄ potest. Media vero est de iecore procedens humiditas: magis enim a cordis vincit siccitate q̄ siccitas ab humiditate. Minus vo q̄ caliditas: itez minus q̄ frigiditas. Hec. n. ex q̄litatibus a iecore pcedētibus maxime vincit. Quocirca pspicuū est: vt si tēperamēta amboꝝ mēbroꝝ principaliū in idē cōcurrant: vniuersum corpus p illarū natura afficiat: ac paulopost illarū indicia exponemus.

¶ De signis iecoris calidioris ꝛ humidioris. Caput. 35.

CAlidioris simul ꝛ humidioris iecoris indicia sunt: q̄ calidi ꝛ sicci: ilia minus pilosa: sanguis vero plurimus: amplitudo venarū maxima: totius temperamētū calidū ꝛ humidū: nisi cor contra operet. Si vero plurimū his q̄litatibus auget ab eo: q̄ ſm nām mediocritate: putridis prompte corripiunt egritudinibus qn̄ malis humoribus repleti sunt: ꝛ adhuc magis si plurimū augetur humidum supra calidū. Si vero econtra: paulo. s. humidius: multo calidius moderato min⁹ replentur malis humoribus.

¶ De signis iecoris humidioris ac frigidioris. Caput. 36.

HUmidius rursus ac frigidius iecur ilia h3 nuda pilis ac sanguinem efficit pituitosiorē cū angustia venaꝝ: atq3 etiam vniuersū corpus similiter affectū: nisi in contrariū ab ipso corde ducat.

¶ De signis iecoris frigidioris ac siccioris. Caput. 37.

FRigidius vo ac siccius iecur sanguinē efficit parciorē: venulasq3 angustas: ac corp⁹ frigidius. Jtē ilia nuda nisi cor ip3 vincat.

De calido testium temperamento. Caput. 38.

CAlidū testiū tēperamentū veneris appetētissimū est: marē gignit ac fecūdū est. Pili in partib⁹ genitalibus cito nascunt: ꝛ attingūt mēbra que circiter sunt. Frigidū aūt ecōtrario h3. Humidū vo seminis efficit multū. Siccū vero parū seminis: ac modice crassū.

¶ De calido ac sicco temperamento. Caput. 39.

CAlidū ꝛ siccū tēperamentū crassum obtinet semen ꝛ q̄ maxime fecūdū: atq3 ocissime excitat statim ab initio animal ad ꝯcubitū. Porro tales in ptibus genitalib⁹ celerrime pilos habētes: ꝛ in cunctis mēbris que circa sunt supra vsq3 ad vmbilici sedē infra vsq3 ad media femora. Hoc nāq3 tēperamētū ad rem veneream nimiū cōmouetur: sed ocissime implet: atq3 offenditur vbi inferas vim.

¶ Que nā signa sunt vbi caliditas cū hūiditate ꝯcurrūt. Ca. 40.

UBi caliditas cum humiditate concurrat: tales pilosi minus existunt: sed magis abundant semine: non tamen magis q̄ alij appetunt: minusq3 offendunt vbi sepius concumbant. Q̄d si ambo nimium

creuerint: tum calor: tum etiam humiditas non sine lesione a rebus venereis abstinent.

¶ De signis humidi ac frigidi testium temperamenti. Ca. 41.

Ubi testes frigidiores: humidioresq; temperamento sint: partes que circum sunt pilis vacant: ac tarde concumbere incipiunt: nec ad tale munus admodũ cõmouent. Aquosum preterea ac tenue semen est: atq; infecundũ: & feminam gignit.

¶ De signis sicci ac frigidi temperamenti. Ca. 42.

Frigidũ ac siccũ temperamentũ: simile quidem in reliquis pdictis est. Sed semẽ crassius ac penitus exiguum est.

¶ De totius corporis habitudine. Ca. 43.

Totius corporis habitudo vt antea diffinitum iam est: similis redditur cordi: necorisq;. Exuperat autem similitudo habentis quālibet primarũ qualitatum fortiorẽ quas sane actiuas cognominant. Totius vero corporis habitudo de illis potissimum dicitur partibus: quecunq; cernentibus prime subiacẽt. Tales vero musculi sunt cunctis ossibus obuoluti: composite quedã carnes ex simplici primaq; carne atq; etiam fibris: quibus he annexe sunt. Propria enim substantia musculorum hec vtraq; est. Uasa autem ad eos pertinentia velut aqueductus quidam sunt nequaq̃ absoluentes substantiam: sed seruientes ad salutem. Horum igitur indicia dicentur in regionibus moderatis. Immoderata enim regio permutãdo cutẽ p natura sua format ac nonnulla signa corrumpit. Pari modo siquis in regione moderata per estatẽ seipsum soli nudum exponat: indicia quecũq; ducunt ex colore: ac mollitie: & duritie variabunt. At si quemadmodũ regio moderata habetur: & ipse moderate viuat: neq; exustus i sole nudus vnoquoq; die plurimũ. Sed nec instar virginis vt quidam in vmbra nutritus: signa temperamenti diligentiora reddentur. De his igitur disputãtes indicia moderati in vniuerso animalis corpore consideremus.

¶ De signis corporis temperati. Ca. 44.

Color ex rubro candidoq; permixtus est. Capilli modice flaui ac magna ex parte crispi redduntur. Caro modica in qualitate & quantitate existit. Tale enim corpus medium omniũ excessuũ quodãmodo est: vt qui huius ipsius comparatione pingue & gracile nõiatur. Itidem cõparatione huius obesum: macilentum: durũ: molle: pilosum: nudũq; dicitur: nullũ ergo tale moderatũ est: sed quasi regula polycleti summã obtinuit mediocritatẽ: ita vt attrectãti: neq; molle appareat neq; durum: neq; calidum: neq; frigidum. Cernenti vero neq; pilosũ: neq; nudum: neq; pingue: neq; gracile: neq; aliqua alia immoderatione affectum.

¶ De signis corporis calidioris. Ca. 45.

Quecũq; vero carnem moderato calidiorẽ habent: non tñ sicciorem: aut humidiorẽ. De tali. n. presens sermo est. Apparet enim attrectanti tanto calidior q̃to etiã temperamẽto calidior est: tanto preterea

tereа

terea pilosior quam tertio calidior. Pinguedinis vero minus habebit. Colorem vero rubrum ac capillos nigros.

¶ De signis corporis frigidioris. Caput. 46.

Frigidioris temperamēti indicia sunt: si pilis vacat: si pingue corpus est: si frigidū attrectanti apparet: si color rubidus vna cuꝫ capillis est. Ubi vero multa frigiditas habeat: liuidus quodāmō est: ac pleriqꝫ medicoꝝ solent tales homines liuidos nominare.

¶ De signis corporis ficcioris. Caput. 47.

Siccius preterea temperamentū tanto gracilentius ac durius moderato est quāto siccius fuerit moderato: in reliqs subsimile est.

¶ De signis corporis humidioris. Caput. 48.

Humidius vero temperamētū in reliquis subsimile est: carnosius aūt ac mollius est. Ceterum cōposita primaꝝ qualitatū temperamenta: cōpositam quoqꝫ signoꝝ speciem habent.

¶ De signis corporis calidioris ꝛ ficcioris. Caput. 49.

Calidius ac siccius temperamētū pilosius: calidius: durius: atqꝫ extenuatū est ꝛ gracile: capillosqꝫ nigros habēt ꝛ corpus nigrum si calor admodum augetur.

¶ De signis corporis calidioris ꝛ humidioris. Caput. 50.

Calidius ac hūidius tēpamentū mollius ꝛ carnosius optimo temperamēto tāto ē quāto q̄litatibus augeꝫ. Ubi plurimū augeꝫ putridis ꝓpte corripiꝫ morbis: qn̄ malis repleꝫ humoribus. Ubi vero fuerit multo calidius paulo vero humidius moderato: tales carnosiores: nec paulo pilosiores existunt: nec secus attrectāti nō paulo calidiores habētur. Capilli vero nigri sunt: nec sine pinguedine caro est. Quod si paulo calidius fuerit multo autē hūidius in his caro mollis multaqꝫ est: ac color ex rubro candidoqꝫ permixtus: ac tangenti paulo calidiores apparent: ꝛ vt semel dicatur in temperamentis compositis semper exuperantis qualitatis indicia exuperabunt.

¶ De frigidiori ꝛ humidiori temperamento. Caput. 51.

Frigidius vero atqꝫ humidius temperamētū quotiēs ambo parū augenꝫ sine pilis est candidum molle crassum pingue. Quotiens vero amplius augeꝫ in alijs quidēꝫ q̄ ꝓportioneꝫ augmento qualitatum. Color autem simul cum capillis ruffus: queadmodū si plurimuꝫ augeantur liuidus est. Qđ si augmentū inequale fuerit qualitatuꝫ indicia auctioris qualitatis propria exuperabūt. Sed si simul frigus cuꝫ siccitate ex equo augeatur: natura durum ꝛ gracile corpus habent: ac nudum attrectanti frigidum. Pinguedo vero ipsis alioquin extenuatis carni dispersa est. Capilli vero ac color mensure frigiditatis ꝓportionāꝫ. Ceterum vbi calidū ꝛ siccum tēperamentū in ipso vigoris tēpore vertiꝫ ad habitū frigidiorē ac sicciorē. Corpus taliū: gracile: durum ac melancolicum: proindeqꝫ nigrū simul pilosumqꝫ est. Sed vbi altera qualitas multum exuperat altera parum a mediocritate euariet: exuperabunt quidem exuperantis: alterius vero signa reddenꝫ debiliora.

At vero preterea quecũq3 dicta sunt: aut dicenda cõmune tẽperamenti
indiciũ est: vbi membrũ facile refrigeret frigiditatis aut raritatis: vbi
difficile refrigeret caliditatis aut densitatis. Si vero ledatur ab exic/
cantibus: reddaturq3 siccum: squalidum: rigidum siccitatis: quẽdmo/
dum si grauetur ab humectantibus humiditatis: considerandũ prete
rea vnde omnes musculi simile an dissimile inuicem habuerint tẽpera
mentũ: scrutantes in omnibus subiectorũ ossium quantitatẽ. Nã inter/
dum pars gracilior videt que haud quaq̃ graciles: quantũ ex muscu/
lis est. Sed pp angustiam ossiũ talis apparet. Itidem crassior interdũ
vr non pp ossiũ amplitudinẽ: s3 pp carnis multitudinẽ que ⁊ crescẽs:
⁊ decrescens: ⁊ durior: ⁊ mollior effecta: partẽ modo sicciorẽ: mõ humi/
diorem facit. Si igit pauca duraq3 sit: partẽ efficit duriorẽ. Si mlta ac
mollis hũidiorẽ. Nec secus similiariũ corporũ interceptiõis plus humi
ditatis aut minus in seipsis cõtinẽtes: partẽ reddũt aut crassiorem: aut
graciliorẽ: aut humidiorẽ aut sicciorẽ. Humidiorẽ quidẽ quotiẽs humi
ditas tenuior: multaq3 fit. Sicciorem vero quotiẽs crassior: paucaq3 ha
beat. Ipsas.n. partes corporis solidiores: que vero solide pmeq3 sunt:
nullo pacto fieri põt vt efficias humidiores: sed satis erit si prohibeas
eas cito nequaq̃ exiccari. Sedes aũt interceptas repleas humore tali
vel tali licebit. Tale est pprium alimentũ partiũ similariũ ex adiectione
nõ p venas attractũ. Atq3 hic sermo cũctis partib9 similaribus cõis ẽ:
ac rursus dicet dũ de causis sanis aget: nũc ad reliqua veniamus.

¶ De signis ventriculi natura siccioris. Caput. 52.

VEntriculi signa natura siccioris sunt: si cito sitiat ac puus potus
sufficiat ac multo grauet ⁊ dolorẽ sentiat: q̃tenus superfluus flui
tat: esculẽtisq3 gaudeat siccioribus.

¶ De signis humidioris. Caput. 53.

HUmidioris vero signa sunt: si non sitiat: ac potũ ãpliorẽ innocue
ferat: esculẽtisq3 gaudeat humidioribus.

¶ De signis ventriculi calidioris natura. Caput. 54.

CAlidior pterea vẽtriculus cõcoquit melius q̃ appetat: ac multo/
magis quecũq3 dura sunt: ⁊ alterari difficilius queũt. Que enim
facile alterant in eo corrũpunt. Porro gaudens calidis esculẽtis ⁊ po/
culentis minime ledit a frigidis ex vsu moderato.

¶ De signis vẽtriculi natura frigidioris. Caput. 55.

FRigidior natura ventriculus bene appetit quidem sed non bene
concoquit: potissimum quecunq3 esculenta frigida sunt: atq3 al/
terari difficulter queunt: vt que celeriter in eo acescant: ⁊ ob eam rẽ ta/
lis ventriculus ructat acidum: ac gaudet frigidis: qbus nisi seruet mo
dũ facile ledit. Nec secus ea que extrinsec9 icidãt diutius adhibita ne/
quaquã tolerat: quẽadmodũ neq3 calidus vẽtriculus tolerat calidio/
ra. Intẽperies.n. pp egritudinẽ in vẽtriculo hoc dissident ab his q̃ na/
tiue existũt: q2 cõtraria appetũt nõ similia: quẽadmodũ natiue. Intem
peries aũt ꝯposite ex simpliciũ cõpositiõe cognoscent. At vero diligẽ/

ter considerare oportet que sunt dicta intersinguentes ab his que di-
cenda sunt. Non solum enim ventriculus facit vt sitias aut non sitias
aut vt appetas frigida aut calida: sed etiam viscera in thorace condita
cor ac pulmo aliqd tale efficiunt. Sed qui pre caliditate taliū partium
sitiunt: aerem inspirant pleniorem longūq3 efflant: atq3 in thorace sen
tiunt estum: nō circa ilia: quēadmodū qui p̄ caliditate ventriculi sitiūt.
Quinetiam bibentes non statim quiescūt: ac frigidus potus sitim eoꝝ
potius sistit q̄ꝫ multus calidus. Frigidus preterea aer inspiratus refri
gerat eos: nequaq̄ꝫ leuās eos qbus vētriculi calor sitim affert. Item qui
ecōtrario habent ab inspiratiōe frigida insigniter afficiunt: idq3 frigi-
ditatis in pulmone signū est maximū: ⁊ quēadmodū inspirando frigi
dum perspicuam sentiūt frigiditatē ac lesionem: ita calor illis amicus
est. Excremēta preterea expuūt pituitosa ac cum tussi excreant. At qui
pulmonis siccitas excremētis vacat ac pituitā nequaq̄ꝫ h3 vocē claram
quēadmodum humiditas obscuram raucāq3 vocē emittit atq3 excre-
menta incurrunt: vbi clarius loqui libeat: nō tamen vocis magnitudo
calore efficitur quēadmodum nec paruitas frigore consistit. Sed hoc
amplitudinē aspere arterie efflationēq3 vehemētiorem: paruitas vero
cōtraria comitat. Quocirca vocis magnitudo paruitasq3 nec semper
nec primaria rōne: sed ex accidenti solūq3 natiuū temperamentū non
aduenticiū sequit. Opificia enim temperamēto tali extiterūt. Iccirco
talis vox comitat ex voce: preterea natiuū temperamentū colligas lice
bit. Etenim vox leuis arterie sequit leuitatem: quemadmodum aspera
asperitatē. Arterie igitur leuitas temperamēti sequit mediocritatem:
asperitas siccitatē. Asperitas enim corporis inequalitate efficitur sic-
cioris. Arteriā3 aūt duram similiariū ipsius partiū siccitas. Inequalem
vero dispersi humoris inopia facit. Simili modo neq3 acuta vox per
naturam sine angustia faucium: neq3 grauis sine amplitudine fieri pōt.
Angustia igitur natiue frigiditatis alumna ē: amplitudo caliditatis.
Ceterum discrimina vocū per affectiōes efficiunt: qd̄ ꝓportiōe rūdeāt
naturalibus. Nam ⁊ illa efficiētiū carū indicia sunt de qbus in libro de
voce abunde perpēsum iam est. At alie corporis ptes aīalis interiores
obscura temperamenti indicia habent. Sed enitendum tū eas cogno-
scere ex his q̄ iuuant ac nocēt: atq3 ēt nāliū virtū actiōibus. Dcm̄ ē ter-
tio libro de causis accūtiū: vt p̄gressum tēperamentū virtus ac vitium
vniuscuiusq3 facultatis existat. At de tēpamētoꝝ signis dcm̄ iam ē.

¶ De partibus cognitu facilioribus ac difficilioribus ⁊ de eis que nul
lo pacto cognosci possint: Caput. 56.

Partes que magnitudine: aut figmento: aut numero: aut positiōe
sunt impedite: q̄cunq3 subiacent sensib⁹ cognosci facile possunt.
Quecunq3 vero nō subiacent sensib⁹: aut difficulter cognosci: aut nul
lo pacto possunt. Capitis igit magnitudo ac figura simul cum cerebro
ꝑspicua ē vt antea docuim⁹: atq3 ēt figura: magnitudoq3 thoracis. Sit
mōscapule: humeri: brachia: cubitus: summe man⁹: coxe: femora: tibie

pedes vtrū sint figmēto: nūero: magnitudine an pōne simpliciū ipedi-ra: cognitu nequaq̄ difficile est. Item lesiones operationū: in vnoquoq; pspicue sunt. At partes corporis interioris cognosci nō oēs possunt. Vidi eniz vētriculū cuiusdaz ita paruū rotundū ac ppensuz in ilia: vt ppria circūscriptio pspicue apperet spectāti ꝛ attrectāti. Nec secus vidi vesicā ita positā: vt si quādo vrine secretio cūctaret: moles circūscripta pspicue apperet. Nulla alia pars interior pspicuā aliquādo mihi pbuit cognitionē: sz eniti virtutē cognoscere put fieri pōt ac vitiū eaꝝ: q̄q̄ nō firma sciētia sz artifici ɔiectura ɔueniet. Agamus de iecore gratia exēpli. Vidi nō paucos iam habere venas angustiores ac totum corpus decolor. Qui si paulo plus accepissent cibi potissimū inflātis crassi ꝛ glutinosi: quasi pondus positū ac pendēs circa dextrū iliuz in profundo sentiebat: aut tristē extensionē. in his igit par est: vt iecur paruū angustūq; meatibus habeat. Vidi pterea aliū pituituosum quidem tota habitudine vomere singulis diebus croceā bilē. Noui igit oportere scrutari excremēta ipsius: ac parū bilis habebant: existimaui igit meatum emittētē humorē felleū nō parū sui partē ad ostiolum vētriculi pilorū: nominant transmittere: quēadmodū in qbusdā accidit aialibus. Ex quibus perspicuum est vt in his que sensu cognosci non queunt: cognitio disectionis operatiōuz ꝛ vsus partiū admodū conducat. Sicut ergo libet vt est dictū cognoscere impedita corpora dissecandi: exerceat artem ꝛ operationes: vsusq; partiuz cognoscat. Sed de vtrisq; seorsuz dicato volumine docuimus: de quibus in fine libri dicetur: vt artis studiosi scire valeant ex quonam libro talia precepta colligere cōueniat. Sed de his satis.

¶ Quibus signis cognoscatur corpus egrotum. Caput. 57.

At quecūq; corpora nunc egrotabilia sunt. i. quecūq; egrotant cognosci opz si sensibus subiacent mutatiōe naturaliū affectionū veluti coloris: figure: numeri: positiōis: mollicie: duriciei: caliditatis: frigiditatis: ꝛ vt in totū dicat lesione opationū aut excretiōe humoruz aut dolore: aut tumore pter naturā: aut oibus his: aut qbusdam. Particulatiz vo cerebri affectōes morbose cognoscunt delirio sensuū: aut cogitatiōis: aut motuū lesiōe: aut excretione humoꝝ ex palato naso ocul' auribus: aut dolore q in ipso fatiget. Cordis vo egritudines cognoscūtur difficultate spirādi: subsultiōe cordis: pulsu arterie: iracūdia: placiditate: febrib⁹: frigore: coloꝝ diuersitate ac dolore q in ipso fatiget. Iecoris vo dispōnes cognoscunt humoꝝ inopia aut copia: ac mutatione ad habitū pter nām: pallore: itē distributiōe: cōcoctiōe: aut excremētoꝝ mutatōe: atq; ēt pōdere: loci tumore: dolore nō solū q ibi affligat sz qui rōne ɔsensus spiratōis afferat difficultatē: aut tussiz. Pari mō vētriculi egritudīes inotescūt ɔcoctōe appetitu humidi siccīq;: ꝛ excremētoꝝ secretōe euariātiū. Itidē singultu: ructu: nausea: vomitu: ac spē mãe reiecte p vomitū: dolore tumore ꝛ spirādi difficltate. Quinēt thoracis dispōnes cognoscunt spiratōis difficultate; tussi dolore loci; screatione.

Morbi vo aspe arterie cognoscunt: spiratiois difficultate: tussi: ac dolore loci: screatioe: vocis lesioe: atqz in reliqs oib⁹ qd pportioe rndeat: ex tumore: dolore: lesioe opationu: atqz et excretioe huoz idicia ducutur. Tu at pter naz iflamatioe: duritie: tumore dscribit. Dolor quouis loco fatiget: aut solone ptinuitatis aut alteratione significat subita. Continuitas vo soluit vbi mebru erosuz sit aut icisuz aut collisum aut extensuz. Substatia alterat caliditate: frigiditate: huiditate: siccitate. Uirt⁹ pterea aut debile facit opatione: aut medosaz: aut nullaz. At qcuqz excernut: siue ptes affectaz ptiu siue excremeta siue mae i mebris codite: ppria exhibebut significatione. Sz de his libro de affectis ptib⁹ latius definitu ia est: que nullus ex maiorib⁹ in via docedi: z ronez redegit: aut ad integrum tradidit: nec aliqua alia comentationem qua antiquiores inchoarunt quidem: sed nequaqz absoluerunt.

¶ Quibus signis cognoscatur corpus egrotaturum z conualiturum. Cap. 58.

Egrotantiu igit indicia ex illo volumie pducunt. Egrotaturi vero conualiturique signa hac via z rone discunt. Egrotaturi igit signa media quodamodo sut iter ea q sanis egrisqz accidut. In sanis.n. cucta p nam existut: i egris pter naz inqtu egri sunt: i pfinio hoz sut ea que significat egritudine. Queda qz p nam qde existut sz qualitate aut qtitate aut tpe euariat: qda pter nam sunt qde sz miora qqz in morbis hntur: z ob ea re corpoz dispones qcuqz egrotatura sunt neutre cesentur: ac signa eaz primaria rone idicat sanitate: secudaria egritudinem. Ita fit vt hec ipsa signa p diuersitate habitudinis tu neutra tu et egra dicant. Neutra qten⁹ pntem idicat affectione. Egra qten⁹ pnuciat futura. Simili mo se hnt qcuqz signa sana in egrotis appare: vt sana sint qz futura significat sanitate. Egra vo inqtum pntem dispone ostedut: ita efficit vt qcuqz signa ambas signant dispones: neutra existat ex vna neutre vocis significatioe. Porro nequaqz videri mirabile dz vt ea ipsa signa p habitudine diuersaz tres obtineat rones tu sana z egra tu etiaz neutra: ac vt ex vtraqz significatioe qcuqz signa i pualescetib⁹ existunt neutra vocent: queadmodu signa q i senectute hntur. Hec ergo cuncta plurib⁹ notioib⁹ ronibusqz subiacet. Quecuqz vo i sanis ad itegru sut: soli sanoz subiacet notioi. Ite qcuqz in egris hntur nequaqz pmostrantia sanitatem futura. Sed de his deinceps dicemus.

¶ De signis pronosticis. Ca. 59.

De signis pnosticis in pmis agedu z e. Cuqz duplex eoz differetia sit in primis aggrediemur ea q qtitate aut qlitate aut tpe no ipsa forma euariat ab idicijs nalib⁹. vbi gra. appetitu cibi itesuz aut exolutu aut tpe no cosueto aut no soliti cibi aut excretioez mae humidioris aut durioris. Itide excremetoru humetiu inopia aut exuperatia pter nam aut coloris pditioisve mutatio aut tpis euacuatois z isomnia ac somn⁹ plurim⁹ aut i tpe minime psueto. Pari mo circa potu multu aut paruu aut calidu aut frigidu cupiditas minie psueta queadmoz circa rei ve-

nereę vsuʒ imoderata aut iportuna cupiditas: sudor amplior iusto aut minor. Pigrities circa motũ: aut tẽtãti moueri grauitas: aut exolutio fortis: mẽstruorꝝ suppꝰssio: maiorve aut minor euacuatio: nec secꝰ vacuatio ex mariscis. Quinetiã circa edulia aut potionẽ nõ solitis supiori voluptas futuri morbi indiciũ ẽ. Eodẽ mõ mẽtis hebetudo nõ nãlis aut isolita obliuio: aut in sõno visa nõ ꝯsueta: atqꝫ ẽt auditꝰ: olfatꝰ ac visus hebetiores marcidioresqꝫ: ⁊ in vniuersuʒ q̃cũqꝫ ꝑ nãʒ extiterũt ptiʒ crescẽtia ac decrescẽtia: ptiʒ tpe aut q̃titate variãtia. Itidẽ corpis moles maior aut minor. Et vbi maior sit: rubidiorqꝫ: ⁊ albidior: aut velut liuidior: nigriorqꝫ. Nec secꝰ ructꝰ: sternutamẽtũ: ac flatꝰ amplior: aut incertior: q̃ꝫ qui ꝑ nãm est. Pari rõne q̃cũqꝫ ex naribꝰ: aut auribꝰ: aut palato excernunt qbꝰ cerebrũ expurgat q̃titate q̃litate aut tpe variãtia. Itaqꝫ hec oĩa sub nãli genere ꝯtinent. Mordicatio ṽo vẽtris aut stõachi aut intestinorꝝ aut deijciẽdo aut vomẽdo aut mingẽdo aut aliqs alius dolor moderatꝰ: sub genere ꝑter nãʒ ꝯtinent. Nõdũ tñ egrotare ita se habẽtes dicunt queadmodũ neqꝫ grauati caput aut dolẽtes: quotiẽs nõdũ ab illa solita opatiões ipediant: atqꝫ egrotãdi terminꝰ talibꝰ dispõibus talis ẽ. Quocirca ex habitudine eãdẽ dispõnẽ morbosaʒ neutrãqꝫ dicemꝰ. Nã ꝯpatiõe roboris ferẽtis aut euicte facultatis: vnaqq̃ꝫ dispõ ꝑdicta: aut morbꝰ aut neutra dispõ est. Nec secꝰ vbi sensus non maioris: minorisqꝫ rõne a se inuicẽ dissidẽt: sʒ ꝑter nãʒ existũt: idicia morborum sunt: quoad exigua fuerint: nec dũ solitas adducere queãt opõnes. vbi grã. in gustu quotiẽs salsaʒ aut amarã: aut aliq̃ꝫ aliã qualitatẽ sentiat: semp comedẽdo aut bibẽdo: aut ẽt nulla re tali ingesta saliua ipa talis appareat. In odoratu ṽo quotiẽs aliquã vnã sentiamꝰ qualitatẽ nullo odorabili pñte: aut ẽt pñtibꝰ plura ac diuersa cũcta pinde q̃si silia sentiamus: Sepe ṽo nullus sensus aut rei male olẽtis efficit nulla re pñte male olẽte. In auditu ṽo sonitus ac strepitꝰ ꝑter nãʒ queadmodũ in visu q̃cũqꝫ obuersari vident nigra turbida: cerulea: ruffa: flaua: rotũda: oblõga: extenuata: crassa cũcta ob oculos volitãtia. In sensu ṽo tangẽdi quotiẽs ineq̃litas quedã: aut densitas: aut grauitas: aut extẽsio: aut stupor: aut vlcerosa affectio vniuersa corpis habitudine appeat: queadmodũ in quauis pte extẽsio: aut collisio: aut mordicatio: aut grauitas quotiẽs exigua fuerint: nec diutiꝰ imorent: dispositionem quidem neutram esse ostendunt: prenunciant vero morbum.

¶ De signis corporum iam egrotantium: quo pacto mortem aut sanitatem ostendant. Caput. 60.

Quecũqꝫ ṽo signa in egrotis appent indicãtia sanitatẽ ac morteʒ. Prima qdẽ sana: alia ṽo generatiʒ qdẽ egra sunt: speciatiʒ exitiosa dicunt. Ducunt vt in vniuersuʒ dicat ex opationũ ṽtute vitioqꝫ: ptculatiʒ ex opationibꝰ pticularibꝰ quarꝝ genera antea docuimꝰ. Prio genere ꝯtinent ptes pncipales. Scðo ṽo ptes illi ãnexe. Tertio gñe collocant ptes q̃ seipsas gubernãt: sʒ a membris principalibus appendices quasdã suscipiũt. Porro quartũ genus corꝝ que dicta sunt ad ꝑsentien

duz inutile est. Sz ex accedēti interdū p̄sentio fieri pōt quēadmodū ex oibus excremētis: ex his gdez rōne ꝯsensus ex excremētis: q: ꝯcoctiōez cruditatēqz indicāt. Quocirca nequaq̄ fieri pōt: vt non semp aut nām dn̄ari materie: aut nām nāe: aut neutrū alteri⁹ indicēt. Si igit dn̄etur natura: sana signa dicūt. Si natura vicat egra: neutra v̄o quotiēs eq̄lr pugnēt. Perspicue igit ꝯcoctiōis signa sana sunt: quēadmodū cruditatis idicia egra. Ubi v̄o neqz ꝯcoctionē p̄spicue idicēt: neqz cruditatē neutra dicant. Neutra p̄terea sunt: q̄cūqz mō hoc mō ꝯtrarium indicāt: quēadmodū digiti nigrescētes signa decretoria. Alia sunt de gbus lib. de indicijs ppēsuz iam est: quēadmodū de singulis opationib⁹ lib. de causis accidentiū. Ex his igit locis particularez materiā oēm colligere cōuenit ipse breuitati studēs hic sisto sermonē de signis: deinceps de causis agemus.

¶ Artis parue Galeni liber tertius interprete Laurentiano medico.

¶ De causis sanis custodiētib⁹ ⁊ efficiētib⁹ sanitatē. Caput. I.



Um cāe sane: egre: neutreqz sint: in p̄mis de causis sanis agemus. Cūqz eaꝝ ipsaꝝ he custodiāt sanitatē: ille efficiant: sintqz custodiētes priores efficientib⁹ tpe ac dignitate: a custodiētib⁹ exordiemur. Cū ergo sanū corp⁹ nō simplex sit: sz multiplex vt antea definitū iam est: in vnoquoqz eoꝝ cā custodiēs ppria erit: qn̄ gdē cā ad aliquid est. Rursus igit hoc loco ab optima corpis p̄paratione petito initio cās cōparatiōe illi⁹ sanas ꝯsiderem⁹. Eaꝝ iuentionē rei ipsi⁹ natura subministrabit. Si.n. corp⁹ nō possz pati: nec alterari: semp optia p̄patio pmāeret: nec idigeret arte gubernāte. Sz cū alteret: corrūpat: ac pmutet minime custodiēs quā ab initio obtinuit ꝯditionem: iccirco auxilio eget. Ergo quot modis alterat: tot gn̄a auxilioꝝ habebit. i. cāꝝ custodiētiuz sanitatē: que vt ꝯstat ex dictis corrigētes cāe genere sunt. Sz q: paulatim corrigūt priusq̄ lesio vniuersalis incidat: medici nequaq̄ dicūt futurū p̄caueri malū: sz p̄ñtē custodiri p̄parationē. Corp⁹ igit alterat a quibusdā necessario: a gbusdā nō necessario. Intelligo necessario alterari ab illis gb⁹ abstineri nō pt. Nō necessario v̄o gbus pōt abstinere. Ergo in aere circūeūte necessario diuersat: comedit: bibit: vigilat: dormit: necessario. Gladio nō vtit necessario nec bestijs. Quocirca in p̄mo cāꝝ genere ars circa corp⁹ ꝯsistit: in scđo minime ꝯsistit. Si igit q̄cūqz corpus alterāt necessario diuiserimus: in vnoquoqz eoꝝ ppriū genus causarū inueniemus. Primū itaqz est aer circūuenies. Alteruz motus ac qes totius corporis ac partiū. Tertiū somnus ac vigilia. Quartū ea q̄ ingerūtur. Quintum ea que excernuntur ac subsistūt. Sextum animales affectiōes. Corpus igitur ab aere circumeunte: aut calefit: aut frigescit: aut

exiccatur:aut humectatur:aut ꝯiunctim afficitur:aut ex tota subſtātia alteratur. Porro ab ipso motu quieteq;: ſi vtrūq; fuerit imoderatum: calefit:aut frigeſit:aut exiccatur:aut humectaꝫ:aut ꝯiunctiꝫ afficitur. Itidez ex ſomno ac vigilia neceſſario afficitur. Simili modo ex his que ingeruntur:aut excernuntur:aut ſubſiſtunt:⁊ ex animalibus affectionibus. Et enim cūcta hec partim perſpicue:partim per medias causas alterant corpus:corrūpuntq; ſanitatem. At de his ſeorſum perpenſum iam eſt libro qui eſt de tuenda valitudine. Cuncta ergo dicta genera ſanarū cauſarū materie quepiam ſunt:congrueq; adhibite ꝯſeruāt ſanitatem:incōgrue vero morbos cōmittunt. Quo circa perſpicuuꝫ ex his eſt:vt non alia ſubſtantia cā ſana ſit:alia egra:ſed eadem ſubſtantia ex habitudine interdū ſana:interdum egra:reddatur. Ubi enim corpus indiget motu:exercitatio ſana quies egra habetur. Ubi quiete indiget quies ſana eſt:exercitatio egra. Nec ſecus de cibo potu ⁊ alijs oibus dicendum eſt. Unūquodq; enim vbi egenti corpori adhibeaꝫ cum ꝓpria quātitate ⁊ qualitate ſanum efficitur. Ubi vero aut nullo pacto egenti corpori precipiaꝫ:aut nequaq̄ cōgrua menſura morboſuꝫ ꝯſiſtit:ac duplex intentio circa ſanum egrumq; eſt rei adhibite qualitas ac quātitas. Inferre autem tēpus ceu tertiū ab his diuerſum:alienū eſt a rōne: quando quidez in his ipſis cōtineatur. Si enim re talia ac tanta opus eſt ſcilicet ⁊ cōgruo tēpore adhibeaꝫ neceſſē eſt:atq; iccirco tēpus inducitur: q: corpus morti obnoxium eſt ac facile mutatur:⁊ fluit ac pro diuerſitate mutationum alias alijs ſubſidijs indiget. Quapropter tempus in his que ſunt dicta genere tertium nequaq̄ eſt:ſed ad faciliorem doctrinam ſepenumero tanq̄ tertio vtimur ob cauſam predictā. Sed cum in his intentionibus:tum alie cauſe ſane:tum etiam propoſitū genus eſt:rurſus eas ipſas cauſas recenſebimus. Optime igitur preparationis corporis:vbi circūueniens aer fuerit moderatus:congruent etiaꝫ alie cauſe moderate:quas proxime docui:puta quies:motus:ſomnus: vigilia moderata:⁊ que ingeruntur atq; egeruntur moderata. Sꝫ vbi fuerit imoderatus:tantum a mediocritate recedendum quātum a mediocritate variat. Intentiones mediocritatis ſunt in aere quidē circūeunte:vt minime rigeas ꝓpter frigus:neq; ſudes ꝓpter eſtū. In exercitatione autē vbi primū ceperit ſudare corpus ſtatiꝫ quieſcat neceſſē eſt. In edulijs cōcoctionis diligētia:excrementiq; mediocritas in q̄titate ⁊ qualitate. Ceterum in his appetitus equaꝫ quodāmodo cōcoctioni. Quo fit vt non opus ſit preceptis ac regulis quātitatē adhibendorum dimetiētibus. Nam optima natura quantū appetit:tantuꝫ bene concoquit. Simili modo natura ipſa ſomni metiꝫ quātitatem in habentibus optimā preparationē:ac excitātur a ſomno:quādo corpus nō inſuper indiget. Quin etiam ipſis ita viuentibus per excremēta:aut excretōes alui:vrine:ac totius corporis nihil cōmittitur. Illa namq; mediocritas adhibēdoꝝ ſana reddit. Totius autē corporis ſpirationē exercitatio moderata efficit ſalutarē. Hi preterea fugiant.ſ.opꝫ exceſſum oium

animaliũ affectionũ: ire: tristitie: furoris: timoris: ⁊ inu͂ dic. Hec eniȝ re mouent naturalem conditionem: corpusq; alterant. Atq; rei veneree vsus apud Epicurum nullus salutaris habetur. Sed re vera sanus est ex tanto tẽporis interuallo: vt corpus in vsu: neq; sentiat exolutionem: ac leuius: spirantiusq; redditur. Porro ꝯcumbendi tẽpus est: quando corpus diligenter mediũ fuerit omniuȝ exterioꝝ intemperieꝝ: neq; nimium repletum: neq; ieiunum: neq; nimiũ refrigeratum: neq; nimiuȝ calefactũ: aut exiccatum: aut humefactuȝ imoderate. Quod si interdũ peccet exiguum est peccatũ: sed prestat vt repletuȝ calefactum ac humefactum: potius q̄ ieiunum aut refrigeratuȝ exiccatũ corpus vtatur cõcubitu. Ceterum qualitateȝ vniuscuiusq; eorum que dicta sunt in optima natura eligere oportet. Exercitationis quidem in qua omnes corporis partes ex proportione moueantur: neq; hec nimium laboret: illa parcius laboret. Cibus autem ac potus maxime moderatus adhibeat necesse est. Ille enim proprius moderate nature existit. Itidem in aliis dicendum est. Ubi vero corpus ab optima preparatione recedat: non multum tamen cause quoq; custodientes sanitatẽ permutãde sunt q̄ proportione respondeat. Sed cum hec corpora multa sint: de vnoquoq; eorum seorsum agendum est.

¶ De causis quib⁹ intẽperies insite custodiunt q̄busq; corrigunt ⁊ ad habitum optimuȝ perducuntur. Caput. 2.

Corpus igitur temperamẽto varians: mediocritate autẽ partiuȝ officialium nõ varians dupliceȝ habet formã sanarum causaruȝ. Alteram custodientium ipsius temperamẽtum. Alteram p̄ducentium ad optimã preparationẽ. Cause igitur custodiẽtes temperamentuȝ tm̄ variabunt a causis nature optime congruentibus. q̄tum totius corporis temperamentũ ab illa variat. Corpus enim calidius victu indiget calidiori: frigidius frigidiori: ⁊ siccius sicciori: ⁊ humidius humidiori. Simili modo copulatim calidius ac siccius: calidiori ac sicciori: ⁊ in reliquis tribus copulis: quod ꝓportione respondeat. Utetur enim materia causarum recte: qui vires earũ insitas agnoscit. verbi gratia. vt motus media insomnia excretio ⁊ oẽs affectiones aĩales exiccent corpus. Contraria vero his humectent. Eodem mõ de calefaciẽtibus ac refrigerantibus: studiis: poculentis: esculentis: ⁊ vt simpliciter dicetur: qui omniũ circa corpus causaꝝ agnoscit materiã ac vires: causis suis vtet. Similes similibus adhibẽdo quotiens pristinũ corporis libuerit custodire temperamentũ. Quotiẽs vero libuerit ꝑmutare: ⁊ ad habitum ducere meliorem: aliud est causaꝝ genus sanuȝ predictis ꝯtrarium equaliter in diuersum recedẽs a causis tẽperatis ac mediis: quas optime nature ꝯgruere docuimus. Calidus eniȝ ⁊ siccus victus nequaq̄ efficiet bene temperatã diligenter calidius ac siccius temperamentũ. Sed victus tanto frigidior ⁊ humidior moderato quantum natura fuerit calidior: siccior q;. Tale enim causaꝝ genus natiuas corrigit intemperies. Alteꝝ vero q̄d est p̄dictum custodit: ac medici vtroq; causarum genere

inuicem vtũtur. Ueꝝ corrigere insitam intẽperiem ex multo ocio opus est paulatim deducendo corpus ad habitũ meliorem. Natura enim non tollerat subitam alterationẽ. Per negocia vero necessaria i eadẽ dispositione custodire opꝫ. Sed quonã modo tale causaꝝ genus custodiens appellauimus? Forte enim rectius dixeris alterans curans ⁊ impedimentum insitum corrigens appellari: qꝛ ad vniuersum genus sanitatis respicientes non ad speciales eius differentias: quecũq; custodiunt sanitatem custodientes cunctas causas noiauimus: siue adeo custodiant sanitatem vt etiam deducant ad habitũ meliorez: siue pristinã corporis preparationez tantũmodo custodiant ⁊ ꝯseruent. Quecũq; vero dispositionem efficiãt deteriorẽ morbosas. Ubi igitur omnes corporis ptes male temperate similiter sint: similia adhibeantur subsidia: vbi dissimiliter dissimilia necesse est. Fieri enim potest vt ventriculus frigidior iusto existat: caput autem calidius: ⁊ vtrũq; proprijs remedijs egeat. Itidem ⁊ aliaꝝ vnaqueq; partium aut humidior: aut siccior: aut calidior: aut frigidior moderato victu indiget ꝓprio intẽperiei. Non igit equaliter exercebimus omnes tales corporis ptes: neq; similiter humectabimus ⁊ exiccabimus: aut aliqđ aliuđ tale efficiemus. At de his libro de tuenda valitudine latius definitum iam est.

¶ De causis quibus impedimenta figmenti corriguntur ⁊ vt quattuor corporum discrimina habeantur. Ca. 3.

CAuse partiũ officialiũ sane partim impedimẽtoꝝ figmẽti: partim magnitudinis numeri positionis existũt. In figmento igit multa impedimenta habentur. Nam figura partis: ⁊ sicubi in ea cauum est ꝑ naturam: aut ostiolum: aut meatus: aut asperitas quedam: aut leuitas: quotiẽs excesserint propria mediocritate parum quidẽ affecta sana corpora nominantur. Multum vero perpessa dicuntur egrotabilia. Quotiẽs autem tantum affecta sint vt offendant operationem: iam egrota vocantur. In quãtitate ergo excessus ac defectus ad eas ipsas deducũt differentias. In numero vero excedens aut deficiens quelibet similarium partium aut plures: hoc genere continetur. Item quecunq; substantie in nobis preter naturam consistunt. Restat aliud genus positionis cuiuslibet simplicis partis: in quo quattuor differentie existũt. Prima inquam optima est. Secunda paululum quiddam variat: ⁊ ob eam rem sanum adhuc efficit corpus. Tertia egrotabilis est vbi multũ excessit. At quarta iam egroti corporis vbi plurimuz remouetur. Quecũq; ergo partes peccant figura quemadmodum blesi: vari: distorti: si recens affecte sint fingendo ac ligando ad habitum naturalem reuocantur. Si duriores effecte sint corrigi minime possunt. Eodẽ modo quecunq; peccant cauo similiter increscentes corriguntur: vbi perfecte sint emendari non possunt. Itaq; deligatio ac quies paruum efficit cauum: functio partium ac spirationis cohibitio magnum. Simili modo ostiolum aut meatus quotiens fuerint equo maiora: quies ac delegatio minora efficere solent. Maiores efficiuntur partes motu natu-

rali simul cum moderata frictione & alijs quecunq; plus sanguinis tra/here assolent. At partium deficientium quecunq; ex sanguine gignuntur nequaquam impos emendatio est. Quecunq; vero ex semine creantur prope impossibilis est. Verumtamen interdum loco earum alia efficias similem habentia vsum licebit. At omnium earum natura opifex: me/dicus minister est. Quecunq; vero exuperant numero: sublatio causa sana est. Sed considerandum est in quibus id fieri: aut nequaquam fie/ri possit: quod si non: commutare tentandum est: simili modo positionis vi/tia emendantur. Ceterum constat: vt duo aut tria sepenumero impedi menta circa vnam partem consistant: quemadmodum in eo qui habe bat ventriculum paruum simul ac rotundum ac super septo transuer/so positum: peccabat enim in eo magnitudo figmentum ac positio: qui si frigidior temperamento extiterit: ad habitum naturalem reuocari mi/nime potest. Quippe qui ab ipso temperamento ledatur. Cum enim dif/ficulter spiraret repleto ventriculo: parum cibi: & q non grauet ac mul/tum nutriat bis aut ter in die affertur necesse est. In alio vbi infartio in iecore subinde existeret ob angustiam vasorum victus extenuans cura/uit infartionem.

¶ De causis sanantibus solutionem continuitatis. Ca. 4.

SEquens est vt agamus de solutione cõtinuitatis que inest simila/ribus partibus ac officialibus cõmunis est: ac forte quis non con cedet interdum eam inesse integre sanis: quippe que semper affectio sit nequaquam videns similem dubitationẽ super vnoquoq; genere futuram. Nisi enim sensibilis operationis lesio morbũ interstinguat a sanitate: sed ex qualitate dispositionis tantummodo cõsideret: assidue affectionis decretũ admittas necesse erit: cum nemo sit: qui operationes cunctas optimas habeat. Sed hec questio vtpote contemplationẽ requirens diligentiorem per se seorsum dicato opere tractabit. De causis corporum confecte egrotan tium deinceps agendũ est ab intemperie petentes initium:

¶ De causis corporum confecte egrotantium. Ca. 5.

DEfiniendum antea est id quod omnes fere medici pretermittunt: vt alie cause sint intemperiei iam cõfecte: alie eius que preterea con ficiatur quemadmodum alie future. Supreme ergo intẽperiei: que futu ra est: cause partim sub ipsa precautionis diligentia: partim sub ipsa sa nitatis cõseruatione continẽtur. Prima sub ipsa tantum curatiua collocatur. Intẽperiei autem inter vtrãq; medie cause sub ipsa precautionis vigilãtia ac curandi ratione collocatũ. Morbus enim si iam existat confectusq; sit curetur oportet: prohibeatur autem si nõdum existat: sed futurus sit ex dispositione in corpore. Ubi vero conficiatur: quod confectum est curetur. Quod vero futurũ est prohibeatur necesse est. Porro prohibebitur dispositiõe: qua fieri solet sublata: ac talis di spositio nominatur causa pregressa. Morbus vero qui iam confectus est curabitur dispositione qua primũ naturalis operatio leditur soluta: quam egritudinis causam nominamus. Sanatio vero vnam habet ac primam & maxime propriam intentionẽ: dispositioni que est soluẽdã cõtrariã. Hoc

enim genere omnes cause efficientes sanitatem cōtinentur: particula-
tim pro natura dispositionū contrarie eligantur conueniet. Itaqꝫ ca-
lide dispositioni frigida causa cōtraria est: frigide calida: ꝛ in alijs eo-
dem modo dicendum. Si enim quicquid est preter naturā imoderatū
est: quicquid vero per naturā moderatum: quodlibet imoderatum ab
imoderato contrario ad habitum naturalē reuocet necesse est ac con-
stet vt calidum ac frigidū: potentia nō ipsa imaginatione sumendū
sit. Intelligo potentia tale quod proprie vereqꝫ tale est. Ipsa autē ima-
ginatione quod primore sensu tale esse videatur: sed vere tale minime
sit. Sed quonam modo talia cognosci conueniat: libro de simplicibus
medicamentis perpensum iam est. Ad inueniendas igitur causas sa-
nas in morbo qui iam confectus est: docendi via vtendum est qua talia
potentia interstinguātur ab his que imaginatione talia videntur. In
morbo vero qui preterea conficitur: ea ipsa docendi via vtendum est:
atqꝫ etiā ea qua morbor̄ cause parue stinguētur. Fingamus putridis
humoribus accendi febrem: indicatio in his est alteratio euacuatioqꝫ.
Alteratio quidem sedans putredinē manente causa. Euacuatio vero
omnem de corpore educens substantiam. Sed predicta species altera-
tionis concoctio est: quam a nonnullis causis fieri conuenit: inuenien-
tes in illis an habeamus ita sanorum cognitionē. Euacuatio efficitur
sanguinis missione clysteri vrina ꝛ spiratione per cutem atqꝫ etiā auo-
cando deriuando ad alium locum. Hoc genere cōtinentur mouere mē-
strua: aperire mariscas: purgare ex naso palato inuenientes materias
quibus qualitate ꝛ quantitate ꝛ modo vsus adhibitis euacuatio effi-
ciatur: in hac artis parte causas sanas inueniemus: ac de modo inue-
niendi tales causas libro de curandi via ꝛ ratione dictum iam est. Si-
mili modo ꝛ per alias tres intemperies. Etenim vnum cōmuneqꝫ ha-
bendo preceptum vnamquāqꝫ causam efficientē excidere: tum autem
ire ad egritudinē: que confecta est: causarum sanarū inuentionē adipi
scemur. Itidem per intemperies compositas simpliciū compositis pre
cepta sanitatis indicabit: si studuerimus: vt magnitudini intemperiei
quod ꝓportione respōdeat: causa sana peruestigetur. verbi gratia. siqꝫ
decem numeris recessit a naturali in dispositionem calidiorē: septem
in sicciorē: causa sana per talem dispositionē decē numeris recedat in
habitum frigidiorem: septem in humidiorē: oportet. Si igitur tale me-
dicamentum affecte parti adhibeatur: tanto frigidius ac humidius
erit quantum indicatio precipit. At vbi pars affecta posita fuerit in ꝓ-
fundo: moliri oportet: tale efficere medicamentū quo minus in itinere
prius exoluatur. Si igitur opus sit medicamento calidiore moderato:
non solum tanto sit calidius quanto indiget passio: sed ex superabun-
danti abyciatur id quod propter positionem fuerit necessariū. Si fri-
gidiore non simpliciter tanto frigidius efficere oportet: sed etiā mate
riam considerare necesse est. Si enim crassior fuerit nequaꝙ̄ profunde
admodum penetrabit sed econtrario efficiet cōdensando cutē. Si vo

tenuior fuerit fieri poterit vt profunde admodum se insinuet. Itidem in humefacientibus & exiccantibus crassior ac tenuior substātia sumenda [illegible]:ac ab affecte partis positione indicatio sanam vestigat causam: quemadmodum hoc loco definitum iam est. A figmento vero ac positiōe quotiens emissacula sensibilia habeat peruia tēdentia aliorsuz:aut quotiens nihil eiusmodi habeat. Emissacula igitur deferentia in membra precipua auocabimus:ac in non precipua membra irritabimus. Cōstat, q̄z vt sanatio efficientium intemperiem causarum:per euacuationē extstat. Ipsarum enim intemperieruz tantūmodo alteratio sanatio est. Ceterum vbi soluatur continuitas:sanationis intētio vnio est:que inq̄ in partibus officialibus impossibilis est. In similaribus vero non semper possibilis est. Sed in quibusdaz vt incarnosis agglutinatio sanatio est: nec interest vbi libeat appellare cohalituz. At qui ipsam antecedit:quotiens vulnus grande extiterit:adductio dissidētiū partiuz:que sub ipo figmenti genere continuetur. Ut vero deligatio adducens dissidentes partes stabilis maneat:& habende ac future vtiles sunt. Natura autem agglutinat dissidentes partes:ac pristinam reddit vnitatem. Medici vero officium est in primis vt est proditum adducere in vnum dissidentes partes:deinde custodire quemadmodum aducte sunt. Postea prouidere quominus inter labia aliquid incidat:ac demum ipsam partis substantiam sanam custodire. Primum ac scđm quonāmodo facere liceat dictum iam est. Tertium adducendo partes dissidentes fiet si nihil extrinsecus incidere sinamus:quemadmodum sepenumero pilus: aut oleum aut alius humor cadens inter partes agglutinandas:earū prohibuit vnionem. Postea vero tempore sequenti tertia intentio perficitur:si materia effluat. Effluet autem materia incidendo ac congrue figurando. Porro substantia membri sana custodietur per ea que mediocriter exiccent:atq̄z hec curatio est solutionis continuitatis in membro carnoso quotiēs ipsa per se sola existat. Quod sicui alteri permiscetur morbo:plures indicationum intentiones habentur:quas deinceps docebimus:vbi de compositis aut incomplexis preceptis agemus. Hoc loco ad reliquas continuitatis solutiones eundum est.

¶ De fractura. Cap. 6.

Fractura ergo continuitatis solutio in osse est:que īquā curari nō potest quantum ex prima intētione est:sed secundo quodāmodo curari aliquatenus potest. Prima igitur intentio vt in vnum coalescat: fieri minime potest propter duritiem partis. Secunda vero deligatio est quā facere potest porus.s.tophus lapis ligatus circa fracturaz. Porus.i.tophus lapis inquantū ex materia & a natura efficitur cōmunis cum ceteris est. Inquantuz vero prope formam ossis ex alimento illius fieri debet. Ceteruz molle ac puerile os coalescere potest. Sed raro huius affectionis generatio est:sine implicatione aliorum. Nam magna ex parte musculi adiacentes simul cum alijs corporibus patiuntur effracto osse. Quocirca curatiōis intētio duplex est. Altera in osse;altera

in corporibus que circa sunt. Sed de tali intentione iplexis affectibus partium carnosarum dictum iam est. De fractura hac parte agendum est. Cum igitur affectionis sanatio ex poro.i.topho lapide sit: proprio ossis alimento opus est. Cuius excrementū ad pori.i.tophi lapidis generationem subijciatur nature oportet. Quod moderatū quantitate & qualitate sit: necesse est & ob eam rem sanguis talis ac tātus eo ducēdus est: quali quantoqꝫ porus.i.tophus lapis fieri possit. Cunqꝫ ille effluat per fistulas effracti ossis considerare ꝯuenit ipsius quantitatē ac qualitatem: & ita ducere sicciorē aut humidiorē. Sed de his omnibus libro de curandi via & ratione diffusius dictum iam est.

¶ De punctione nerui ac tendonis. Caput. 7.

Nerui preterea ac tendonis punctio: ꝓpter exuperantē sensum & q: pars continua origini est prompte aduocare potest conuulsionem: maximeqꝫ quotiēs nihil possit foras efflari: occecato vulnere cutis. Id igitur aperire opꝫ ac siccare materia tenuiore: que se insinuare in profundum possit vsqꝫ ad neruum vulneratum. At de hoc libro de curandi via & ratione satis iam dictum est. Hactenus de simplicium dispositionum causis sanis.

¶ De implexu dispositionum. Caput. 8.

De implexis deinceps agendum est. In vlcere ergo implicatur in primis quidē cauum: quaꝫ uō aliam dispositionē: sed vlceris differentiam esse existimant. Est autem nō vlceris differentia: sed alterum genus totius morbi in quo substantie corruptio facta est. Itaqꝫ sanatio duplici affectu: duplici eget intentione. Nam ꝯtinuitatis solutio vnionem substantie: corruptio generationē requirit: ac generationis intentiones pauloante explanate iam sunt. Quinetiā rerum natura ostendit: vt in primis taleꝫ sanare dispositionē deinde venire aggredi opus sit. Quotiens ergo pars inanis repleta fuerit: vlcus vero equale extiterit: alteram intentionem auferri contingit. Interposita eniꝫ recens genita carne inter vlceris labra: partes vniri dissidentes impossibile est: Sed aliam intentioneꝫ curationis inueniri oportet? Inuenimus autē si naturam ipsam consideremus partis cui per naturaꝫ inest tegi cute. Id igitur a nobis efficiendū est. Quod si impossibilis intentio est: simile aliquid cuti.i.carnem cuti subsimilem efficiēdum. Talis vero siccior atqꝫ astrictior est. Quo circa siccantibus ac stringētibus medicamētis minime mordentibus cohalescendo vlceri opus est. Nec secus vbi sordes affuerint intentio est detergere. Medicamentū vero salutare detersorium est. At de his libro de medicamentis dictum iam est. Quinetiaꝫ vbi inflammatio quedam: aut effractio: aut durities: aut tumor ex vlcere fatiget: illa prius curari predicta via oportet. Itidem siquid vlceri affluat sanandus: antea fluor est. Eodem modo si intemperies quedam in vlcere affligat: intemperiei auxilia antea adhibenda sunt: sed de his satis.

¶De curatione figmenti. Cap. 9.

DE figmento deinceps agenduz est: qd in plures differentias seca ri potest. Sed ab euidenti incipiendum est: qd ex figure mutatione efficitur. Corporis igitur si increscat figura multarum partium corrigi potest: sin increuit emendari vlterius non potest. Intentio autem in his que curari possunt: in diuersum abducit distortionis. Qd si fractura non recte explanata alicuius membri figura peccet contracto iã poro. i. topho lapide. Si preterea porus. i. tophus lapis recens fuerit: effringendo rursus recte fingere: deinde inducere porum. i. tophum lapidem oportet. Infartio preterea hoc genere morbi cõtinetur. Ubi igitur ab humore crasso ac glutinoso efficiatur: vnam habebit intentionẽ contrariam affectioni: intelligo infartionem. Causa autem sana detergens atq3 incidens medicamentuz existit: vbi a stercore duro efficiatur opilato intestino. In primis quidem habebit duritiei emendationem ex humido ac pingui clysteri: deinde euacuationez ex acriori. Ubi vero a calculo in vesica efficiatur tantisper propellendus est. Gratia vero omnimode curationis: ex incisione conuellendus. Ceterum humoris preter naturã ɔtenti sanatio oĩmoda eũatione efficitur: quemadmodũ in purulẽtis. Sz ĩmoderata repletio ĩmoderata eũatione discutit: quẽadmodum sanguine in venis condito. Simili modo siquibus in vẽtre aut intestinis: aut arteria: aut pulmone pus: aut sanguis continet omnimoda indiget euacuatione. Quibus vero plus cibi aut potus adhuc recentis continetur: euacuatio sanatio est. Quecunq3 ergo in pulmone aut thorace continentur: cum tussi euacuatio ac cum medicamẽtis extenuantibus fieri debet. Quecunq3 vero in iecore: aut venis: aut arterias: aut renibus: aut per vrinam: aut per alium euacuari conueniet. Per vrinam quidem adhibitis medicamentis vehementer extenuantibus. Per aluum vero adhibitis medicamentis trahentibus: atq3 aperientibus. Quecunq3 in ventre superiore continentur: vomitu. Quecũq3 inferiore deiectione euacuanda sunt. Quecunq3 sub cute incidendo perurendo aut adhibitis medicamentis perurentibus. Simili modo quecunq3 in cauo aliquo naturali conduntur velut in thorace. Et vt semel dicatur: eorum que preter naturam in quibusdam partibus continentur intentio sanationis sublatio est. Talia inueniuntur partim ex ipsa dispositione: sed magna ex parte ex ipsis locis affectis. At quecũq3 preter naturam sunt ratione asperitatis ducuntur ad habitum naturalem per leuitatem. In osse quidem radẽdo: in arteria vero aut lingua leuigando adhibitis humidis minime mordentibus ac glutinosis. Porro quecunq3 recedunt a natura sua ratione leuitatis asperitas naturalis inducenda est ex medicamentis admodum detergentibus ac paulum reprimentibus. Uerum quotiens infartio aut angustia aliis committetur morbis: hi prius curandi sunt. Ceterum in libro de morborum differentia dictum iam est: vt dicte dispositiones inflammationi ac duritiei; tumoriq3 ⁊ siccitati interdum immoderate

& item prauis figuris continentium corporum sepenumero comitent:
quemadmodum quibusdam tumoribus corporũ que circa sunt. Quod
si inuicem quidem talium morborũ implicantur: indicationes varias
obtinebunt. At sufficiat super vno veluti exemplo facere orationem.
Nam de his omnibus libro de curandi via & ratione latius perpẽsum
iam est. Subijciatur ergo sanguinis multitudinem cuidam parti af-
fluere: ita vt vasa in parte illa extendantur: non maiora solum: sed etiã
minora: que antea effugiebant visum: nunc apparentia quia repleta
sint: quemadmodum in oculis perspicue cernitur interdũ propter al-
bedinem tunicule: ac par est vt alia vasa que non vidẽtur extendantur
repleta: nondũ tamen apparentia propterea ꝙ exigua sunt. Sane ma
teria resudans ex vasis effunditur: aut etiam aliquid effusum iam est
ad interceptas sedes inanes. Huius igitur affectio intentionem ha-
bebit euacuationem. Cumq; affectio sit: quia pars imoderate repleta
fuerit: necesse est excrementum euacuetur: aut recurrendo: aut per ipsã
affectam partem. Recurret igitur: aut pellendo: aut trahẽdo: aut trãs-
mittendo: aut aliquo horum: aut omnibus modis euacuãdo. Per ipsam
vero partẽ euacuabitur: aut perspicue & euidenter: aut in vapores ex-
tenuatum. Si igitur totum corpus fuerit repletum per ipsum affectũ
locum euacuare minime conuenit. Si enim incidendo ac secando eui
denter euacuemus: inferentes dolorem plus materie attrahemus pro-
pter dolorem. Si vero calefacientibus discutere aggrediamur: trahe-
mus per calorem magis ad affectam partem ꝙ discutiamus. Quod si
rursus libeat cogere: vt materia que fluxit recurrat: corpus vtpote ple
num nequaquam admittet. Ut ergo ambo hec fieri possint totum cor-
pus euacuare oportet: aut omnino auocare ad alium locum materiam
que in partem affectam influit: atq; ita efficiendum vt de parte affecta
prius expellatur quo fieri potest per loca ampliora. Nam euacuatio
promptior est. Euacuabimus autẽ de parte affecta: si reprimamus aut
refrigeremus. Sed etiam loca euacuata ad se attrahunt. Idem enim li
bro de viribus naturalibus definitum iã est. Et transmittent vasa cor-
roborata reprimentibus medicamẽtis. Si igitur cuncta ita recurrant res
bene se habet. Siquid autem in parte remãserit: cõijciendum est gluti-
nosum existere aut crassum. Proindeq; stipatum vehemẽter. Quinetiã
fieri põt vt nequaꝙ tale sit: sed ad interceptas sedes effusum. Id igitur
per locũ affectũ euacuari necesse est adhibẽdo medicamẽta repellẽtia.
Porro euacuabis potissimũ: si in locis interceptis conieceris aliquid
contineri scarificando pariter ac discutiendo medicamentis. Sed cum
omnia medicamenta discutientia calida virib' existant: mordent quo-
tiens immodice calida fuerint. Cauendũ igitur est a nimis calidis ma
ximeq; quotiens affecta pars sũmotenus fuerit: non parum enĩ dole-
bit. Si locus simul fuerit affectus ac mordeatur: omnisq; dolor irritat
fluctiones: modice ergo calidum sedat dolorẽ: maximeq; si humidum
extiterit. Ceterum sufficit discutere positã summotenus materiã ꝙꝙ

discutiens

discutientis medicamētuȝ vehemēs minime fuerit. Qđ si summe partes
īperpesse penitus existant. Qđ aūt indiget euacuatiōe fuerit in profun
do: intendere atqȝ augere oportet discutiens medicamenti caliditatē:
quia periculum foret ne prius exolueret̄ ꝙ iret in profundū: non tamē
afficeret summas quas tanget partes: vtqȝ minime affecte sint. Quo-
circa ambo in idem concurrunt ad medicamenti calidioris acriorisqȝ
vsum: cuȝ summe partes admittāt ac ꝓfunde indigeant. Hāc itaqȝ ex-
positiōe duximus indicationeȝ. Deinceps ꝯsideremus siquid restet ad
curationē. Videnť enim nō pauca restare affectarū partiū in quib⁹ est
excrementū fluctionis. Quedā ergo partes rare: laxeqȝ: ⁊ molles natu
ra sunt: alie dense ⁊ astricte ac dure. Priores ergo facile euacuanť: alie
acrioribus egent euacuātibus. Item tenuioribus: ac multomagis id fie
ri debet: vbi in ꝓfundo ponunť. Atqȝ hec rursus alia indicatio erit a
substantia affecte partis: alia duciť a figmento simul ac positione. Su-
bijciatur enim in iecore predictaȝ esse dispositioneȝ in angustis finibus
vasorum stipatis hūoribus: aut glutinosis: aut crassis: aut multis: non-
ne promptū erit esculētis: ac poculētis extenuantibus. Crassitudinem
quidē in primis simul cū lentore facere tenuiorē: mox nō p inuisibiles:
atqȝ angustas vias sed amplas māȝ nocuā euacuare. Ampliores enim
in iecore vene quēadmodum plurime sunt: ac desinunt he in gibbo ad
venam cauam: ille in simo ad portaȝ. Quocirca facillimū erit vtrouis
loco stupentur humores prompte euacuare trahendo in ventrē humo
res quicunqȝ in simo: per vrinam vero quicunqȝ in gibbo condantur.
Ceterum alia indicatio ducitur a iecore: cum sit initium venarum: cuȝ
enim non seipsum solum quēadmodum multe animalis partes solent
gubernare: sȝ influit vires venis: periculū est quotiēs ꝓhibeamus ipsi⁹
firmitatē rigando aut laxādo cataplasmatibus: in primis iecur ipsum
debilitare circa actionē ac debiles venas cunctas efficere: quapropter
permiscere reprimens aliqđ medicamentuȝ curando ipsum necesse est.
Sed cū ꝓfunde admoduȝ positum sit: periculū est ne vires medicamē
ti reprimentis exoluanť nisi manu ducatur ab aliqua alia materia te-
nuiore: qualis aromatū est. Ac rectius est: si ipsum reprimens medica-
mentū statim aroma extiterit. insitas eniȝ habendo duas qualitates ac
vires vehemētius operabitur. Vbi igiť superuacuus humor fuerit eua
cuatus: ac membrum habeat naturalem humorum mediocritateȝ: con
siderari oportet num qualitatem aliquam fluctio intulerit: vt si pitui-
tosa sit frigiditatem: si biliosa caliditatem: vt hac sublata sanā partem
integre efficiamus. Curabimus vero contrariam imprimentes quali-
tatem quemadmodum dum de curatione intemperiei ageretur docui
mus: quanto aliquid calidius extitit tantum refrigerando: quo fit vt
necessariuȝ sit cognoscere naturale ipsius temperiem. Nam quo pacto
scire possumus quāto nā calidius fuerit: aut qñ calefacere desinas. Nō
cognoscētes eniȝ mensurā nālis caliditatis fieri minime pōt vt abun-
des copia medicamentoꝝ calefacientiū aut calefacere desinas.

De morbo numeri. Caput. 10.

SEd cum de his abunde dictuz iam sit: tempus est: vt ad egritudines numeri veniamus. Cūq; duplex earum differentia sit: in quibus pars quepiā deest: eam efficere intētio ē subseruiēdo. s. nature quō antea diffinitum iam est. In quibus exuperat eam excidere vel gladio vel igne vel medicamento perurente propositum est. Cūcta igitur hec fere sanare possibile est. Cuncta autem gignere impossibile est: quēadmodum libro de semine docuimus. Quedam vero ꝛ si ea impossibile est gignere: possibile tamen est aliquid alterum facere. Ergo loco eius substantiam aliam efficere possibile est: vt in quibus pars quepiā ossis integre sublata est: substantiam alteram loco eius diffidentem ab osse: carneq;. Que vero loco eius gignitur substantia caro est. Tophi lapidis institutione consistens: aut tophus lapis carnis institutione consistens ac tempore procedēte topho lapidi simillima efficitur. Inter initia vero carni subsimilis potius habetur. Ceterū quauis parte sublata neq; eandem substantiam ꝯm speciem: neq; similez efficere possumus. Tertia intentio honestamentum quoddam inuenit: vt in mancis. At hoc genus eādem cum quātitate init rationem. Quod eniz circa nature dispositionem versatur: illi propinquat. Quod autem genere preter naturam est: illi tantūmodo diffidet: in quo prima quidē intentio sublatio est. Si vero impossibilis sit: sequens est: vt transferatur: quemadmodum per suffusiones. Porro quecunq; non in totis partibus: sed partibus partium desunt: aut exuperant. si desint: reficiēda sunt generatione. si exuperent: excidenda auferendaq; sunt. Ita fit vt neq; alia intentio: neq; species alia medicamentorum genere sit. Sed ad aliud causarum salutarium genus eundum est: quod positionis impedimenta emendat: vt luxationes intestinorum ac testium. He fiunt aut q2 violenter tenduntur: aut pelluntur: aut quia membrū continens laxatur: aut effringitur. Quocirca curatur partim quia econtrario tenduntur aut in diuersum pelluntur: partim quia membrū continens angustius efficiatur. Sed qua via particularia quis vestiget precepta: libro de curandi via ꝛ ratione perpensum iam est.

De precautione. Caput. 11.

SEquitur vt dicamus quecunq; in precedentem distulimus orationem. Hanc medici nominant precautionem. Uerum triplex corporum differentia est. Quoddam enim integre sanum est. Quoddam non integre. Aliquod vero egrotat. Primum igitur genus sub sanitatis conseruatione continetur: ac duplex est vt antea docuimus. Secundum ad precautionis vigilantiam. Tertium ad curationis diligentiaz relegatur: atq; totum hoc genus in humoribus potissimum consistit: quos minime conuenit glutinosos esse: neq; crassos: neq; multos: neq; admodum calidos aut frigidos: neq; mordaces: neq; putres: neq; venenosos. Increscentes enim causa morborum consistunt. Increscunt

autem interdum ab eadem causa: que eos primum genuit. Est quando se inuicem in corpore alterant. Intentio vero sanationis horuꝫ duplex est: alteratio: euacuatioqꝫ. Alterantur igitur: aut ab ipso corpore concocti: aut a quibusdam medicamentis: in quibus continentur medicamina curantia venena animalium venenatorum. Iteꝫ medicamina venenosa permutant. Euacuantur autem a medicamentis admoduꝫ calidis: ac purgatione: ⁊ clystere: ac sudore: ⁊ vomitu. Atqꝫ he communes euacuationes existunt. Proprie vero ex locis in quibus colligũtur consistunt: quemadmodum tertio ⁊ quarto volumine de tuenda valitudine diximus dum de dispositionibus laboriosis ⁊ annexis ageremus. Euacuantur enim promptius si in primis venis sint per aluum. Si in iecore per vrinam. Si in habitu totius per sudorem: quemadmodum si in capite existant per palatum: aut nares: aut per vtrunqꝫ meatum. Si in thorace: per fauces simul ac tussim. Si in renibus aut vesica: per vrinaꝫ. Ceterum materia auocatur promiscue ab omnibus partibus. Indicatio est vt ⁊ ad loca q̃ maxime longinqua. Deriuatur vero ad loca vicina. Quecunqꝫ ergo curant tales dispositiones: salutares causas appellamus: quemadmodum que augẽt morbosas ac neutras: quecunqꝫ nec ledunt neqꝫ iuuant: ac fieri potest: vt eas ne causas quidem nominent: quemadmodum plerıqꝫ sophiste contemnentes quidem inuestigare differentias rerum: plurimum temporis in sermonibus conterentes. Sed aduersum eos alibi diffusius disputauimus. At precauendi ars ita se habet.

De modo recreandi corpora. Caput. 12.

Deinceps de modo recreandi reficiendiqꝫ corpus agendum est. Sed quenam horum dispositio sit: ⁊ a quibus causis ad habituꝫ nature reuocetur: summatim hoc loco dicetur. Dispositio igitur talis est. Sanguis quidem bonus ac exiguus est. Item spiritus vitalis noie: ⁊ animalis. Itidem se habẽt partes ipse solide sicciores: proindeqꝫ vires eorum debiliores existunt: ⁊ ob eam rem vniuersum corpus frigidius est. Porro cause salutares huiusmodi corrigentes dispositionẽ vt semel dicatur: sunt quecunqꝫ celerem quidem ac securam efficiunt nutritionem. Particulatim vero motu moderato: ac cibo: potu: somno. Genera motuum sunt: gestatio: deambulatio: frictio: balnea. Ac multo meliora sunt si paulatim fiant: ⁊ actiones solitas paulatim attingant. Cibus inter initia humidus: ac cõcoctio facilis esse debet: nec frigidus procedente tempore magis nutriens: potus idoneus: vinũ est etate moderatum ac purum ⁊ splendidum aut album aut sufflauuꝫ: ita vt odore suaue moderate gustui sit: neqꝫ ex toto aquosuꝫ: nec vehemẽtẽ aliq̃ indicãs q̃litatẽ: neqꝫ dulcedinẽ: neqꝫ acrorẽ nec amarorẽ. At de his quẽadmodum diximus pauloante libro de curandi via explanatum iam est. Hoc loco non decreuimus docere omnia particularia: sed capita rerum tantũmodo percurrere: de quibus alijs libris latius disseruimus quos scribens quot quiqꝫ sint finem faciam orationi.

Quo ordine libri legendi sint. Caput. 13.

Itaqz supra dictum iam est: vt alius liber sit in quo de statuenda medendi arte tractemus. Hunc duo alij de statuendis artibus antecedunt. Sed hi simul cum eo: quez nunc absoluimus summatiz sunt effecti. Illi vero hunc ordinez habent. De elementis Hypocratis vnus liber est. Deinde tres libri de temperamētis: Quoꝝ duo de animalium temperamentis. Tertius de temperamentis medicamentoꝝ exposuit. ⁊ ob eam rem librum de viribus simpliciū medicamentoꝝ nō bene intelliges: nisi tertium de temperamētis diligenter euolueris. Alius preterea liber paruus est sequens duos primos libros de temperamentis qui de inequali intemperie inscribitur. Itidez alij parui sunt. Alter de optima corporis preparatione. Alter de bono habitu. Porro alius liber est in tria volumina diuisus qui de viribus naturalibus est: quem post duos libros de tempamentis: aut etiam post librum de elementis euoluas licebit. Post hunc in multis libris de actionibus animalibus disputamus. Cunqz ad eorum demonstrationes non parum conducat ex dissectione: cognitio in ea primum exerceri opz. Atqz vtilissimi sunt congressus dissectionum: etiam alij plures libri: vnus quidem de discordia dissectionum: aliter de dissectione defunctoꝝ: quibus deinceps existunt duo alij de dissectione viuentium. In alijs quibusdam particulatim instruendis discipulis fecimus dissectionem ossium: musculorum: neruorum: atqz venarum: ⁊ arteriaruz. Item aliqui libri alij ex quibus est alius: in quo disseritur vtrum sanguis per naturam in arterijs contineatur. Ceterum alij indicantes actionem earum. Duo quidem sunt de motu musculorū. Tres de thoracis ac pulmonis motu. Quibus deinceps est liber de causis spirationis. Quibus sequitur liber đ voce: de parte animi ac virtute que princeps est: ⁊ alijs omnibꝰ. Quecūqz de naturalibus ⁊ animalibus actionibus queruntur: multis editis voluminibus docuimus. Que de Hypocratis ac Platonis decretis inscripsimus. Eodem considerandi genere continentur libri de semine seorsuz editi. Item libri de dissectione Hypocratis: quibus omnibus liber de vsu partium sequitur. In dinotationem preterea morboruz liber de locis affectis ⁊ venis: liber de pulsibus vtilis est: quo loco etiam presensiones docemus. Antecedūt preterea libruz de pulsibus duo alij libri. Alter de vsu spirationis: alter de vsu pulsuum. Liber preterea de pulsibus in quattuor partes distributus est. Prima est de differentia coꝝ. Secunda de dinotatione. Tertia de causis pulsuum. Quarta de presensione pulsuum. Ex eodem genere est liber: qui scribitur de instituendis discipulis: de quo artem aut de pulsibus compendium inscribam. Utiles preterea sunt ad hanc consideratione z libri de pulsibus aduersus archigenez: in quo enarro ac iudico. Porro vtilis ad presensiones est liber de iudicijs: hunc precedit liber de diebus decretorijs: quinetiā liber de aspirationis difficultate in cognitionem presentis dispositionis ac presensionem futuroꝝ malorum aut bonorum; circa egrum vti

lis existit. Hi igitur omnes libri: ac cum eis alij quidam sunt libri singu lares: quos euoluere vsui est. Qualis est liber de causis procatarticis: ac liber de peritia medicinali: ac liber de victu extenuante. Item liber de mittendo sanguinem aduersus erasistratum: ac liber de tumoribus preter naturam. Itidem liber de nimietate: ꝛ alij istiusmodi. Verū maxime necessarij sunt ad curandi viam ꝛ rationem liber de morborū differentiis: ac de diuersitate accidentium: ac tertius liber in qua morborum causas docuimus: a quibus alij tres existunt: accidentium causas enarrantes. Libri de simplicium medicamentorū viribus sunt quorū antea fecimus mentionem. Item libri de compositione medicamentorum: quibus libri de curandi via ꝛ ratione sequuntur priuatim scripti atq; etiam libri de tuenda valitudine. Ceterum vt ante exerceri oportꝫ in libris de demonstratione eum qui sit artem medendi rationabilem professurus: libro de optima heresi diffinitum iam est. Ceterū de alijs libris ac cōmētarijs: quos scripsimus minime necesse est hoc loco persequi. Nā de his omnibus alibi dicturi sumus: forte vno: aut duob⁹ libris editis habituris inscriptionem.

¶ Explicit Galeni Ars parua.

¶ Liber canonis Primus quē princeps Aboali Abinsceni de medicina edidit: trāslat⁹ a magr̄o Gerardo cremonensi in Toleto ab arabico ī latinū.

¶ Verba Aboali Abinsceni.



N primis deo gratias agam⁹ sicut sui ordinis celsitudo ꝛ bñficij ipsi⁹ multitudo meret cui⁹ misericordie sup oēs ꝓphetas existunt. ¶ Et post dicā qđ qdā de melioribus amicis quos hīc video: cui in oib⁹ ꝑ qb⁹ me deprecat⁹ fuerit satisfacere debeo de re quā possū: me rogauit vt ei librū de medicina faciā: ei⁹ regulas vl'es ꝛ ꝑticulares taliter ꝯphendētē: vt explanatio cū breuitate in eo ꝯiūgat: ꝛ sꝫ plīn afferā qītū ē afferendum de declaratiōe in verbis paucis. Quod eqdē ꝯcessi. Et mihi placuit vt in primis loquerer de rebus ꝛ vniuersalibus vtriusq; partis medicine

theorice vz & practice. ¶ Postea vero loquar de vniuersalib⁹ iudicio rum virtutum medicinarū simplicium. Et post hec de particularibus eorumdē. ¶ Deinde loquar de egritudinibus: que in vnoquoqz contin gunt membro. Prius tamen incipiam ab anathomia illius membri & eius iuuamento. De anathomia enim simpliciuz membroꝝ: & similiter iuuamētis: in libro primo vniuersali iā tunc locutus ero. Cū aūt mēbri anathomia ꝯsumauero: in ꝙ plib⁹ locis demōstrare incipiā quō ei⁹ cō/ seruet sanitas. Dein de sermone absoluto ostendā ei⁹ egritudines vni/ uersales: & cās: & semitas cognoscēdi eas: & vias eas medicādi in sermo ne etiam vniuersali. Postꝙ autez has res vl'es expleuero: ad egritudi nes redibo particulares: & in ꝙ pluribus earum etiaz demonstrabo in primis iudiciū vl'e in eius diffinitiōe: & ipsis causis & significationib⁹. Deinde ad iudicia reuertar pticularia. Post ostēdam regulā vl'em in medicando. Dein de descēdā ad medicandū pticulariter cū vnaquaqz medicina simplici aut composita. Ad illud aūt qđ pri⁹ dicam de iuua/ mento medicinarū simpliciuz in egritudinib⁹ in libro medicinaꝝ sim/ plicium in tabulis pictis quas bonuz est fieri: sicut in discipline modo aspicies cum ad ipsum peruenies nō reuertar ad dicendum nisi modi cam rem. De medicinarū quoqz cōpositarū que mihi videbunt in anti dotario melius ponende in iuuamentis: & quō misceant: vsqz ibi loqui dimittam. Placet aūt mihi vt postꝙ hunc librum cōsumauero: alium librum componam de rebus particularibus in quo sit proprietas no/ minandi egritudines: que cum accidunt nō sunt vni eidem mēbro ꝓ/ prie: in quo etiam de pulchritudine loquemur: & vt in hoc libro eo calle ꝓcedam quo in libro particulari qui est ante ipsuz processi. ¶ Qđ si mi hi deus auxiliatus fuerit: & hūc cōsumauero librum: addam postea in vno libro antidotariū. ¶ Nō est aūt bonū vt huius libri plurimū nō sit apud vnūquēqz: & in eius memoria q huius doctrine nomine vocari & per eā lucrari desiderat. Minus naqz qđ medico necessariū est cōprehē dit. Qđ vero super ipm additū est: incomprehēsibile est. ¶ Qđ si deus meum ꝓlongauerit terminū: & scđa successerit fortuna: me ad alia ꝑpa/ rabo. Nūc aūt hūc ꝯponā libꝝ quē in qnqz sic diuidā libros.

¶ Fen prie: Doctrine prie: Libri pri/ mi de diffinitione medicine. Cap. j.



Dico ꝙ medicina est sciētia qua humani corporis dispositiones noscuntur ex parte qua sanatur: vel ab ea remo/ uetur: vt habita sanitas cōseruet & amissa recuperetur. ¶ Potest autem aliquis dicere ꝙ medicina diuiditur in theoricam & practicam: sed tu totam ipsam posuisti theoricam cum dixisti ꝙ est scientia. ¶ Nos autez respō.

debimus et dicemus quod artium quiddam est quod est theorica et practica. Et de philosophia quod est theorica et practica. Et de medicina dicitur quod est theorica et practica. ¶ In vnaquaque autem harum diuisionum aliud volumus dicere cum dicimus theoricam: et aliud cum dicimus practicam: non tamē nobis necesse est declarare diuersitatē que inter eas existit nisi in medicina. ¶ Cum ergo de medicina dixerimus quod eius est theorica et ex ea est practica: nō est existimandū quod velimus dicere quod vna diuisionum medicine est scire: et altera operari: queadmodū multi hunc locum perscrutantes existimant. ¶ Sed debes scire quod illud quod volumus est aliud: et quod nulla duarum diuisionum medicina est nisi scientia. Sed vna earum est ad scienda principia. Et altera ad sciēdum operandi qualitatem. Post vero primam earum nomine scientie aut theorice appropriauimus: et alterā appropriauimus nomine practice. ¶ Per theoricam vero ipsius volumus quod quando eam sciuerimus scientiam tantum acquiremus: ita quod in declaratione qualitatis operationis nos non immittemus. Sicut dicitur in medicina quod genera febrium sunt tria: et complexiones sunt nouem. ¶ Et per practicam ipsius volumus non operationem in effectu: neque laborem motionum corporearum: sed diuisionem operationis medicine: que cum eam sciuerimus auxiliabitur nobis ad inquirendum scientiam vel sententiam: et ipsa sciētia erit in qualitate operationis. Sicut dicitur in medicina quod apostematibus calidis adhibenda sunt in principio que repellant et infrigident et inspissent: et postea repellentia cum resoluentibus temperabimus. Et post statum. Postea in declinatione sufficienter mollificantia resoluētia. Preterquam in apostematibus que sunt de materijs quas membra expellunt principalia. Hec igitur doctrina in sententia tibi auxiliatur. Et hec sententia est declaratio quantitatis operatiōis. ¶ Cumque duarum diuisionum qualitatem scieris iam scientiam scientialem et scientiam operatiuam adeptus eris et si nunquam operatus fueris. ¶ Neque etiam aliquis dicere potest quod dispositiones corporis humani sunt tres: egritudo: sanitas: et dispositio: que neque est sanitas neque egritudo: cum tibi due sufficerint. Possibile namque est vt cum huiusmodi dictor bene considerauerit non inueniat vnam duarum rerum affirmātem hanc trinitatem neque negantem. ¶ Amplius si hec trinitas necessaria fuerit: quod diximus tibi remoueri a sanitate colliget infirmitatem: et dispositionem tertiam: quam non habere sanitatis diffinitionem posuerunt: que est habitus aut dispositio ex qua operationes subiecti ipsius sane prouenitunt. Neque huius diffinitionis oppositum: nisi sanitatem diffinierint quemadmodum desiderauerint et posuerint in ea conditionem qua non indiget. ¶ Preterea cum medicis in hoc non litigemus. Neque enim sum qui cum eis in huiusmodi disputare debeam. Neque litigium hoc eis neque illis qui contra eos sunt in medicina auxiliabitur. Huius enim rei certitudo alterius doctrine principijs pertinet.

¶ De ſubiectis medicine. Capitulum.2.

Quoniam medicina corpus humanū ex parte vnde ſanatur ꝛ a ſa-
nitate remouetur conſiderat: ꝛ cuiuſqȝ rei ſcientia nō acquiritur
neqȝ completur cum cauſas habuerit: niſi per ſuas cauſas ſciatur: ergo
debemus in medicina ſcire ſanitatis ꝛ egritudinis cauſas. ¶ Et qꝛ ſani
tas ꝛ egritudo ꝛ earum cauſe plerūqȝ ſunt manifeſte: plerūqȝ occulte
que non ſenſu neqȝ niſi per ſignificationes accidentiuȝ comprehendū-
tur: debemus etiā in medicina ſcire accidentia que in ſanitate accidūt
ꝛ egritudine. ¶ Jam autem declaratum fuit in ſcientijs veridicis ꝙ rei
ſciētia non acquirit niſi per ſcientiā cauſarum ꝛ principiorum ipſius ſi
cauſas habuerit ꝛ principia: aut nō cōpletur niſi ex parte ſciendi eius
accidentia ꝛ cōcomitantia eſſentialia. ¶ Cauſaꝝ vͦo quattuor ſunt ſpēs
materiales: efficientes: formales: ꝛ finales. ¶ Cauſe vero materiales po
ſite in quibꝰ ſanitas ꝛ egritudo menſurant ſunt. Subiectū quidē pro-
pinquū mēbrum aut ſpiritus. Et ſubiectū quidez longinquum humo-
res. Et eis longiora ſunt elementa. Et hec duo ſunt ſubiecta ſm̄ com-
poſitionē lȝ ſint cum alteratiōe. ¶ Jn cuiuſqȝ autē rei cōpoſitiōe ꝛ alte
ratiōe que ſic cōponitur ad aliquā huiuſmodi peruenit vnitatē: ꝛ hec
vnitas ad quā huiuſmodi reuertit multitudo: aut eſt cōplexio: aut for-
ma. cōplexio vero eſt ſm̄ alterationē: ꝛ forma ſm̄ cōpoſitionē. ¶ Effici-
entes aūt cauſe ſunt cauſe permutantes ꝛ conſeruantes humani corpo-
ris diſpoſitiones: ſicut ſunt aeres ꝛ que eis cōtinuant. Et comeſtiones
ꝛ aque ꝛ potus ꝛ que eis cōtinuant. Et euacuatio: ꝛ retentio. Et regio-
nes: ꝛ ciuitates: ꝛ loca habitabilia: ꝛ que eis cōtinuant. Et motus ꝛ ge-
tes ꝛ corporei aiales: ꝛ ex eis ſunt ſomnus ꝛ vigilie. Et alteratio in eta-
tibus ꝛ diuerſitas in eis: ꝛ in generibꝰ: ꝛ in artibꝰ: ꝛ in moribus: ꝛ in re-
bus que in humano ſuperueniunt corpore ipſum tangentibus: ſiue ſint
ↄtra nām: ſiue nō ſint cōtra nām. ¶ Formales vͦo cauſe ſunt complexio-
nes ꝛ virtutes que poſt eas eueniūt ꝛ cōpoſitiones. ¶ Cauſe aūt finales
ſunt operatiōes. Et in ſciētia q̄dē operationū eſt ſciētia virtutuȝ: ꝑcul-
dubio ꝛ ſcientia ſpirituū que ſunt virtutū ſubiecta: quēadmodum nos
declarabimus. ¶ Hec ergo ſunt ſubiecta doctrine medicinalis vn̄ ali-
quis inquirit de corpore humano quō ſanatur aut infirmat. ¶ Huiꝰ aūt
inquiſitionis perfectionē. ſ. vt ſanitas ↄſeruet ꝛ egritudo remoueat: oȝ
etiā habere partes ſm̄ iſtaꝝ duaꝝ diſpoſitionū ꝛ ſuoꝝ inſtrumētorum
cauſas. ¶ Et huiuſmodi quidē cauſa eſt regimē cuȝ comeſtione ꝛ potu.
Et electio aeris. Et menſura motus ꝛ quietis. Et medicatio cum medi-
cina. Et medicatio manualis. ¶ Hoc aūt totū apud medicos eſt ſȝ tres
ſpēs: ſanoꝝ: ꝛ egroꝝ: ꝛ medicoꝝ quos modo nominauimus ꝛ dicemus
quō inter duas diuiſiōes inter quas ꝑculdubio non eſt mediuȝ media
vocētur. ¶ Et poſtq̄ iā diuiſerimus has demōſtratiōes: tūc iaȝ collectū
eſt nobis ꝙ medicina tractat de elemētis: ꝛ cōplexionibus: ꝛ humoribꝰ:
ꝛ membris ſimplicibus ꝛ cōpoſitis: ꝛ ſpiritibus: ꝛ virtutibus eoruȝ na-

turalibus et animalibus: et vitalibus: et operationib⁹: et dispōnib⁹ corporis. s. sanitate: et egritudine: et medio: et causis eaꝝ. s. comestione et potu: et aeribus: et aquis: et regionib⁹: et motibus: et quietibus corporis: et aialibus: et etatibus: et generib⁹: et extrinsecus accidētib⁹ que corpori eueniunt ex reb⁹ extraneis: et regimine cū comestiōib⁹ et potib⁹: et medicinis: et manuū operatiōib⁹ ad sanitatē ꝯseruandā et vnāquāqꝫ egritudinem medicādā. ¶ Haꝝ vero reꝝ q̄dā sunt de qb⁹ medico nihil aliud ē agendū nisi vt qd sint tātū essentiali formatiōe informet: et vtrū sint vel non sint doctori sapiētie physicalis credat. ¶ Et eaꝝ sunt de qb⁹ in sua arte ratiocinari dꝫ. ¶ Que ergo eaꝝ sunt sicut principia vtrū sint vel nō sint credere dꝫ. Sciētiaꝝ nāqꝫ pticulariū principia credita recipiuntur et in alijs sciētijs que ḃm ordinē sunt an̄ eas ratiocinant: et ita fit donec sciētiaꝝ oīum principia ad phiaꝫ primā que metaphysica nūcupat eleuentur. ¶ Cūqꝫ aliqs medicoꝝ loq inceperit et affirmare elemēta et cōplexionē et que ista sequunt ex eis: que sciētie nālis subiecta existūt aggressus fuerit: errabit ideo ꝙ in scia medicine mittit qđ eius non est: et errabit qꝛ se aliqd declarasse existimabit cū nihil declarauerit. ¶ Eius ꝟo de quo medicus formare dꝫ qd sit: et vtrū sit vel nō sit cui⁹ eē nō est manifestuꝫ credere hec est sūma. ¶ Elementa an sint: et quot sint: et qūo sint: et q̄ sint. Et cōplexiones q̄ sint: et quot sint. Et humores an sint: et quot sint: et qūo sint. Et ꝟtutes vtrū sint: et quot sint. Et spūs vtrū sint: et quot sint: et vbi. Et queqꝫ mutatio hꝫ dispōnē et eius mora hꝫ causaꝫ. Et cause quot sint. Mēbra autē et eoꝝ iuuamēta sensu et anathomia discernere debet. ¶ Ea aūt de quibus formādo ratiocinari dꝫ sunt egritudines et earum cause particulares et earuꝫ signa et qualiter egritudo remoueat et sanitas cōseruet. Et cuiuscūqꝫ eaꝝ esse occultū fuerit ad aliud declarandū demōstrationē afferre dꝫ ipsuꝫ diuidendo numerando et complendo. ¶ Galenus nāqꝫ cuꝫ demōstratiuam argumētationē super diuisionem primam facere aggressus est nō dꝫ aggredi inq̄tū est medicus sed inq̄tuꝫ est phylosophus. ¶ In sciētia enim naturali dꝫ loq sicut alphachi: qui cuꝫ affirmare aggressus fuerit ꝙ cōmunitatē sequi debēt nō dꝫ loqui de hoc inquātū est alphachi. sed inquātū ipse est mutachelin. Medicus enim inq̄tū est medicus: et alphachi inq̄tū est alphachi non pōt de hoc rōcinari. Qđ si nō: ꝑueniemus ad circuitionem.

¶ Doctrina secunda.

¶ Doctrina. ij. de elemētis cuius est vnum capitulum.

Elemēta sunt corpora et sunt ptes primi corporis humani et alioꝝ que in corpora diuersarum formarum diuidi minime possunt ex quoꝝ cōmixtione species diuerse generatoꝝ fiunt. ¶ Medicus aūt physico credere dꝫ ꝙ sunt quattuor et nō plura: quoꝝ duo sunt leuia: et duo grauia. Leuia sunt ignis et aer. Grauia terra et aqua. ¶ Terra est corp⁹ simplex cuius locus naturalis in medio totius existit in quo naturaliter manet quieta et ad ipsuꝫ cuꝫ ab eo separata fuerit naturaliter mouetur et hec quidē eius naturalis grauitas existit. Cuius quideꝫ natura frigi-

Terra qd

da est ⁊ sicca. Ipsa .n. talis existit ꝙ si dimissa fuerit: neq₃ altera res ex/
trinseca eā ꝯuerterit appebit ex ea frigiditas sensibilis ⁊ siccitas. Eius
vero esse in generatis iuuamētū pstat ad retētionē faciēdaȝ ⁊ fixionem
⁊ ad cōseruādas figuras ⁊ formas. ¶ Aqua autē est corpus simplex cu/
ius naturalis locus est: vt sit circūdans terraȝ ⁊ circūdata ab aere cum
in suis sitib⁹ naturalibus pmāserit. Et hec quidē est eius grauitas ꝯpa
ratiua q̄ frigida est ⁊ humida .s. ei⁹ natura talis existit. ꝙ si dimissa fue/
rit sicut est: neq₃ vlla causa extrinseca ei ꝯtraria fuerit apparebit ex ea
frigiditas sensibilis: ⁊ dispositio que est humiditas. Et ipsa quidem est
eius generatio in creatione sua que reddit eā aptaȝ ad spargendum: ⁊
extendendū pro qualibet re q̄uis sit pauca. Et recipit oēm figurā q̄ est
sed nō retinet. Cuius esse in generatis iuuamentū prestat ad figurādas
formas quas in suis diuisionibus aliqui figurare volunt: ⁊ ad figuran/
duȝ: ⁊ ad lineandū ⁊ temperandū. Humiduȝ enim licet cito formas figu
rales amittat: cito tamē eas recipit. Sicut siccū lȝ eas duriter suscipiat
duriter tamen retinet eas. Cūq₃ humidum ⁊ siccum se adinuicem tem
perauerint: adipiscet siccum ab humido vt cito suscipiat tensionem: ⁊
facile figurari possit. Et acquiret humidum a sicco vt retineat firmiter
qđ in eo accidit ex rectificatione ⁊ equatione. Et propter humidum p/
hibetur siccum a sua separatione. Et propter siccum prohibetur humi
dum a sua fluxibilitate. ¶ Aer autem est corpus simplex cuius natura/
lis locus est vt sit super aquam ⁊ sub igne. hec enim est eius leuitas cō/
paratiua. Ipsius enim natura calida est ⁊ humida ſm regulam quam
diximus. Cuius quidē esse in generatis iuuat vt ratificentur: ⁊ alleuien
tur: ⁊ subtilientur: ⁊ ad superiora eleuentur. ¶ Ignis vero est corpus
simplex cuius naturalis locus super omnes elementarias existit par/
tes: qui est concaua celi superficies: ipse naq₃ ad celuȝ peruenit. Et hec
quidē est eius leuitas absoluta. Cuius natura calida est ⁊ sicca. Et eius
esse in generatis prestat iuuamentum vt maturet: ⁊ subtiliet: ⁊ permi/
sceat: ⁊ vt eius penetratione currat per ea substantia aerea: ⁊ vt duoruȝ
elementorum grauium frigidorum puram frigiditatē frangat: ⁊ vt de
elementaria proprietate ad complexionalitatem redeant. ¶ Duo autē
grauia plus iuuant ad membrorum generationē ⁊ eoꝝ quietē. Et duo
leuia plus iuuant ad generationem spirituū ⁊ motionem eorum: ⁊ ad
mouēda mēbra: licet motor nō sit nisi anima. ¶ Hec sunt elementa.

¶ Doctrina tertia.

¶ Doctrine tertie de complexionibus. Capitulum .i.

Complexio est qualitas que ex actione adinuicem ⁊ passione con/
trariarum qualitatum in elementis inuentarum: quorum par/
tes ad tantam paruitatem redacte sunt: vt cuiusq₃ earum plurimum
contingat: plurimum alterius prouenit. ¶ Cum enim ōdinuicem agūt
⁊ patiuntur suis virtutibus: accidit in earum summa qualitas in toto
earum similis que est complexio. ¶ Et quoniā virtutes prime que sunt
in elementis predictis sunt quattuor: caliditas: frigiditas: humiditas:

⁊ siccitas:tunc manifestum est ꝙ complexiones in corporibus genera-
tis ⁊ corruptis sunt per eas. ¶ Et illud quidem est ſm ꝙ opꝫ per diui-
sionem rationalem cum consideratione absoluta absq̄ʒ vlla compara-
tione ad rem aliquam. ¶ Et est duobus modis. ¶ Quorum vnus est vt
sit complexio equalis ita vt q̄ntitates qualitatum cōtrariaꝝ in comple-
xionato sint equales:nō superātes:neq̄ʒ superate:⁊ sit complexio qua-
litas in medio eaꝝ vere. ¶ Alter vero modus est:vt nō sit cōplexio qua-
litatū contrariaꝝ media absolute:sed ad vnā magis declinet extremi-
tatū:aut in cōtrarietate que est inter caliditatē ⁊ frigiditatē:aut in con
trarietate que est īter humiditatē ⁊ siccitatē:aut īter vtrasq̄ʒ. ¶ Quod
aūt in doctrina medicine ꝯsideraꝶ equale aut extra equalitatē non est
hoc neq̄ʒ illud. Sꝫ medicus physico credere dꝫ ꝙ equale ſm hāc inten-
tionē quā diximus īpossibile est aliquo mō inueniri:quāto magis vt sit
hōis ꝯplo:aut mēbri humani. ¶ Debes aūt scire ꝙ equale de quo me-
dici in suis inq̄sitionib⁹ tractāt nō est denominatū ab equalitate in qua
equalitas cū pōdere equalr̄ existit. sed denominaꝶ a iustitia in diuisiōe.
Et hoc est ꝙ in cōplexionato in primis attēdiꝶ:siue sit corpus totū:siue
sit mēbrū vnū:vt sit in eo de elemētis cū suis q̄ntitatibus ⁊ qualitatib⁹
mēsura quā hūana natura hꝫ dꝫ ſm meliorē ꝓportionis ⁊ diuisionis
equitatē. ℂ Accidit aūt diuisio cū hō eā habuerit vere equalitati quaꝫ
primā dixim⁹ valde sit ꝓpinqua. ¶ Huic vero equalitati que ſm huma-
na attēdiꝶ corpora:⁊ que est in cōparatiōe alioꝝ que hāc nō hn̄t equali-
tatē neq̄ʒ hn̄t ꝓpinquitatē equalitatis quā prius noīauimus quā habꝫ
hō:octo ꝯsiderationū accidūt modi. ¶ Aut enī erit ſm spēm cōparatā
ei que ab ea diuersificaꝶ ⁊ est alia ab ea. ¶ Aut ſm spēm vel aliter ſꝫ vnā
maneriem speciei cōparatam ei qđ est diuersum ab ea ex eo qđ est in ea.
¶ Aut erit ſm aliquā partem speciei comparatam ei qđ ab ea diuersuꝫ
existit ⁊ est extra ipsam ⁊ in eius specie. ¶ Aut erit ſm partem speciei cō-
paratam ei qđ diuersum est ab ea ex eo qđ est in eius parte sue speciei.
¶ Aut erit ſm singulare comparatum ei quod est diuersum ab eo ⁊ est
extra ipsum. ¶ Aut erit ſm singulare comparatum suis dispositionib⁹
que in ipso sunt. ¶ Aut erit ſm membrum comparatum ei quod ab eo
diuersum existit ex eo qđ est extra ipsum in corpore suo. ¶ Aut erit ſm
membrum comparatum suis dispositionibus in seipso. ¶ Primus mo-
dus est equalitas que in homine attenditur comparatione aliorum ge-
neratorum ⁊ est res magnam habens latitudinem que diffinitione mi-
nime pōt ꝯprehendi:neq̄ʒ etiā qualitercūq̄ʒ ꝯtingat existit:sed īter mul
titudinē ⁊ paucitatē duas obtinet extremitates:ab vna quaꝝ cū egres-
sa fuerit nō poterit eē hūana ꝯplo. ¶ Scđs vō modus ē medialis q̄ in-
ter duas extremitates hui⁹ late ꝯplexiōis existēs iueniꝶ ī īdiuiduo qđ
est in vltio eq̄litatis ex spē q̄ est in fine eq̄litatis. ⁊ in etate in q̄ augmen
tū ad suū ꝑuenit finē. Et hec q̄dē equalitas:lꝫ ēt nō sit equalitas certa
quā in hui⁹ capituli pricipio noīauimus eo ꝙ hāc iueniri nō ē poſſe:ē
tñ ei ꝓpinqua. Et hic ēt hō equalitati nō q̄litercūq̄ʒ vicinus existit:sed

ꝫm suoꝝ membroꝝ alteratione͂ vel alternatione͂: calidoꝝ sicut cor: ⁊ fri
gidoꝝ sicut cerebrum: ⁊ humidioꝝ velut epar: ⁊ siccoꝝ sicut ossa. ¶ Cuȝ
ergo ponderabu͂t ⁊ equabunt erit vicinus equalitati certe. In co͂side-
ratio͂e vero cuiusqȝ me͂bri: no͂ nisi vnꝰ qd̓ est cutis: quea͂dmodu͂ postea
dicemus. In ꝯpatione au͂t spirituu͂ ⁊ me͂broꝝ principaliu͂ impossibile e͂
ipsuȝ huic certe equalitati ee͂ ꝓpinquu͂: sȝ egredit ab ea tende͂s ad cali-
ditate͂ ⁊ hu͂iditate͂. ¶ Uite eteniȝ principiu͂ sunt cor ⁊ spu͂s: q̄ qde͂ ambo
veheme͂ter calida existu͂t ad supfluitate͂ declina͂tia. Et vita qde͂ existit p
caliditate͂. Et augme͂tu͂ p hu͂iditate͂. Eteni caliditas in humiditate exi
stit: ⁊ ab ea nutrit. ¶ Me͂bra v̓o p̓ncipalia sunt tria sicut declarabimꝰ.
Et ex eis qde͂ e͂ vnu͂ frigidu͂ qd̓ e͂ cerebru͂: cuius frigiditas no͂ puenit ad
cordis caliditate͂ te͂perandā: ⁊ ep̄is caliditate͂ te͂perandā. Et ex eis vnu͂
est siccu͂ aut siccitati ꝓpinquu͂: ⁊ ipsuȝ est cor: sed eius siccitas no͂ pueniṫ
ad humiditate͂ cerebri ⁊ ep̄is te͂perandā. Neqȝ e͂t cerebꝝ tm͂ est frigidu͂.
Neqȝ cor tm͂ est siccu͂. Sed cor comparatio͂e alioꝝ duoꝝ est siccu͂. Et cere
bruȝ alioꝝ duoꝝ co͂paratione e͂ frigidu͂. ¶ Modi v̓o tertij latitudo an-
gustior est latitudine p̓mi modi. s. equalitatis sp̄alis: latitudine͂ tn͂ he͂t
magnā. Et est co͂plexio q̄ alicui gentiu͂ ꝯgrua existit ꝫm co͂parationem
alicuius climatis ⁊ alicuius aeris. Indi nāqȝ complexione habent insi
mul qua sani existu͂t. ⁊ sclaui aliaȝ hn͂t co͂plexioneȝ qua sani degunt. ⁊
vnaqueqȝ eaꝝ p co͂paratione͂ ad suā spe͂m sue speciei co͂paratio͂e est te͂-
perata que co͂paratio͂e alterius no͂ est conte͂perata. Corpus nāqȝ indi-
cum ꝫm co͂plexione͂ sclaui quale fiet: aut infirmabit: aut moriet. Et silr͂
cu͂ sclaui co͂plexio͂e indi q̄le reddet: erit corpis dispo͂ co͂traria. ¶ Que-
qȝ igit spe͂s in terra habitabili co͂moratiu͂ habebit co͂plexione͂ eis pro-
priā aeri sui climatis ꝯueniente͂ ⁊ habebit latitudine͂: cuius qde͂ latitu-
do hȝ duas extremitates: multitudinis ⁊ paucitatis. ¶ Quartus aute͂
modus e͂ mediu͂ qd̓ est iter duas extremitates latitudinis co͂plexionis
climatis. Et ip̄m est co͂plexio co͂plexio͂is spe͂i te͂peratior. ¶ Modus v̓o
qntus e͂ angustior p̓mo ⁊ tertio. Et e͂ co͂plexio quā dȝ hr͂e indiuiduu͂ de-
signatu͂ qua viuu͂ ⁊ sanu͂ reperit. Que e͂t latitudine͂ hȝ ad quā due ter-
minant multitudinis ⁊ paucitatis extremitates. ¶ Debes au͂t scire ꝙ
oe͂ indiuiduu͂ dȝ hr͂e ꝯplexione͂ sibi solu͂mo͂ ꝓpriā in qua aliud ei asso-
ciari est impoe͂. ¶ Sextus au͂t modus e͂ mediu͂ qd̓ e͂ iter istos duos ter-
minos qd̓ est co͂plexio: quā cu͂ habuerit: indiuiduu͂ erit melioris co͂ple-
xionis cuius ip̄m ee͂ opȝ. ¶ Modus au͂t septimꝰ est co͂plexio quaȝ vna-
queqȝ membroꝝ spe͂s hr͂e dȝ in qua aliud diuersificat. Equalitas nāqȝ
ossis est vt siccitas in eo plus abu͂det. Et cerebri vt humiditas in eo plu
rimu͂ abu͂det. Et cordis vt in eo sit plus caliditatis. Et neruoꝝ vt in eis
plurimu͂ abu͂det frigiditas. ¶ Modus au͂t octauus est co͂plexio me͂bri
singularis: quā cum habuerit erit melioris dispo͂nis quā hr͂e po͂t. ¶ Cu͂
au͂t spe͂s ꝯsiderauimus inueniemus hoi͂em certe equalitati propinquio-
rem. ¶ Cu͂qȝ regiones attenderimus certificatu͂ nobis erit ꝙ si fuerit
locus qui in habitabitur sub equatione diei: neqȝ aliqua de rebus ter-

reniis obulando impediuerit videlicet montes aut maria: oportebit ibi habitantes equalitati certe ꝓpinquiores existere ꝙ̃ alicuius regionuz.

¶ Jam autẽ nobis affirmatũ est ꝙ opinio que accipit ꝙ excessus ab eq̃litate est causa ꝓpinquitatis solis: est falsa. Rectitudo enim solis super capita minus ibi malum operat̃: ⁊ minus mutat aerem ꝙ̃ rectitudinis propinquitas apud nos: aut apud eos qui sunt in maiori latitudine ꝙ̃ nos: licet rectitudinem non habeamus. ¶ Amplius autẽ omnes dispositiones morantiuz in linea equinoctiali sunt dispositiones nobiles similes. Neqꝫ aer ibi impeditur impedimento sensibili: sed eorum cõplexionibus semper est similis. Et ad hanc sententiam affirmandam iam fecimus dictionez. ¶ Post istos aũt qui in quarto morãtur climate magis temperati existunt. Non enim adurunt̃ ꝓpter moram rectitudinis solis super eoꝝ capita. Neqꝫ elongatur ab eis parum: quemadmodum fit in climate secundo ⁊ tertio. Neqꝫ congelantur sicut contingit his q̃ in extremitate quinti climatis habitant ⁊ qui ſm latitudinẽ sunt remotiores ꝓpterea ꝙ sol ab eoꝝ capitibus est remotus. ¶ In membris vero iam manifestuz fuit ꝙ mẽbra principalia nõ sunt equalitati certe multuz ꝓpinqua. Jmmo oportet vt scias ꝙ caro est membruz illi equalitati magis propinquũ ꝙ̃ cetera membra. Cutis tamen carne ꝓpinquior ẽ. Quasi enim non patitur ab aqua equaliter temperata cuius medietas sit nix ⁊ altera medietas sit aqua feruens: Et forsitan caliditas venarũ ⁊ sanguinis neruoꝝ frigiditati in ea equatur. Similiter quoqꝫ non patitur a corpore quod bene temperatuz existit ex siccioribus corporib⁹ ⁊ humidioribus cum in eis equalia fuerint. ¶ Et nos quidem scimus ꝙ nõ est causa quare nõ patiat̃ nisi qꝛ non sentit illud. Neqꝫ est tale quale illud nisi qꝛ propter ipsuz non patitur. Nisi enim tale esset quale illud propter illud pateretur. Res enim que vnius sunt originis ⁊ in naturis opponunt̃: vne ab aliis patiũtur: sed ab eo qd̃ ei in qualitate cõicat res non patitur. ¶ Quod aũt in cute magis existit temperatũ est cutis manus. Et qd̃ in cute manus temperatius est: est cutis vole. Et tẽperatius eius est quod est super digitos. Et temperatius eius est qd̃ est super indicem. Et qd̃ temperatius eius est quod est in pulpa extremitatis ei⁹: ⁊ propter illud est melioris sensibilitatis. Et qd̃ in cute vole magis existit temperatum: est qd̃ in digitorum extremitatibus inuenit̃. Quapropter extremitates digitoꝝ aliorũ quasi iudices existunt qualitatũ natura tactualium. Debet enim declinatio iudicis equalis existere ad vnãquãqꝫ extremitatum: ideo vt egressum ab equalitate ⁊ a medietate percipiat.

¶ Debes aũt scire vltra hoc qd̃ sciuisti ꝙ cum dicimus de medicina ꝙ est temperata nolumus dicere ꝙ sit tẽperata certe: quoniã illud est impossibile. Neqꝫ volumus dicere ꝙ temperamento humano in sua complexione sit temperata. Si enim ita esset: tunc esset ex ipsamet humana substantia. ¶ Sed volumus ꝙ cum propter calorem naturalem qui in corpore existit humano patietur: qualitate afficietur que hois q̃litatez non supergredit̃ in aliqua duaꝝ extremitatũ equalitate excedentium.

Non ergo in ipso operabit effectuz qualitatē excedentem. Considera-tione igitur sue operatiōis in corpore humano est equalis. ¶ Et similr cum dicimus ꝙ est calida aut frigida: nolumus dicere ꝙ in sui substā-tia sit in vltimo caliditatis aut frigiditatis: aut in sui substantia sit ca-lidior corpore humano aut frigidior. Si enim ita foret: cuius cōplexio esset sicut hoīs cōplexio: esset tēperatū. ¶ Sed volumus dicere ꝙ ꝓpter ipsaz in corpore hoīs peruenit caliditas ⁊ frigiditas maior illa q̄ꝫ ex se habebat. ¶ Quapropter vna medicina plerūqꝫ est frigida hūani cor-poris ꝯparatiōe: ⁊ ꝯparatiōe corporis scorpionis calida: ⁊ humani cor-poris ꝯparatiōe calida: ⁊ frigida corporis serpentis cōparatiōe. Immo qūqꝫ ⁊ vna medicina existit calida cōparatiōe corporis petri magis q̄ꝫ cōparatiōe corporis pauli. Ideoqꝫ precipit eis qui medicant vt cuz cō-plexionē mutare voluerint ⁊ vnaz adhibuerint medicinā que nō cōtu-lerit ab ea discedant. ¶ Postq̄ꝫ igitur de cōplexione tēperata que dicē-da erant ꝯpleuimus: ad loquēdū de cōplexionibus distēperatis redea-mus. ¶ Dicemus itaqꝫ ꝙ cōplexiones distēperatas equale est siue com-prehēderis ſm ꝯparationē speciei aut ꝑtis: aut indiuidui: aut membri: que sunt octo. Et sunt oēs cōicantes in hoc ꝙ cōplexioni tēperate sunt opposite. Et he octo ꝓueniunt quēadmodū dicemus. Et est ꝙ egressus ab equalitate: aut est simplex qui equalitatē nō excessit nisi ſm vnā con-trarietatem: aut est cōpositus qui equalitatem ſm duas contrarietates excessit. ¶ Et simplicis quidem qui ſm vnam excesserit contrarietatez: aut est excessus ſm contrarietatem agentem. Quod est aliquo duorum modorum. Quoniam aut est calidior q̄ꝫ debet: sed nec est humidior nec siccior: aut frigidior q̄ꝫ debet: sed neqꝫ humidior neqꝫ siccior. Aut ſm cō-trarietatem patientem. Quod est vno duorum modorum. Quoniā aut est siccior q̄ꝫ debet sed nō est calidior neqꝫ frigidior: aut humidior sed non est frigidior neqꝫ calidior. ¶ Iste tū quattuor nō diu ꝑmanēt. Caliditas nāqꝫ maior q̄ꝫ debet reddit corpus siccius q̄ꝫ oꝫ. Et frigiditas maior q̄ꝫ oꝫ facit corpus humidius q̄ꝫ opꝫ humiditate extranea. Et siccitas ma-ior q̄ꝫ debet cito reddit ipsum frigidius q̄ꝫ opꝫ. Et humiditas maior q̄ꝫ oꝫ si valde fuerit suꝑflua velocius reducit ipsum ad frigiditatē q̄ꝫ sicci-tas maior. Que si plurima nō fuerit ꝯseruabit ipsuz ꝓlixiori tp̄e. Ad vl-timū vero reddit ipsum frigidius q̄ꝫ oꝫ. Tu tū ex hoc intellige ꝙ equa-litas ⁊ sanitas magis pertinent caliditati q̄ꝫ frigiditati. Et he quidem sunt simplices quattuor. ¶ Cōposite autem sunt in quibus fit egressus ab equalitate ſm vtrasqꝫ contrarietates: velut si sit cōplexio calidior ⁊ humidior simul q̄ꝫ opꝫ: aut calidior ⁊ siccior simul q̄ꝫ opꝫ: aut frigidior ⁊ humidior simul q̄ꝫ opꝫ: aut frigidior ⁊ siccior simul q̄ꝫ opꝫ. ¶ Non enī potest eē frigidior ⁊ calidior simul: neqꝫ siccior ⁊ hūidior simul. ¶ Una-queqꝫ autem harum octo cōplexionuz: aut est sine materia. Quod qui-dem est cuz complexio corpus qualitate solūmodo afficit ita ꝙ corpus hac qualitate non afficitur propter humorem in ipsum penetrantem q̄ꝫ hanc habeat qualitatem ad quā immutatur corpus. Neqꝫ fiat nisi sicut

cum caliditate eius qui calefit ad ignem: aut frigiditate eius qui ad niuem infrigidatus est. ¶ Aut est cū materia. Quod quidē est cū corpus nō afficitur qualitate huius cōplexonis nisi ꝓpter vicinitatē humoris in ipsum penetrantis in quo hec equalitas superabundans existit quē admodum corpus humanum causa vitrei flegmatis infrigidatur: aut causa colerici humoris prassini calefit. Tu autem in libro tertio ⁊ quarto cuiusqʒ. 16. complexionum exemplū inuenies. ¶ Et est tibi sciendū ꝙ complexio cum materia duobus modis est. ¶ Mēbrū enim qn̄qʒ exterius a materia madefactum est. Et qn̄qʒ materia penetrat ⁊ retinetur in foraminibus ⁊ ventriculis ipsius. Et est cum receptio ⁊ penetratio est apparens. Et est cum nō. ¶ Hec est de cōplexione dictio. Medicus aūt phisico credere dʒ sm̄ semitā positionis qđ n̄ est ei manifestū per se.

¶ De complexionibus membroꝝ. Capitulum. 2.

Dico ꝙ deus cuiqʒ animali ⁊ cuiqʒ membro donauit ex complexione qđ magis meretur ⁊ qđ eius actionibus ⁊ dispositionibus sm̄ possibilitatem melius existit. hoc autem certificare philosophi est ⁊ non medici. ¶ Donauit autem homini cōplexionē temperatiorem ꝙ̄ in hoc mundo esse est possibile cum suarū virtutum cōuenientia quibus agit ⁊ patitur. Et vnicuiqʒ membro donauit de cōplexione qđ meret. Posuit ergo quedam ex mēbris calidiora ⁊ alia frigidiora: ⁊ alia frigidiora: ⁊ alia sicciora: ⁊ alia humidiora. ¶ Quod autē in corpore est calidius est spiritus ⁊ cor a quo ꝓcedit. Deinde sanguis licet in epate generetur: qꝛ enim cū corde continuus existit ab eo plus acquirit caloris ꝙ̄ epar habeat. Postea epar qꝛ est sicut sanguis congelatus. Post quod est caro que minoris est caloris ꝙ̄ epar: propterea ꝙ neruoꝝ villi i ea mixti sunt qui sunt frigidi. Deinde sunt musculi q minoris sunt caliditatis ꝙ̄ caro simplex propter illud quod de neruis ⁊ ligamentis eius admiscetur. Postea est splen propter illđ quod est in eo de fece sanguinis. Postea renes eo ꝙ non multus in eis existit sanguis. Deinde arteriarum tunice: non propter ipsarū neruosa corpora: sed propter illud qđ recipiunt de calefactione sanguinis ⁊ spiritus qui sunt in eis. Postea sunt venarum nō pulsatilium tunice propter sanguinem solum. Postea cutis vole temperate. ¶ Frigidius vero qđ est in corpore est flegma. Postea pili. Deinde os. Postea cartilago. Post ligamentum. Deinde corda Post panniculus. Deinde neruus. Post nucha. Post cerebrum. Deinde adeps. Postea pinguedo. Postea cutis. ¶ Humidius vero quod est i corpore est flegma. Post sanguis. Postea pinguedo. Postea adeps. Postea cerebrum. Postea nucha. Postea caro mām̄illarum ⁊ testiculorū. Post pulmo. Post epar. Deinde renes. Postea musculi. Post cutis. ¶ Et hic quidem est ordo quo Galenus disponit ea. ¶ Scire tamen debes ꝙ pulmo in sui substantia ⁊ natura non est humidus vehementi humiditate. ¶ Omnis enim complexio membri naturalis similis est ei quo nutritur. Et sm̄ suam accidentalem complexionem similatur ei qđ ab ipso superfluit. ¶ Pulmo autem nutritur calidissimo sanguine ⁊ mul-

te admixto colore: et hoc quidem ipsemet Galienus nos docet. In ipso vero multa humiditatis superfluitas colligitur propter illud qd ad ipsum ascendit de vapore corporis et pter illud qd ad ipsuz descēdit ex cataris. Postq̄ igit sic est res: epar multomagis humidū est pulmone humiditate naturali: et pulmo magis est madefactus: licz humiditatis mora ipsum in sui etiā substātia molliorē fecerit. Et dispositiones flegmatis et sanguinis ita intelligende sunt. Flegmatis namqz humectatio est fm modū madefaciēdi. Et sanguinis humectatio est fm modū augmentuz faciendi in substātia: licet flegma naturale aqueum plerūqz sit maioris humiditatis q̄ sanguis. Ex sanguine enim cuz quantū digeri dz digerit: multū humiditatis ex eo resoluitur que erat flegmatis naturalis aquei qd ad ipsum cōuersum fuit. In sequentibus autem scies q̄ flegma naturale est sanguis qui aliqua conuersus est conuersione. ¶ Res autez siccior que est in corpore sunt pili: sunt. n. ex vapore fumoso qui eleuat. Resolutū nāqz fuit qd in eo de vapore mistuz erat et pura fumositas cōgelata. Postea est os: ipsum nāqz oībus mēbris duri⁹ existit: humidius tamē pilis est. Ossis nāqz generatio ex sanguine cui⁹ fumus est siccus qui humores naturales exiccat locatus in eis. Quapropter os multa nutrit animalia. Pili vero eorum nullum nutriunt: aut fortasse: si nutriūt ex eis aliquod valde est rarū et extraneuz: sicut existimant quidā q̄ vespertiliones eos digerāt: et in eis delectētur. Nos aūt cum duas quātitates ossis et pilor in pondere equali assumpserimus et eas in cucurbita alembico superposito distillauerim⁹: egrediet ex osse plus aque et plus olei: et remanebit minus fecis. Os ergo pilo hūidius est. Post os autē in siccitate est cartilago. Postea ligamentū. Post corda. Post pānniculus. Post arterie. Post vene. Post nerui motiui. Post cor. Post nerui sensus. Motiōes. n. nerui frigidiores simul existunt tēperato. Nerui aūt sensus frigidiores quidē: sed nō multū sunt tēperato. Cicciores: et fortasse sunt ei pinqui: et neqz ēt in frigiditate sunt ab eo valde remoti. Postea est cutis.

¶ De complexionibus etatū et generuz. Capitulum. 3.

Etates omnes sunt quatuor. ¶ Etas adolendi que vocatur etas adolescentie: et est fere vsqz ad. 25. ānos. ¶ Postea est etas ꝯsistendi que vocatur etas pulchritudinis: et est fere vsqz ad. 35. aut. 40. ānos. ¶ Etates minuēdi cum virtus nō amittitur: et hec est etas senectutis q̄ fere et vsqz ad ānos. 60. ¶ Et est etas minuendi cum manifesta virtutis debilitate: et hec quidē est etas senium et finis vite. ¶ Adolescentie vero etas diuidit in etatē infantie. Et hec quidez est cum mēbra pueri nōdū ad motiōes et ambulandū sunt apta. ¶ Et in etatē dentiū plantatiuam que est post ambulationē: et anteq̄ sit fortis: et illud est cū nōdum gingiue sunt omnib⁹ dentibus replete. ¶ Postea est etas cōcussionis: qd qdē est post vehementiā et natiuitatē dētiū et anteq̄ polluant. ¶ Deinde est etas algulemati vel alguadi et rehac. i. cum ab eo egredit sperma que est quousqz barbescat. ¶ Postea est etas fortitudinis q̄ est donec finat crescere.

crescere. ¶ Infantium vero solum ab infantia vsqꝫ ad iuuentutẽ com
plexio in calore fere temperato ⁊ in humiditate fere superflua existit.
¶ Medici autem antiqui inter se disceptauerunt de duabus calidita-
tibus pueritie ⁊ iuuentutis. ¶ Fuerunt enim eorum quidam qui dixe-
runt ꝙ caliditas pueri est maior: ⁊ ideo ꝓpter illam plus crescit. Ideo
qꝫ omnes eius operationes naturales desiderij ⁊ digestionis sunt ma-
iores ⁊ diutius durantes: quoniam calor inatus qui inest eis ex sperma
te magis est aggregatus ⁊ est minoris temporis. ¶ Et ex eis fuerũt qui
dixerunt ꝙ calor inatus in iuuenib⁹ est valde fortior: qm̃ eorũ sanguis
est maioris quãtitatis ⁊ magis spissus. Jõqꝫ accidit eis fluxus sanguis
ex naribus plus ⁊ fortius. Et ꝙ eorũ cõplexio plus ad colerã declinat:
⁊ puerorũ complexio plus declinat ad flegma. Et ꝙ iuuenes vehemen
tiorum motionũ existũt. motus vero non est nisi ꝓpter calorem. Et ipsi
etiã vehementioris istimbre existunt: ⁊ sunt melioris digestionis: ⁊ hoc
ex calore. Desiderium nãqꝫ non est ex calore sed ex frigiditate. Ideoqꝫ
caninus appetitus ex frigiditate sepius contingit. Signum aũt ꝙ ve
hementioris istimbre isti existant est: ꝙ neqꝫ nausea accidit eis neqꝫ vo
mitus neqꝫ fastidiũ: quẽadmodũ cõtingit pueris propter digestiue eoꝝ
malitiã. Et signũ ꝙ eorum cõplexio magis colere pertinet est ꝙt omnes
eorum egritudines sunt calide: sicut febris tertiana: ⁊ eoꝝ vomitus to-
tus est colericus. Egritudines autẽ plurime que pueris eueniunt sunt
frigide ⁊ humide: ⁊ eoꝝ febres flegmatice: ⁊ plurimũ quod vomunt est
flegma. Et augmentũ qđ est in pueris nõ est pp fortitudinẽ caliditatis
eoꝝ. neqꝫ est nisi ꝓpter multam ipsorum humiditatẽ. maximũ ẽt eoruꝫ
desideriũ significat caloris eorũ diminutionẽ. ¶ He quidẽ sunt duarũ
sectaruꝫ sñie ⁊ ipsarum rõnes. ¶ Galienus ambabus vero sectis ꝯtra-
dicit. Dicit enim ꝙ eorũ caliditates in radice sunt equales. Sed pue-
rorum caliditas est maioris quãtitatis ⁊ minoris qualitatis. s. acuita-
tis. Et iuuenuꝫ caliditas est minoris quãtitatis ⁊ maioris qualitatis. s.
acuitatis. ¶ Et huius quidẽ declaratio sicut ipse dicit est vt opinemur
vnã solam caliditatem in mensura aut corpus subtile calidũ vnum in
quãtitate ⁊ qualitate in substãtiã humidam multam semel penetrasse:
sicut aqua: ⁊ alia vice penetrasse in substantiã siccam ⁊ paucam sicut la
pis. Et cum sic fuerit inueniemus caliditatẽ aqueam maioris quãtita-
tis ⁊ melioris qualitatis: ⁊ caliditatem lapideam minoris quãtitatis ⁊
acutioris qualitatis. Et ita debes agnoscere caliditatem que est in pue
ris ⁊ iuuenibus. ¶ Pueri enim nõ fuerunt generati nisi ex spmate qđ
est multũ calidum. ⁊ huic calori nondum accidit res que ipsum extin-
guat. Puer nãqꝫ augeri nõ cessat sed crescendo graditur. Neqꝫ adhuc
stetit: nedum ꝙ iam retrocedat. Iuuenibus vero nihil accidit qđ eoruꝫ
calorem augmentet inatum: neqꝫ etiã aliquid qđ ipsum extinguat: sed
ille calor in eis conseruat humiditate minoris quãtitatis ⁊ qualitatis
simul donec ad declinationẽ perueniat. Neqꝫ tamen huius humidita
tis diminutio est adhuc diminutio que caliditatem retinere non possit

neqz est nisi quia augmentū facere non valet. Quasi humiditas tanta erat prius ꝙ duas res facere poterat custodire vz calorem: ꝛ superesse etiam ad augmentū faciendum. Ad vltimum vero ad hoc deueniet ꝙ neutram duarum rerū efficere valebit: opꝫ ergo vt in medio talis existat ꝙ possit vnā rē efficere ꝛ non alterā. Falsum aūt est vt dicam⁹ ipaz posse augmentare: ꝛ nō posse retinere calorem innatum. Quō enim in re augmentū prestare pōt qð radicem non valet custodire? Restat ergo vt dicamus ꝙ calorez custodire pōt: ꝛ in corpore augmentum prestare non potest. Et scitū est ꝙ hec est etas iuuentutis. ¶ Quod aūt dixit secunda secta ꝙ augmentū qð est in pueris non est nisi ꝓpter humiditatem ꝛ non ꝓpter calorem: est dictio falsa. Humiditas nāqꝫ augmēti est materia. Et materia nō patitur per se: neqꝫ per se creatur: immo apud operationē virtutis in eam agentis. Uirtus aūt hoc agens est aīa aut natura precepto dei. Neqꝫ agit nisi cū instrumēto: ꝛ illud est calor innatus. ¶ Quod aūt dixerunt etiā ꝙ vehemēs desideriuz qð est in pueris non est nisi propter frigiditatē ꝯplexionis eoꝝ: est dictio falsa. Ex malo nāqꝫ desiderio: qð est ꝓpter frigiditatem cōplexionis non prouenit istimbre: neqꝫ nutrimētū. Pueroꝝ enim istimbre melior est ꝙ̄ esse pōt in pluribus horis. Neqꝫ in eoꝝ corporibus nisi foret ꝓpter hoc de permutatione eius qð comeditur plus ꝓuenit ꝙ̄ fit illud qð dissoluit: ꝓpter qð crescunt. Aliqñ vero accidit eis malitiā istimbre ꝓpter eoꝝ gulositatem: ꝛ qꝛ eoꝝ comestiones malis disponūtur ordinib⁹: ꝛ comedunt res malas ꝛ humidas: ꝛ multas: ꝛ desuper malis mouētur motibus. Quapropter de superfluitatibus plus in eis adunat: vnde purgatione indigent ꝛ precipue coruz pulmones. Ideoqꝫ eoꝝ anhelitus est spissior ꝛ velocior. Magnitudinem tñ nō habꝫ eo ꝙ coruz virtus nondum ad complementum peruenit. ¶ Hec est dictio de complexione pueritie ꝛ iuuētutis: quēadmodū Gal. declarauit cuius nos sum⁹ interpretes. ¶ Preterea sciendum est ꝙ caliditas post tempus consistendi minui incipit: propterea ꝙ aer circūdans mām eius que est humiditas exiccat. Calor quoqꝫ innatus qui est intus ad hoc adiuuat. Et labor ꝓueniens ex motionibus corporeis ꝛ animalibus que necessarie sunt in vita. Et defect⁹ nature ad resistendum illi toti semper. ¶ Omnes enim virtutes corpee sunt finite. Hoc aūt iam ratiocinatū fuit in scia nālī: ei⁹ ergo opatio nō semp existit in materijs. ¶ Amplius si h̄ virtus infinita foret ꝛ semp ꝑmutationē in corpore faceret eius qð dissoluit equaliter ꝛ vno mō: dissolutio tñ vno mō nō esset: imo semp quotidie augeret: ꝛ corpus dissolutionem tolerare nō possꝫ: ꝛ dissolutio humiditatū finiret: quāto magis cum due res se iuuent ad minorationem faciendam ꝛ retrocedenduz. Et postꝙ̄ sic est oportet necessario vt materia destruatur: ꝛ calor extinguatur: ꝛ precipue cum ad eius extinctionem adiuuetur preter vel ꝓpter materiei defectum alia causa. Et illud est humor extraneus q accidit assidue propterea ꝙ cib⁹ priuatur digestione. Et adiuuat ad extinguendum ipsum duob⁹ modis. Uno suffocando ꝛ tegendo. Alio qua-

litati obuiãdo. Hic enĩz humor est flegmaticus frigidus. Et hec ẽ mors naturalis cuĩqz indiuiduo destinata ſm suam primã cõplexionez vſqz ad terminũ quem in sua potentia habz ad suã humiditatẽ conseruandã. Unũquodqz enim coꝝ terminũ prefixum hz qui in indiuiduis diuersificat propter cõplexionũ diuersitatez. Et hi quidem sunt termini naturales. Sunt vero ⁊ alij termini abbreuiati. Totum tamen diuino prouenit precepto. ¶ Quod ergo ex hoc acquisiuimus est ꝙ puerorũz ⁊ iuuenum corpora quãtum ad qualitatẽ sunt calida. Et corpora senuz ⁊ decrepitoꝝ sunt frigida. Sed pueroꝝ corpora equali sunt humidiora propter augmẽtuz. Et hoc q̃dem nobis insinuat experimentũ quod de mollicie ossium est ⁊ neruoꝝ vel membroꝝ ipsorum. Et cõsideratio. qm̃ parum est ei quo fuerunt sperma ⁊ spũs vaporalis. ¶ Senes autez ⁊ decrepiti proprie preter hoc ꝙ sunt frigidiores adhuc sunt scciores. Et hoc q̃dem scit experimẽto qð habet de duritia ossium coꝝ ⁊ asperitate cutis coꝝ. Et consideratione. Eo ꝙ prolixũ est tempus ex quo fuerunt sperma ⁊ sanguis ⁊ spũs vaporalis. Et in pueris q̃dez ⁊ iuuenib⁹ est igneitas equalis. Sed in pueris plus abũdat aeritas ⁊ aqueitas. Et in senib⁹ ⁊ decrepitis plus abũdat terrestreitas q̃ in illis duob⁹: ⁊ ẽ in decrepitis plus. ¶ Juuentus aũt habet cõplexionẽ magis equalẽ complexiõe pueri. Cõparatiõe tñ pueri est eius ꝯplexio sicca. Et senis ⁊ decrepiti comparatione est hũida. Decrepitus vero est siccior iuuene ⁊ sene in membris simplicibus ⁊ humidior vtrisqz hũiditate extranea madefaciente. ¶ Scd̃m vero diuersitatem complexionum generuz femine frigidioris existũt complexionis. Ideoqz sunt in creatura minores masculis. Et sunt humidiores. Ergo propter complexionem eaꝝ frigiditatem multiplicantur earũ superfluitates: ⁊ propter paucum ipsarũ exercitiũ. Et substantia carnium est rarior: licet viri caro ex parte complexiõis eius quod ei admiscet sit rarior. Sua nãqz spissitudine plus prohibetur in ipsam penetrare qð a venis ⁊ neruoꝝ villis ad eam profluit. ¶ Qui vero terras inhabitant septentrionales humidiores sunt. Et qui artes exercent aqueas: humidiores existũt. Et qui ab istis diuersificantur diuersi existũt. ¶ Signa autem complexionum narrabim⁹ vbi vniuersalia signa ⁊ particularia referemus.

¶ Doctrina quarta.

¶ Doctrine quarte ad sciendũ quid sit humor ⁊ ei⁹ diuisiones. Cap. I.

Humor est corpus humiduz liquidum in quod in primis nutrĩes conuertitur. ¶ Eius vero est humor bonus. Et est illud de cuius proprietate est vt fiat pars substantie nutriti solus: vel cum alio ⁊ assimilari ei solus: vel cuz alio: ⁊ in summa materia restaurationis eius ꝙ ex ea dissoluitur. Et eius superfluitas est humor malus. Et est quod istud agere non consueuit: aut raro in bonum conuertitur humorem: vnde antea a corpore expelli ⁊ proijci debz. ¶ Dicim⁹ ergo ꝙ humiditatũ corporis: q̃dam sunt prime: q̃daz secũde. ¶ Prime sunt q̃tuor hũores quos paulopost noiabim⁹. Secũdaꝝ vero due sunt diuisiões. Aut

enim sunt superfluitates: aut non superfluitates. ¶ Superfluitates ve-
ro in sequentibus nominabimus. ¶ Et que sunt non superfluitates
sunt humores qui a principali dispositione conuersi membris delegati
fuerunt: sed nondum alicuius membrorum simpliciũ operatione per-
fecta pars effecti sunt. Quorum sunt quattuor species. ¶ Una est hu-
mor in foraminibus extremitatum paruarum venaruꝫ contentus mē-
bris simplicibus propinquarum imbibentium ea vel eam. ¶ Alia est
humor per omnia simplicia transiens membra sicut ros qui in nutri-
mentum conuerti est aptus cum corpus nutrimento caret: ⁊ vt mem-
bra humectet: cum aliqua causa fortis motus aut alia ea exiccauerit.
¶ Tertia est humor qui parum ante congelatus fuit. Et est nutrimen-
tum quod in substantiam membrorum ex parte complexionis conuer-
sum est. Sed ex parte essentie complete ⁊ similitudinis nondum con-
uersuꝫ fuit. ¶ Quarta est humor qui est intus in membris simplicibus
a principio natiuitatis: per quem partium eorum continuitas existit:
cuius principium est ex spermate. Spermatis vero principium est ex
humoribus. ¶ Et dicemus etiam ꝙ humores humorosi boni ⁊ super-
flui vel non superflui quattuor continentur generibus. genere sanguis
qui omnibus illis melior existit. ⁊ genere flegmatis. ⁊ genere colere ru-
bee. ⁊ genere colere nigre. ¶ Sanguis vero natura calidus existit ⁊ hu-
midus. Cuius sunt due species: naturalis: ⁊ non naturalis. ¶ Natura-
lis autem est cuius color est rubeus malo carens odore ⁊ est valde dul-
cis. ¶ Non naturalis vero sunt due diuisiones. Alius eni est qui a com-
plexione bona fuit mutatus: non propterea ꝙ aliquid ei admistuꝫ fue-
rit: sed quia eius complexio in se vitiata fuit. verbi gratia. quia aut fuit
infrigidatus aut calefactus. Et est alius qui non fuit mutatus nisi pro
pter humorem malum qui ei admistus fuit. Quod est ſm duas diuisio
nes. Aut enim ad eum humor deforis venit ⁊ penetrauit in ipsuꝫ ⁊ cor
rupit. Aut in ipsomet fuit generatus humor. verbi gratia. aliqua eius
pars putruit ⁊ eius subtile in coleram rubeam ⁊ spissum in coleram ni
gram conuersum est. Et remanserunt ambe aut vna earuꝫ in eo. Et hu
ius quidem diuisionis partes ſm illud quod ei admiscetur ⁊ ipsius
species de speciebus flegmatis: speciebus colere nigre: ⁊ speciebus co
lere rubee diuersificantur ⁊ aquositas eius. Plerumqꝫ ergo fit turbi-
dus. Et aliquando fit subtilis. Et aliquando niger multa infectus ni-
gredine. Et quando albus. Similiter quoqꝫ in odore sui ⁊ sapore mu-
tatur. Fit namqꝫ amarus aut salsus aut acetosus. ¶ Flegmatis autem
aliud est naturale: ⁊ aliud non naturale. ¶ Naturale est quod est aptuꝫ
vt in aliquo tempore fiat sanguis: quoniam est sanguis non plene co-
ctus. Et est quidaꝫ modus dulcis flegmatis quod non valde existit fri
gidum: immo corporis comparatione est frigiditatis pauce: sanguinis
vero comparatione ⁊ colere rubee est frigidum. ¶ Et est etiam flegma
dulce quod non est naturale quod non est flegma saporem non habens
quod nominauimus; quod fit cum accidit vt cum eo sanguis miscea-

tur naturalis: ⁊ quod multotiẽs in rheumatismis ⁊ in saliua sentitur.
Dulcis vero naturalis receptaculum. Dixit Galienus naturam non fe
cisse membrum proprium: quemadmodum duabus fecit coleris. Hoc
nãq3 flegma sanguini propinquam habet similitudinez: ⁊ egent eo mẽ
bra omnia: ideoq3 fecit natura vt cuz sanguine vadat. ¶ Dicimus aũt
ꝙ hec indigentia est propter duas res. Una est necessaria: ⁊ altera iuua
tiua. ¶ Necessaria vero est ꝓpter duas res. Una est vt sit iuxta membra
ad hoc vt cum membra nutrimentum quod ad ipsa consueuit venire
amiserint quod est sanguis bonus propter retentionem materiei eius
que a stomacho fit ⁊ epate: propter aliquas causas que acciderunt ope
rent in eo virtutes naturales corũ3: ⁊ coquant: ⁊ digerant: ⁊ nutriatur
ex eo. Et sicut calor inatus digerit ipsuz ⁊ certificando facit ipsum san
guinem: similiter calor extraneus ipsum plerũq3 putrefacit ⁊ corrũpit.
Hanc vero necessitatis partem non habent due colere. Due nãq3 cole
re flegmati in hoc nõ cõicant quod calor naturalis ipm rectificat: ⁊ fa
cit ex eo sanguinem: licet in hoc cõicent ei quod calor accidentalis ipm
mutat: ⁊ facit ex eo rem putridam ⁊ corruptam. Altera est vt sanguini
admisceatur vt ipsum aptum reddat ad membra flegmaticarum com
plexionum nutriẽda in sanguine: quorũ qui ea est nutriturus opz fleg
ma actualiter esse ꝺm mensuram notam: sicut est cerebrum: ⁊ hoc qui
dem in duobus est repertum coleris. ¶ Iuuatiua vero est vt humectet
iuncturas ⁊ membra que multe existunt motionis: ne siccitas eis acci
dat propter calorem qui ex motu prouenit ⁊ fricatione. Et hoc quidez
est iuuamentum stans in terminis necessitatis. ¶ Non naturalis autez
flegmatis aliud est superfluitas diuerse essentie vsq3 ad sensuz ⁊ istud est
mucilaginosum. Et aliud est in substantia equale in sensu: ⁊ in veritate
diuersuz: ⁊ est flegma crudũ. Aliud est valde subtile ⁊ ipm est aquosuz.
Aliud est valde grossuz albũ. vz. ⁊ est illud qꝺ vocat gipseuz: ⁊ ipsuz est
cuius subtile fuit resolutuz ideo ꝙ in foraminibus ⁊ iũcturis diu fuit
retẽtũ qꝺ omnibus existit grossius. Et ex flegmate est quoddã qꝺ est sal
suz: qꝺ omnibus flegmatis speciebus acutius est ⁊ siccius ⁊ leuius. Om
nis vero salsuginis causa est: vt aquose humiditati pauci saporis: aut
priuate eo terree partes aduste complexionuz siccarum ⁊ saporis ama
ri equali tẽperamento misceant. Si enim multe fuerint: amarus sapor
prouenit. Et ex hoc quidem similiter fiunt sales ⁊ aque salse. Et est etiã
cum sal fit ex cinere alchali ⁊ calce: ⁊ ex aliis cum in aqua coquuntur: ⁊
colatur ⁊ coquitur illa aqua donec in salem coaguletur: aut ita dimit
titur donec coaguletur. ¶ Similiter quoq3 flegmati tenui quod sapo
rem non habet: aut cuius sapor adeo est paruus quod non superat: cũ
colera sicca natura se miscuerit adusta eq̃litatis admixtione ipsum fa
ciet salsum ⁊ calefaciet. hoc igit flegma est colericum. ¶ Galienus vero
dixit flegma hoc salsum fieri propter ipsius putredinem aut aquosita
tem que ei admista fuit. ¶ Et nos qdem dicimus putredinem ipm sal
sum efficere. iõ ꝙ in ipso adustionẽ facit ⁊ cinereitatẽ: q̃ cũ eis humidi

tate cõmiscet. Sola aũt aquositas cũ ei admiscet salsedinẽ in ipso effi-
cere nõ valet: cũ ibi vlla alia non fuerit causa. Et mihi quidem videtur
ꝙ illa aut non permutationis est: sed continuitatis. tunc enim locutio
completa erit. Et ex flegmate est quod est acetosum. Et quemadmoduz
dulce est sm duos modos: dulce per suam essentiam: ⁊ aliud ꝓpter rem
extraneã que admixta fuit; Similiter acredo flegmatis acetosi sm du-
os cõtingit modos. Uno ideo qꝛ res extranea ei admixta fuit ꝗ̄ est cole-
ra nigra acris quã in subsequẽti nominabimus. Altero ꝓpter cãm que
in ipsomet contingit: ⁊ illud quidem est vt flegmati dulci qd̄ diximus
ipso dulci existente accidat sicut accidit aliis succis dulcibus: qui prius
bulliunt ⁊ postea acescunt. Est aliud ponticuz cuius dispositio est quẽ-
admodum hec dispositio. fortasse enim erit eis põticitas ꝓpterea ꝙ co-
lera nigra pontica ei admixta fuit. ⁊ fortasse erit eius ponticitas ꝓpter
causam qua in se vehementi infrigidatione infrigidatũ est adeo ꝙ eiꝰ
sapor ad ponticitatem sit conuersus. Ideoqꝫ eius aquositas congelata
est ⁊ ad siccitatem parum ⁊ terrestreitatem altera est. Et neqꝫ fuit calor
debilis qui ipsum bullire faceret ⁊ conuerteret in acredinez: neqꝫ calor
fortis qui ipm̄ ꝯcoqueret. Et est flegmatis species vitrei spissi grossi vi-
tro liquefacto similis in sui viscositate ⁊ ponderositate. Quod plerũ-
qꝫ est acre: ⁊ plerũqꝫ saporẽ non habebit. Et videt ꝙ illud ex eo qd̄ est
grossum saporem non habens sit crudum: aut conuertit in cruduz. Et
hec quidem est illa flegmatis species que in principio rei erat aquosa
frigida: que neqꝫ putruit: neqꝫ res alia ei admixta fuit: sed sic perman-
sit recondita donec fuit ingrossata ⁊ frigiditas fuit ei addita. ¶ Iam
igitur declaratũ est ꝙ corrupti flegmatis modi ex parte saporũ ipsius
sunt quattuor: salsuz: acre: põticũ: ⁊ isipidũ. Et ex parte sue eẽntie sunt
quattuor: aquosum: vitreuz: mucilaginosum: ⁊ gipseum. Crudum vero
in collectione mucillaginosi continetur. ¶ Colera autez rubea: alia est
naturalis: alia est ꝗ̄ est superfluitas nõ naturalis. ¶ Naturalis est spu-
ma sanguinis: cuius color est rubeus clarus: ⁊ est leuis acuta: ⁊ ꝗ̄tō ma-
gis fuerit calida erit eiꝰ rubedo maior. Que cũ in corpore gñat in du-
as diuidit partes: ꝗrũ vna cũ sanguine vadit: ⁊ altera ad cistim trans-
mittit fellis. Illud vō qd̄ de ea vadit cũ sanguine: cũ eo penetrat cã ne-
cessitatis ⁊ iuuamẽti. Necessitas vero est vt sanguini admisceat ad nu-
triendam membra: in quoꝝ complexionibus magnã colere rubee partez
eẽ opꝫ sm modũ quez meret de diuisione sicut pulmo. Sed iuuamẽtuz
est vt sanguinẽ subtiliet ⁊ in itineribus ipm̄ penetrare faciat. Qd̄ vō de
ea colatũ ad cistum trãsmittit fellis: cã necessitatis trãsmittit: ⁊ vtilita-
tis. Necessitatis aũt aut est sm totũ corpꝰ qd̄ est ipm̄ a superfluitate mũ-
dare: aut sm vnũ ipsius membrũ qd̄ est fel nutrire. Utilitatis vero duo
sunt iuuamenta. Unuz est intestina a stercore ⁊ flegmate viscoso ablue-
re. Et aliud intestina ⁊ ani musculos pungere: vt quid sit ei necessariũ
sentiat: ⁊ egestiões emittat. Ideoqꝫ sepe accidit colica causa opilatiõis
ꝗ̄ fit in foramie qd̄ a felle descẽdit ad itestia. ¶ Nõ nãlis vō colera: alia

est que a nã egredit pp cáz extraneá q̃ ei admiscet. Alia ẽ que a nã egressa est pp cáz in se: qr eius substãtia est nõ naturalis. Partis prime ẽ alia q̃ est scita ꝛ famosa: ꝛ ẽ illa cui extraneũ illud qd̃ ẽ admixtũ ẽ flegma cuius generatio magis ẽ in epate. Et alia ẽ q̃ est minoris fame ꝛ est illa cui extraneũ qd̃ est admixtũ est melãcolia. ¶ Nota aũt ꝛ famosa: aut ẽ colera citrina: aut ẽ colª vitellina. Flegma nãqȝ cui admiscet colera: q̃ sinqȝ est tenue: ꝛ generat ide pma. quãqȝ ẽ grossuȝ ꝛ generat ide scd̃a. s. colera q̃ ouoꝝ vitellis similis existit. ¶ Que aũt minoris ẽ fame ẽ illa q̃ colera vocat adusta q̃ aliquo duoꝝ generat modoꝝ. Unus ẽ vt colª in se aduraт ꝛ accidat in ea cinereitas sed eiꝰ subtile nõ sepet ab ipsius cinereitate imo cinereitas in ea cõtineat: ꝛ hec quidẽ est peior. Et alius est vt colera nigra extrinsecus ad eá veniat ꝛ cũ ea misceat: ꝛ hec qdẽ ẽ melior. Huiꝰ aũt spẽi colere color ẽ rubeꝰ: sȝ nõ est clarus neqȝ floridus: imo est magis similis sanguini: sed non est tenuis: ꝛ plerũqȝ a suo colore pp aliquas mutat cás. ¶ Que ṽo in sui substãtia extra nãm ẽ: alia est cuiꝰ generatio sepius est in epate. Alia est cuius generatio magis est in stomacho. Et illa quidem cuius generatio magis est ab epate est vna species q̃ est cũ qd̃ in sanguine est subtile adurit cuiꝰ spissitudo colera ẽ nigra. Et que in stomacho magis generat duas hȝ ptes: prassinã. s. ꝛ viridez: vt erugo eris. Et mihi qdẽ vr̃ q̃ prassina ex vitellina generat cum aduritur. Cuȝ. n. adurit adustio in ea efficit nigredinẽ ex q̃ cũ citrinitate mixta generat viriditas. Zinaria ṽo videt mihi q̃ generet ex prassina cuȝ tantum aduritur donec eius humorositas siccatur ꝛ ad albedinem redire incipit propter sui siccitatem. Calor nãqȝ in humido corpore in pmis nigredinem efficit: deinde denudat ipsuȝ nigredine quando eius omnino finit humiditatem. Et quando superfluit in eo ipsuȝ albificat. Et hoc quidẽ in lignis attende que prius in carbonẽ vertunt deide in cinerẽ. Calor. n. in humido efficit nigredinẽ: ꝛ in eius contrario albedinẽ. Et frigiditas in humido albedinẽ operat ꝛ nigredinẽ in eius contrario. Hec tñ duo iudicia q̃ in prassina ꝛ zinaria iudicaui estimatiua sunt iudicia. Hec aũt spẽs q̃ dr̃ zinaria oĩbus colere rubee spẽbus calidior existit: ꝛ peior ꝛ magis perniciosa ꝛ dr̃ q̃ est de substãtia venenoꝝ.

¶ Colere aũt nigre: alia ẽ nãlis: alia nõ nãlis supfluitas. Nãlis est boni sanguis fex ꝛ turbulẽtia ꝛ supfluitas in ꝯparatõe ad sãguinẽ: qr oẽs hũores dicunt supfluitates ad cõparationẽ sanguis: cuiꝰ sapor iter dulcedinẽ ꝛ põticitatẽ existit. Que cũ in epe generat in duas sepat ptes: q̃rũ vna in sanguinẽ penetrat: ꝛ alia ad splenẽ trãsmittit. ¶ Pars aũt que cuȝ sanguine penetrat vadit cum eo cá necessitatis ꝛ vtilitatis. Necessitas vero est vt sanguini admisceatur eo modo quo debet in nutrimento cuiusqȝ membroꝝ in quoꝝ cõplexionibus magnam melancolie partẽ esse opȝ sicut sunt ossa. Utilitas vero est vt sanguinẽ restringat ꝛ confortet ꝛ inspisset ipsuȝ. ¶ Et pars eiꝰ q̃ ad splenẽ trãsmittit ẽ illud quo sanguis nõ idiguit q̃ ad ipsuȝ vadit cá necessitatis ꝛ vtilitatis. Necessitas vero aut est sm̃ corpus totũ. s. vt a supfluitate mundet: aut sȝ vnum

membrũ quod est vt splenẽ nutriat. Utilitas vero ideo accidit quia in os stomachi quasi mulgendo profluit. Et hec quidem vtilitas duobus est modis. Uno quia os stomachi stringit ⁊ confortat ⁊ inspissat. Alio vt in ore stomachi commotionem faciat propter acredinez: ⁊ excitet ad famem ⁊ facit desiderium. ¶ Debes autem scire q̄ colera rubea que ad cistim transmittitur fellis est illud quo sanguis non indiget: ⁊ illud q̄ð a felle egreditur est illud quo fel non indiget. Et similiter colera nigra que ad splenez transmittitur est illud quo sanguis non indiget: ⁊ illud q̄ð a splene egredit̄ est illud quo non indiget splen. Et queadmodũ illa colera rubea postrema euigilat virtutem expulsiuam inferius: sic colera ista nigra postrema virtutẽ appetitiuã euigilat superius. Unũ sit deo omnibus meliori factoribus laus. Melancolia vero non naturalis nõ est ad modum hypostasis ⁊ fecis: immo est ad modum adustionis ⁊ cinereitatis. Res namq3 humide cuz rebus terrestribus admiscentur: separatur terrestreitas ab eis aliquo duorum modorum: aut ad modũ hypostasis: ⁊ tale q̄le illud de sanguine est melancolia naturalis: ⁊ ad modum adustionis: quod est cum resoluitur subtile ⁊ spissũz remanet: ⁊ tale quale illud est de humoribus est melancolia superfluens: ⁊ ista quidẽ vocat̄ colera nigra: ⁊ neq3 habuit hypostasim nisi sanguis. Ex flegmate enim propter sui viscositatem nihil descendit. Sic ⁊ ex oleo ex colera rubea ꝑpter sui subtilitatez ⁊ terrestreitatis paucitatez: ⁊ sui motus assiduitatez. Et ꝑpterea illud quod de ea a sanguine separatur in corpore est parum: non descendit res qua sit curandum: nec cum separat̄ moratur nisi parum: sed putrefit: aut a corpore expellitur: ⁊ cum putrescit eius subtile resoluitur ⁊ spissum remanet ⁊ fit colera nigra adusta ⁊ nõ hypostasiua. ¶ Melancolia autem que est superfluens: alia est que est cinis colere: ⁊ q̄ð de ea adurit̄ que est amara: inter quã tamen ⁊ coleraz rubeaz quã adustaz vocamus existit differentia: q̄ illa est colera rubea cui cinis hic fuit admixtus: hec vero non est nisi cinis per se cognitus cuius subtile fuit resolutum. Alia est que est cinis flegmatis ⁊ q̄ð de eo adustum fuit: ⁊ si flegma valde subtile ⁊ aquosum fuerit cinis eius erit salsus: ⁊ si non: trahit ad acredinem ⁊ ponticitatem. Alia est que est cinis sanguinis ⁊ q̄ð de eo est adustum: ⁊ hec quidem est salsa ad paucam trahens dulcedinẽ. Alia est que est cinis melancolie naturalis: q̄ si subtilis fuerit: erit eius cinis: ⁊ q̄ð de ea adustuz est valde acre: sicut acetum quod cum super terre faciem cadit ebullit: ⁊ eius odor est acris a quo musce fugiunt ⁊ alia: ⁊ si grossa fuerit minoris erit acredinis cum ponticitate pauca. ¶ Male igitur colere nigre species sunt tres: colera rubea cum aduritur ⁊ eius subtile resoluitur: ⁊ due alie diuisiones quas post eam diximus. Melancolia vero flegmatica est tardioris impedimẽti ⁊ malitie. Et melãcolia colerica est que est fortioris malitie ⁊ velocioris corruptiõis: verũtamẽ est susceptibilior curatiõis q̄ ille. De aliis vero duabus diuisionibus que magis acris est deterior existit. Si tamẽ in eius principio auxilium presto fuerit: citius medicationem recipiet.

Tertia vero que minus super terram ebullit ꝛ minus in membra penetrat tardius perimit: sed ad resoluendū ꝛ ad maturandū ꝛ medicationē recipiēdū magis est effrenis. He ergo sunt species humoꝝ non naturalium ꝛ superfluentiū. ¶ Inquit Gal. qui dixit ꝙ humor naturalis solūmodo est sanguis: ꝛ alij humores sunt superfluitates quibus nō egetur: non dixit verum. Si enim solus sanguis esset humor qui mēbra nutrit: omnia in suis complexionibus ꝛ essentijs similia forent. Os autem carne durius non existit: nisi quia sanguis cui substantia dura melancolica fuit admista ipsum nutriuit. Neq3 cerebrum mollius est carne: nisi quia sanguini qui ipsu3 nutriuit substantia mollis flegmatica fuit admista. Ipsum quoq3 sanguinem alijs inuenimus admistum humoribus qui ab eo separantur. Cu3 enim extrahitur ꝛ ordinatim ponitur inchoatim visu discernitur qđ separatur in parte3 que est sicut spuma: ꝛ est colera rubea. ꝛ partem que est sicut fex ꝛ res turbida etiā est melancolia: ꝛ partem que est sicut albumē ouoꝝ ꝛ est flegma. ꝛ partem aquosa3 que est aquositas cuius superfluitas in vrina euacuatur. Aquositas namq3 non est ex humoribus secundis: neq3 est nisi ex eo quod bibitur ꝛ non nutrit: neq3 est necessaria nisi in nutrimenti attenuatione ꝛ penetratione: humor namq3 est qđ ex eo qđ bibitur ꝛ comeditur est nutriēs. Qđ autē dico nutriēs volo intelligi ꝙ est in potētia simile corpori. Qđ autem in potentia corporis. s. humani similitudinem habet est corpus cōmistum non simplex. Et aqua quidem est simplex. ¶ Sunt autē quidam hominum qui opinantur corporis virtutem sanguinis sequi multitudinem: ꝛ ipsius debilitate3 sequi eius paucitatē. Sed nō est ita. Qđ vero attendit est dispositio eius quantitatis que de eo corpus igredit. ¶ Et sunt quidam qui opinantur ꝙ cum humores aucti fuerint aut diminuti: postqua3 corpora humana ꝺm comparationem fuerint qua debent in quantitate vnius ad alterum sanitas erit conseruata. Sed nō est ita. Humores namq3 preter istud mensuram inq̄titatem conseruatā habere debent non in comparatione alterius humoris: imo in se cū custodia mensurationis quā habēt in cōparatiōe vnius ad alteꝝ. ¶ Adhuc quidem remanserunt de rebus humoꝝ questiones: que nō medicis: sed tm̄ pertinent phis: ideoq3 eas pretermisi.

¶ De qualitate generationis humorum. ℞ Caplm. 2.

Nutriens masticatione aliquā habet digestionē. Superficies eni3 oris superficiei stomachi ꝯtigua existit: imo est ac si vna esset supficies: neq3 in eo virtus digestiua ex ipso: cūq3 masticatū tetigerit aliq̄ ipsum cōuersione ꝑmutabit. Et in hoc quidem auxiliatur saliua acq̄sita ꝑ digestionē in qua cadit calor inatus Ideoq3 triticu3 masticatū in maturatione furūculoꝝ ꝛ exituraꝝ operat: qđ non operat triticū cum aqua tritū: neq3 illud qđ cū aqua coqtur. Et dixerūt quidam ꝙ signum ostēdens nobis ꝙ masticatū ia3 paꝝ incipit digeri ē ꝙ neq3 pꝛim⁹ odor neq3 sapor in eo inuenit. ¶ Deinde postq̄ stomachū ingredit integra digeritur digestione: nō ꝑp stomachi calorē tm̄: sed ꝑpter calorē mem-

brorum que ipsum circundant:⁊ a dextra quidẽ epar:⁊ a sinistra splen.
splen nãqꝫ calefacit nõ ꝑꝑ sui substãtiã:sꝫ ꝓpter arterias ⁊ venas mul
tas que in eo sunt:⁊ ab interiori quidẽ est zirbuꝫ adipinum quod cito
suscipit calorem causa adipis ⁊ ad stomachum reducit:⁊ superiꝰ qui-
dem cor mediante diafragmate ab eo calefacto. ¶ Cumqꝫ nutriens in
primis digeritur fit sua essentia in multis animaliuꝫ auxilio eius qđ ei
admiscetur de eo quod bibitur:plerũqꝫ chilus:⁊ est substantia liquida
ptisane in spissitudine similis. Deinde eius subtile a stomacho ⁊ itesti-
nis attrahit:⁊ per vias venarum que mesaraice vocant impellitur que
sunt vene subtiles dure:omnibus intestinis continue. Cũqꝫ per eas im
pellitur ad venam peruenit epatis que porta vocat:⁊ penetrat in epar
in diuisionibus ⁊ ramis porte intrantibus ⁊ se minorantibus ⁊ subtili-
antibus ad modum capillorum:occurrentibus orificijs diuisionuꝫ ra-
dicum vene que a gibbo epatis ascẽdit. Et nõ facit ipsam penetrare in
illas coangustationes nisi melior cõmixtio aque bibite supra id qđ indi
get corpus. Cum ergo in istarum venarum villis diuidit sic quasi epar to-
taliter tangat huius chili totalitatẽ:⁊ ꝓpter illud tunc eius operatio
est vehementior ⁊ fortior ⁊ velocior:⁊ tunc coquit. ¶ In omni autẽ de-
coctione que est huiusmodi est res que est sicut spuma:⁊ res que ẽ sicut
hypostasis:⁊ res fortasse erit cum eis aut que ad adustionem pertinet:si
decoctio superflua fuerit:aut res que non est bene cocta:⁊ decoctio fue-
rit minor q̃ decet. Spuma aũt est colera rubea. Et hypostasis est melã-
colia que ambo sunt nãles. Adusti vero subtile est mala colera rubea.
Et eius spissum est melancolia mala non naturalis. Et qđ non bene co-
ctum est flegma ẽ. Qđ ãt de hoc toto res colata est que ẽ bñ cocta est san
guis. Qui tñ q̃ diu est in epate subtilior existit q̃ debet ꝓpter aquosam
superfluitatẽ q̃ ꝓpter rem quã diximus est necessaria. ¶ Istud vero qđ
est sanguis cum ab epate separat ab aquositate superflua illico mũdat
que necessaria nõ est nisi ꝑꝑ cãꝫ quãdaꝫ que iam sublata est. ¶ Extrahi-
tur ergo aquositas a sanguine in vena que ad renes descendit ⁊ fert se-
cum sanguinem qui ad renes nutriẽdos sua q̃titate ⁊ qualitate bonus
existit:nutritqꝫ renes vnctuositas huius aquositatis ⁊ sanguineitatis:
deinde aliud qđ remanet ad vesicaꝫ tendit:⁊ post ad virgã. Sãguis aũt
essentie bone per venam magnã ad gibbositatẽ epatis ascẽdentẽ vadit
⁊ tendit per venas que ab ea vt rami separantur:deinde gedeguil vena
rum:postea sedenechi gedeguil:post in suggentibus seguechi:deinde
in venis que sunt sicut villi capillaribus similes:postea sanguis ab ea-
rum orificijs resudando labitur in membra ex parte diuina. ¶ Sãguis
ergo causa efficiẽs calor est temperatus. ¶ Et causa materialis ẽ qđ de
nutrientibus est temperatũ ⁊ de potibus bonis. ¶ Et formalis cã ipsiꝰ
est decoctio noua. ¶ Et eius causa finalis est vt nutriat corpus. ¶ Effi-
ciens vo colere rubee causa est igneus calor supfluus:⁊ ꝓprie in epate.
¶ Et eius causa materialis est qđ de nutrientibus est subtile calidum
dulce ⁊ vnctuosuꝫ ⁊ acutũ. ¶ Et eius cã ẽ formalis decoctionẽ ad sup-

nũltatem ꝓcedere. ¶ Et eius finalis causa est necessitas ⁊ vtilitas quas
nominauimus. ¶ Efficiens autẽ flegmatis causa est caliditas attenua
ta. ¶ Et eius materialis cã est qđ de nutrientibus est grossum humidum
viscosum frigidum. ¶ Et eius causa formalis est decoctionis attenua-
tio. ¶ Et eius finalis cã est necessitas eius. ¶ Et vtilitas ipsiꝰ quas no-
minauimus. ¶ Melancolie autem hypostasiue quidem cã efficiens est
calor temperatus. Sed causa efficiens aduste est caliditas que ab equa
litate est egressa. ¶ Et eius cã materialis est qđ de nutrientibus est vehe
menter grossuꝫ pauce humiditatis: ⁊ eoꝝ calidũ ẽ fortius illo. ¶ Et cã
eiꝰ formalis est fex hypostasiua ſm vnũ duoꝝ modoꝝ: vnde neqꝫ labit:
neqꝫ resoluit. ¶ Et eius cã finalis est necessitas eius ⁊ iuuamentũ ipsiꝰ
qđ nominauimus. ¶ Melancolia aũt fit multa: aut ꝑꝑ caliditatẽ epatis:
aut splenis debilitatẽ: aut ꝑꝑ frigoris vehemẽtiã ꝯgelantis: aut ꝑꝑ con
strictionis perseuerantiã: aut ꝑꝑ egritudines que multe ⁊ ꝓlixe fuerũt:
quare ꝑꝑ illud humores facti sunt cineres. ¶ Cũqꝫ melancolia multi-
plicatur ⁊ inter stomachũ ⁊ epar stat: sanguis ⁊ bonoꝝ hũoꝝ generatio
cum ea minorat: ergo sanguis minuit. ¶ Debes autẽ scire ꝙ gn̄ationis
humoꝝ cãe caliditas ⁊ frigiditas cũ alijs existũt causis. Sed caliditas
equalis sanguinẽ generat. Et supfluens colerã gignit rubeã. Multũqꝫ
supflua melancoliã gñat ꝑꝑ supfluitatẽ adustiõis. Et frigiditas qdem
flegma generat. Et multũ supflua gñat melancoliã ꝑꝑ supfluitateꝫ ꝯge
latiõis. ¶ Debes aũt attẽdere ỽtutes passiuas cũ virtutuꝫ actiuaꝝ eqdi
stantia. ¶ Neqꝫ opꝫ vt sit credulitas ꝙ oĩs ꝯplõ sibi generat sile ⁊ non
sui ꝯtrariũ ꝑ accñs: sꝫ nõ fit ꝑ essentiã. ¶ Cõplõni.n. multotiẽs accidit
vt ꝯtrariũ generet. Frigida nãqꝫ complexio ⁊ sicca plerũqꝫ generat hu
miditatẽ extraneã nõ ꝑꝑ ꝯueniẽtiã: sꝫ ꝑꝑ digestiue debilitateꝫ. Et hmõi
qdẽ cõplõnẽ hñs est hõ macer cuius iũcture sunt laxe: ⁊ est leuis: ⁊ ipse
est timorosus: ⁊ frigidus tactu: ⁊ suauis: ⁊ vene anguste: ⁊ similat huic
qđ generat senium de flegmate: sꝫ certa senij cõplexio frigida sit ⁊ sicca.
¶ Debes autẽ scire ꝙ sanguis ⁊ qđ cum eo labit tertiã hꝫ in venis dige
stionẽ. Et cũ per mẽbra diuidit vt vnũqđqꝫ suũ recipiat nutrimentũ hꝫ
digestionem quartam. ¶ Supfluitas igit digõnis prime q̃ est in stoma-
cho ꝑ itestinoꝝ egredit viã. Et scđe digõnis q̃ fit in epate supfluitas plu
rimũ cum vrina egredit. Qđ aũt de ea remanet: ad spleneꝫ ⁊ fel tendit.
Duaꝝ ỽo digestionũ remanẽtiũ superfluitates per resolõnẽ q̃ nõ sentit:
⁊ per sudorẽ: ⁊ ꝑ sordiciẽ extrinsecã egrediunt. Cuiꝰ ps est ꝙ ꝑ foramina
egredit sensibilia sicut ꝑ nares: ⁊ instrm auditus: aut nõ sensibilia sicut
ꝑ poros: aut extra naturã sicut per apa cũ aperiunt: aut qđ nascit ex ad-
ditionibꝰ in corporibus sicut pili ⁊ vngues. ¶ Debes aũt scire ꝙ si ali-
cuius humores subtiles existũt: eoꝝ euacuatio eũ debilitat: cui multum
nocet in sui fortitudie suoꝝ poroꝝ amplitudo: ꝑꝑ qđ resolutionẽ sequit
debilitas: ⁊ ꝙ hũores subtiles ad eũandũ ⁊ resoluẽdũ sunt faciles. Qđ
aũt ad resoluẽdũ ⁊ eũandũ est facile spũi facile associari põt in sua reso
lutione: cũ eo igit resoluit. ¶ Et debes scire ꝙ queãdmodum humores

isti in suis gnātioīb⁹ causas hñt: sic ꝛ in suis motibus hñt cās. ℂ Motus naqȝ ꝛ res calide sanguinē mouēt ꝛ colerā rubeā: ꝛ fortasse mouebunt melācoliā: ꝛ forte facient eaȝ. ℂ Quies vero flegma forte reddit ꝛ aliquas melie spēs. ℂ Et ēt ipsemet estimatiōes mouēt hūores. verbi grā. sanguinē. n. mouet res intueri rubeas: quapropter ꝓhibemus illum ex cuius naribus sanguis fluit: res splēdorem habētes rubeum aspicere. ℂ Et hec quidē dicimus de humoribus ꝛ eoꝝ generationibus. ℂ Loq vero cōtra ꝓteruos ꝛ deuiantes debēt sapiētiaꝝ opifices ꝛ nō medici.

ℂ Doctrina quinta.

ℂ Doctrine qnte ad sciēdū qd sit mēbꝝ ꝛ sue partes. Cap. I.

Membra autem sunt corpora que ex prima humoꝝ generant commixtione: queādmodum humores sunt corpora que ex prima ciboꝝ generant cōmixtione: sicut cibi sunt ex prima cōmixtione generati elemētoꝝ. ℂ Mēbroꝝ aūt alia sunt que sunt simplicia: alia sunt que sunt cōposita. ℂ Et simplicia quidē sunt quoꝝ quācūqȝ sensibilē assumpseris partē in noīe ꝛ diffinitiōe erit toti cōicans: sicut caro in suis partib⁹: ꝛ os in suis ptib⁹: ꝛ neruus i suis ptib⁹: ꝛ his similia. Ideoqȝ similium vocant partium. ℂ Composita vero sunt illa quoꝝ quācūqȝ acceperis partem in nomine ꝛ diffinitione toti cōmunicās nō erit sicut manus ꝛ facies: pars enim faciei nō est facies: neqȝ pars manus est man⁹. Et vocātur mēbra instrumētalia: eo ꝙ sunt anime instrumenta ad complendūȝ motus ꝛ operationes. ℂ Primū mēbroꝝ similiuȝ est os: quod durum est creatū: qm̄ ipsum est corporis fundamentū ꝛ sustentaculum motuū. ℂ Post ipsum vero est cartilago que osse existit mollior: ideoqȝ flecti pōt: sed est oībus alijs mēbris durior. Cuius iuuamētū in creatiōe fuit: vt ossium cū corporibus mollibus per ipsam melior fieret cōtinuatio: ꝛ vt durum cum molli non absqȝ medio componeretur: duro enim molle lederetur: ꝛ precipue in hora percussionis ꝛ ꝯstrictionis si nō eēt ꝯpositio ordinata: sicut est in osse spatule ꝛ hypocūdrioꝝum ꝛ in ossib⁹ costaruȝ: ꝛ sicut est epiglotalis cartilago: ꝛ illud qđ est sub thorace: ꝛ vt per ipsam etiā foret melior iūcturaꝝ se adinuicē fricantiū vicinitas: ne sua duritie rūperent: ꝛ ēt vt cum aliqs musculus se extēdēdo ad aliqđ ꝑuenerit mēbroꝝ in quo os non existat cui initat ꝛ a quo ꝯfortet: sicut palpebraꝝ musculi vt sit ibi sustētaculū cordis eoꝝ ꝛ defensio: ꝛ plerūqȝ ēt in multis locis est necesse rē aliq̄ rei alicui initi que nō sit dura in vltimo sicut epigloti. ℂ Postea sunt nerui q̄ sunt corpora a cerebro orta aut a nucha: alba: ad flectēdū mollia: ꝛ ad separādū dura: ad hoc creati vt ꝑ eos mēbra sensuȝ habeāt ꝛ motū. ℂ Post neruos sunt corde: que qdē sunt corpa q̄ ab extremitatib⁹ musculoꝝ oriunt ꝛ neruis similant: ꝛ ad mēbra tendētes mobilia: plerūqȝ sua retractiōe retrahūt membra ꝓpter musculi cōtractionem ꝛ congregationē ꝛ ꝓpter retrorsum reductionem: ꝛ quandoqȝ relaxant laxamento sui propterea ꝙ musculus dilatatur cum ad suum redit situm: aut supra mensuram quā eius habet longitudo: ꝛ supra dispositionem quam habet cum in suo naturali exi-

stit situ addit: sicut in quibusdam videmus musculis: qui quidem ꝯm
plurimũ sunt compositi ex neruis qui ad musculũ tendunt: ⁊ ab altera
parte egrediuntur: ⁊ ex corporibus de quibus post cordaruz relationẽ
tractabim⁹. Et hec quidem sunt que ligamẽta vocantur: que etiam ꝯm
visum ⁊ tactum neruosa existunt: ⁊ ab ossibus venientia ad musculum
vadunt: ⁊ fiunt fila ipsa ⁊ nerui in eo. Quod ergo est supra partem mu
sculi vocatur caro. Et q̃ð ab eo separatur ⁊ ad iuncturam vadit ⁊ mem
bruz motũ: colligitur in seipso ⁊ permutatur corda. ¶ Post eas aũt sũt
ligamẽta que prediximus: que etiã sunt corpora neruo similia: quorum
quedã sunt que absolute ligamenta vocantur: ⁊ quedam sunt que no-
mine alahacab: vel alchaab appropriantur. Illud vero q̃ð ad musculũ
extenditur nõ vocatur nisi ligamentũ. Et illud q̃ð ad musculũ nõ extẽ
ditur: sed tantum q̃ð est inter duo extrema ossium iuncture continuat
aut inter alia membra ⁊ vnam rem alij firmiter annectit propter q̃ð li-
gamentum vocatur: ⁊ quandoq; noĩe alahacab vel alchaab appropria
tur. Ligamentum vero nullum sensum habuit: ne ꝓpter motũ multuz
⁊ fricationem doleret. Iuuamentuz aũt ligamenti ex eo q̃ð premissum
est perpenditur. ¶ Et post ligamenta sunt arterie: que sunt corpora q̃
a corde nascuntur concaua: in longitudinem extensa: neruosa ⁊ in sui
substantia ligamentalia habentia motiones: dilatando se ⁊ ꝯstringen-
do: que ex quietibus discernunt: que quidem ad hoc fuerunt create vt
cor euentetur: ⁊ fumosus vapor ab eo expellatur: ⁊ spiritus mẽbris cor-
poris distribuatur. ¶ Post sunt vene que arterijs similes existunt: sed
sunt ab epate: ⁊ sunt quiete: que quidẽ fuerũt create ad hoc vt sanguis
membris que sunt in corpore partiatur. ¶ Deinde sunt panniculi qui
sunt corpora de filis neruosis nõ sensu ꝑceptis texta: quoꝝ spissitudo te
nuis existit dilatata: alioꝝ corpoꝝ suꝑficies coopertientia ⁊ continẽtia
ea: ꝓpter iuuamenta: ex q̃bus est vt summã eoꝝ in sua figura ⁊ factura
custodiant: ⁊ ex eis est vt ea ab alijs corporibus suspendant: ⁊ eis anne
ctant mediãtibus neruo ⁊ ligamento: que fila facta fuerunt: ex quib⁹
texti fuerũt sicut renes dorso: ⁊ ex eis est vt mẽbra ꝯm sui substantiã sen
sum nõ hñtia per ipsos habeant suꝑficiem sui essentia sentientem: que
illud q̃ð ei occurrit sentit: ⁊ accidentaliter sentit q̃ð in corpore accidit
q̃ð eis inuolutũ est: ⁊ hec q̃dem mẽbra sunt sicut pulmo epar splen ⁊ re
nes: hec eniz sua substãtia nullo mõ sentiũt: sed neq; sentit illud q̃ð in
eis ꝑcussionẽ facit nisi q̃ð de pãniculis suꝑ ea existit cũq; in eis accidit
ventus aut apostema sentit: sed vẽtũ sentit pãniculus accidẽtaliter ꝑ
extensionẽ que ꝯtingit in ipso: apostema vero sentit principiũ pãnicu-
li ⁊ ei⁹ appensionem accidentaliter: ideoq; membrũ apostematis gra-
uitate laxat. ¶ Postea est caro que est locoꝝ vacuorũ impletio: que in
hoꝝ mẽbroꝝ situ in corpore existunt: ⁊ ipsoruz fortitudo qua sustẽtat.
¶ In vnoquoq; vero mẽbro est virtus naturalis qua ei res nutrimẽti
ꝯpletur. Et hoc q̃dem est nutrimentũ attrahere: ⁊ retinere: ⁊ assimilare
⁊ vnire: ⁊ ⁊ suꝑfluitatem expellere. ¶ Et post hec quidem mẽbra diuersi-

[illegible]cantur. Sunt enim eoꝝ quedaȝ que preter hanc virtuteȝ insuper aliaȝ
virtuteȝ habent que ab eis ad aliud ꝓcedit. Et quedã sunt eoꝝ que hoc
non habent. Et aliter. Quedã eoꝝ sunt que preter hanc virtutẽ insuper
virtutẽ habent que eis ab alio influit ⁊ sunt eoꝝ: quedã que non. ¶ Cuȝ
ergo cõpositio fiet sequeť ꝙ est membruȝ suscipiens ⁊ tribuẽs: ⁊ mẽbruȝ
tribuens ⁊ non suscipiens: ⁊ membrum suscipiens ⁊ non tribuẽs: ⁊ mẽ-
brum neqȝ suscipiens neqȝ tribuens. ¶ De membri autem tribuentis ⁊
suscipientis inuentione non dubitamus: in cerebro namqȝ ⁊ epate oẽs
conuenerunt medici ꝙ vnũquodqȝ eorum virtutem vite suscipit ⁊ calo
rem naturalem ⁊ spiritum a corde: ⁊ vnũquodqȝ eoꝝ principium habet
virtutis quã alijs tribuit: sed cerebrũ quidẽ prebet sensuȝ sꝫ quosdã ab-
¶ Amplius ſignificatiōes que ex vrinis habent ex ſeptē ſũt accepte generibus. Genere coloris. Et genere ſubſtātie. Et genere claritatis ⁊ turbulentie. Et genere hypoſtaſis. Et genere q̃titatis in paucitate ⁊ multitudine. Et genere odoris. Et genere ſpume. Sunt vero quidā q inter hec genera ponunt genus tactus ⁊ genus ſaporis. ¶ Cũqꝫ dicimus genus coloris intelligimus illud qđ viſus in ea ſentit ex coloribus. ſ. albedinem aut nigredinē autꝰ qui inter eas exiſtunt. ¶ Et cum ſubſtātie genus dicimus intelligimus diſpōnem ipſius in groſſitudine aut tenuitate. ¶ Et cũ dicimus genus claritatis ⁊ turbulētie intelligimus ꝙ penetratio viſus in ea ē facilis aut nō ē. ¶ Inter hoc aũt genꝰ ⁊ genꝰ ſubſtantie exiſtit drīa: qm̃ plerũqꝫ eſt ſubſtātia groſſa ⁊ clara ſicut albumē oui ⁊ glutē piſciũ liquatũ ⁊ vitrũ liquatũ ⁊ oleũ. Et plerũqꝫ eſt res ſubtilis ſubſtātie turbida: ſicut aqua turbida que eſt magis tenuis q̃ albumen oui. ¶ Turbulentie aũt cā eſt ꝑmixtio partiũ colores hñtiũ extraneos fuſcos aut alijs colorib9 infectos qui ab aſpiciente ſenſu nō ſunt ꝑcepti ⁊ ꝓhibēt paruitatē ⁊ nō ꝑ ſe ꝑcipiunt. ¶ Inter eā vero ⁊ hypoſtaſim exiſtit differētia: quoniam viſus plerũqꝫ cognoſcit hypoſtaſim. Et inter ipſam ⁊ colorem exiſtit differentia: qm̃ color per totam humoris ſubſtantiā ꝓcedit cum maiori permixtione.

¶ De ſignificationibꝰ coloris vrine. Capitulum. 2.

Ex coloribus vrine ſunt gradus citrinitatis. Sicut palearis. Deinde citrinꝰ. Poſt flauꝰ. Deinde ruffus. Poſtea citrāgularis. Poſtea igneus q ticture croci aſſimilat: ⁊ ipē quidē eſt vehemēter citrinus Poſtea croceus qui ſimilat capillis zahafarani: ⁊ iſte quidē eſt quē vocant rubeũ clarũ. ¶ Oēs aũt que ſunt poſt citrinũ caliditatē ſignificāt: ſꝫ tñ ſm ſuos diuerſificant gradus. Et eſt qdē cũ accidũt ꝑp vehementiam motus: ⁊ ꝑp dolores: ⁊ ꝑp famē: ⁊ ꝓpter aque abſtinentiam.
¶ Poſt iſtos vero gradus p̄dictos exiſtunt gradus rubedinis. Sicut rubeus roſeus. Et rubeus obſcurus. Et rubeus puluerulentus. Et oēs quidem ſanguinis dominiū ſignificant. ¶ Et in oibus in quibꝰ eſt color zahafarano attinens eſt ſignificatio dominij colere rubee. ¶ Et in omnibꝰ qui puluerulēto attinēt eſt ſignificatio dominij ſanguis. ¶ Et igneus qdē magis ſignificat calorē q̃ rubeus ⁊ puluerulētus: ſicut colera in ſe calidior eſt q̃ ſanguis. Et color qdē vrine egritudinibꝰ acutis incendētibꝰ trahit ad colorē zahafarani ⁊ igneitatē. Qđ ſi ibi fuerit tenuitas; aliq̃ maturatōis ſignificat diſpōeꝫ ⁊ ꝙ iā icepit ⁊ ſi ñ appeat in

substātia. Si aūt citrinitas fortior fiat ⁊ vsq3 ad igneitatis ꝑueniat terminum ⁊ ad finem in ea: significat ꝙ calor incessanter processit: ⁊ iste quidem est finis citrinitatis. Quod si in ipso claritas augmētet: calor iā ꝑ3 diminutionem incedit. ¶ Et est preterea cum in egritudinibus acutis sanguineis vrina: sicut ipse sanguis mingitur apertione vene ibi existēte. Et significat repletionē supfluā: que si paulatim mingēdo emittit ⁊ est cū odore malo: ē significatio timoris: ⁊ timetur ex ea ne sanguis ad loca suffocantia fusus deriuet. Et peior quidē ea est cu3 ē subtilis in colore sui ⁊ dispōne. Cū aūt ex ea multū mingit est cū ē significatio bona in febrib⁹ acutis ⁊ cōmixtis: qm̄ est cum est significatio crisis ⁊ sanitatis: nisi in principio subito attenuetur anteq̄ sit hora crisis: quoniā tūc erit recidiuationis significatio. Et silr̄ si tenuitas post crisim ordinata nō fuerit. ¶ In icteritia vero cum vrina adeo fuerit maioris rubedinis donec ad nigredine3 trahat ⁊ pānū taliter tingat ne remoueri possit. Et q̄to plus fuerit erit sanius: quoniā cum vrina in ipsa fuerit alba aut rubea pauce rubedinis icteritia in sua dispōne manente timet ex ea hydropisis. ¶ Fames quoq3 ē ex eis que vrinā vehementer tingūt ⁊ ipsa3 valde acuūt. ¶ Post vero sunt gradus viriditatis. Sicut vrina cui⁹ color colori fisticoꝝ attinet: deinde cuius color est silis colori eruginis eris. Postea illa cuius est color silis colori ireos: deinde cuius color similatur indico. Postea q̄ similis est succo porri. ¶ Fisticalis vero significat frigiditate3. Et silr̄ oēs in quib⁹ existit frigiditas: ꝑter eā q̄ erugini eris aut succo porri similat. hec nāq3 vehemens significat incendiū. Verūtamē succo porri similis sanior est ea que erugini eris similat. ¶ Et illa quidē que erugini eris similat post laborē significat spasmu3. ¶ Viridis vero in pueris spasmū significat. ¶ Que vero colorē ireos h3: frigiditatē vehementem ꝑm plurimū significat ⁊ ante ipsa3 precedit vrina viridis. Et quidā dixerūt ꝙ significat vene[illegible] in potu fuisse haustu3. Et si fuerit in ea hypostasis spes erit vite. Et [illegible]non: timetur ei. Erugini vero eris similis vehementem significat perditionem.

¶ Graduū autē coloris nigri: alius est niger qui ad nigredinē tendit ꝑ3 viam coloris croci: sicut est in icteritia: ⁊ significat colere rubee spissitudinem: ⁊ eius adustionem: ⁊ coleram nigrā que accidit ex colera rubea: ⁊ significat icteritiam. Et alius est qui ex fusco ꝑuenit ad nigredinem: ⁊ significat coleram nigram. Et alius niger qui ꝑuenit ex viriditate ⁊ colore indico simili: ⁊ significat colerā nigrā puram. ¶ Et ad summū q̄dē vrina nigra significat: aut vehemens incendiū: aut forte frigus: aut morte3: aut caloris naturalis superationē: aut crisim ⁊ expulsionem nature qua ipsa colere nigre expellit supfluitates. Qđ aūt ex incendio ē cognoscitur: qm̄ illic est fortis ardor: ⁊ ante ipsa3 fuit vrina citrina vel rubea ⁊ hypostasis est diuulsa ⁊ inequalis ⁊ incontinua: ⁊ non est vehementis nigredinis: imo trahit ad colorem croci ⁊ citrinitatē: aut ad fuscitate3. Et si ad citrinitate3 trahit significat multā icteritiā. Verūtamen qđ ex frigiditate fit cognoscit: vt ante ipsu3 habeatur vrina que ad viriditatem trahit

rem trahit aut ad liuiditatem:⁊ est sedimē paucū fumctū ac si eēt siccū ⁊
nigredo in ipsa est purior. ¶ Et est ēt cū inter duas ꝯplexiōes dr̄ntia no
tatur. Q̄m qn̄ cū; vrina nigra fortis odor fuerit significabit caliditatē.
Et cum fuerit cum ea odoris priuatio aut fortitudinis eius debilitas si
gnificabit frigiditatē. Cū enim natura valde fuerit superata:odor non
erit in vrina. Illud aūt qd̄ ex casu caloris accidit innati cognoscit: pro
pterea ꝙ ip̄m sequit fortitudinis casus ⁊ eius dislocatio. Et illud qdē
qd̄ accidit s̄m modū purgatiōis ⁊ crisis cognoscit sicut qd̄ accidit in si
ne quartanarū:⁊ cū splenis egritudines resoluuntur: ⁊ dolores dorsi ⁊
matricis:⁊ febres melancolice:⁊ nocumēta que ex menstruoꝝ accidunt
retētione:⁊ retētio eiꝰ qd̄ ex sanguine fluere solebat p anū ⁊ p̄cipue cū
nā ⁊ ars in ꝓuocando mēstrua iuuāt:⁊ sicut accidit mulieribus quaꝝ
mēstrua retinent. Et nō retinet nā sanguis sup̄fluitatē:ꝓpterea ꝙ ante
ipsam p̄cessit vrina indigesta aquosa:⁊ ꝓpterea ꝙ post ipsam aduenit
corpori alleuiatio:⁊ erit ipsius quātitas maxia copiosa: Qd̄ si non ita
vrina fuerit nigra:signū erit malū:⁊ precipue in acutis egritudinibus:
⁊ quātoplus si eius quātitas fuerit pauca:qm̄ ex sua paucitate est scien
dū ꝙ humorē iam destruxit adustio. Et quātomagis fuerit grossa erit
deterius. Et quāto magis fuerit tenuis erit minoris malitie. Et est qdē
cum accidit vt vrina nigra aut rubea obscura mingat propter vini po
tionē qd̄ huius hʒ colorē cū nullo mō natura aliquid in eo operata fue
rit ⁊ exierit s̄m suā dispōnem:sed in hoc non est timor. Et est cum bone
crisis significatio existit ⁊ in acutis egritudinibus: sicut si eger eam te
nueʒ minxerit:⁊ fuerit in ea suspensio in partibus diuersis. multotiēs
enim significat sonitū capitis ⁊ vigilias ⁊ surditatē ⁊ desipientiam. Et
precipue si paulatim caʒ minxerit ⁊ in lōgo tp̄e fuerit suspensa ⁊ fuerit
eius odor acutus ⁊ fuerit cū febribus: qm̄ tunc vehementē significabit
capitis sonitū ⁊ desipiētiā. Sed qn̄ affuerit ibi insomnietas ⁊ surditas
⁊ desipiētia ⁊ sonitus capitis significabit sanguinis fluxū ex naribus.
Et est etiam cū existit causa lapidis in rene. ¶ Ruffus inquit. Urina ni
gra bona est in egritudinibus lapidis que ex humoribus ꝓueniūt gros
sis. Et est significatio mortalis in egritudinibus acutis. Dixit etiam ꝙ
vrina nigra est mala in egritudinibus renum ⁊ vesice cum vehemēs ar
dor ibi adest. Considera ergo alia signa. ¶ Urina nigra in senibus non
est bona pp illud qd̄ scis. Neqꝫ venit in eis nisi ex corruptione mala. Et
similiter in mulieribꝰ vrina nigra post laborē significat spasmuʒ. ¶ Ad
summū vero vrina nigra in principio febriū est pernitiosa. Et similiter
in earum fine qn̄ non cū ea fuerit alleuiatio neqꝫ significauerit crisim.
¶ Urina aūt alba s̄m duas intentiones est scienda. Una earū est cū ipsa
est tenuis translucens:qm̄ vulgus qd̄ trāslucens est albū vocat: sicut est
vitrū qd̄ est claꝝ:⁊ christallū claraʒ vocat albā. Et altera est que p certo
est alba cuius color est disgregatiuus visus:sicut lac: ⁊ pergamenum:⁊
ista qdem non translucent vt visus in ipsa penetret. translucentia enim
pro certo nō est nisi omniū coloꝝ priuatio. ¶ Album igit s̄m intentionē

translucentis significat frigiditatē oīno: ⁊ est auferēs digōnis fiduciā. Et si cū grossitudine fuerit significabit flegma. ¶ Sed alba ꝑ certo nō erit nisi cū grossitudine. Et eius qdē alia est cuius albedo est mucillaginosa: ⁊ significat multitudinē flegmatis ⁊ humoris crudi. Et alia ē cuius albedo est vnctuosa: ⁊ significat adipis liquefactionē. Et alia est cuius albedo est similis albule: ⁊ significat flegmatis liquefactionē q̄ accidit aut accidet. Et alia est cuius albedo est similis albedini q̄ est in fungo cuz tenuitate ⁊ sanie: ⁊ significat exituras vlcerosas in instrumentis vrine. Et si absq₃ sanie fuerit erit pp supatiōnē materie mlte crude nō mature. Et est cū est cuz lapide vesice. Et est alia q̄ spermati similat̄ que cū flegmaticoꝝ apatū adest crisis ⁊ laxitas interiorū egritudinū que ex flegmate accidūt vitreo. Cum vero vrina spermatis similis existit: ⁊ nō est ꝟm modū crisis est ꝑpter apata flegmatica. Immo cū in primis ꝑuenerit ꝑnosticabit̄ apoplexiā aut palisiz. ¶ Et cū in omnibꝰ horis febris alba supuenerit vrina cito in quartana cōuertet̄. Et plumbina quidez sine hypostasi est valde mala. Et lactea etiā in acutis egritudinibus est pnitiosa. ¶ Albedo p̄terea vrine in febribus acutis quocūq₃ mō fuerit post tincturā que precessit significat q̄ colera rubea ad aliquod mēbrū declinauit qđ apatur aut ad fluxū ventris: ⁊ q̄ magis significat q̄ declinauit ad caput. ¶ Et similiter cū vrina rubea est in febribꝰ: deinde subito fit alba significat desipientiā. ¶ Et cū vrina in sanitate ꝑseuerauerit in colore albo significat priuationē digōnis. Et albule similis que lacti similatur acetoso in febribus acutis mortem significabit aut ptisim.

¶ Scito aūt q̄ possibile ē vt vrina sit alba ⁊ cōplexio calida ⁊ colerica: aut vrina rubea ⁊ cōplexio frigida flegmatica. Colera enim rubea cum declinat a via vrine ⁊ nō admiscet̄ vrine remanet vrina alba. Debes ergo vrinā albā cōsiderare. Qm̄ si fuerit huius humor multus ⁊ luminosus: ⁊ ipsiꝰ sedimē multū ⁊ grossuz: ⁊ eius substātia cū h̄ trahit ad grossitudinē: debes scire q̄ albedo est ex frigiditate flegmatis. Sed cuz vrina nō fuerit luminosa clara: neq₃ eius sedimen multum: neq₃ peruia: ⁊ albedo ad fuscitatez traxerit: scire debes q̄ colera rubea est occultata. Et si in egritudine acuta fuerit alba: ⁊ fuerit in ea significatiōes saltus ex qbus non timet̄ frenesis: ⁊ q̄ sunt sicut ip̄m: debes scire q̄ colera rubea declinauit ad aliū cānalem: ⁊ ad intestina: ⁊ accidet ei constrictio. ¶ Cā v̄o ob quā vrina existit rubea in egritudinibus frigidis ē vna harū rex. Aut fortitudo doloris q colerā rubeā resoluit sicut in colica accidit frigida. Aut opilatio que facta fuit ex sepatiōe flegmatis in cānali q est inter fel ⁊ intestina: quapp fel ad intestina nāliter non descendit sicut solebat: imo vrine societas est ei necessaria cum q̄ egrediat̄: quēad modum accidit in colica frigida. Aut pp debilitatē epatis ⁊ sue virtutis defectū q̄ iter aquositatē ⁊ sanguinē separationē facere nō v₃: sicut accidit in hydropisi frigida ⁊ in egritudinibꝰ debilitatis epis ꝟm plurimum: qm̄ pp eas vrina est similis loture carnis recentis. Aut pp ꝯstrictionez quā opilatiōes fecerūt ⁊ mutat̄ color flegmatis in venis ꝑpter

aliq̃ putrefactionē q̃ ei accidit. Et eius qdez signuz est aquositas vrine ⁊ eius sedimē ſm modũ quē diximus. Et eius tinctura ē tinctura debilis nõ luminosa. Colere enim rubee tinctura est lumiosa. ¶ Urina quoq3 multotiēs in principio egritudinum erit alba: sed postea fiet nigra ⁊ fetebit: sicut accidit in ictericia. ¶ Amplius vrina post comestionem albescit: neq3 sic cessat donec digestio fieri incipiat: tunc eniz incipit vrina tingi. Et propter h̃ vrine vigilantium sunt albe. Et adiuuat ad hoc caloris innati resolutio. Sed non luminose: imo attinent fuscitati propter priuationē digõnis. ¶ Tinctura rubea in egritudinib⁹ acutis melior ē q̃ aquosa. Sed rubea que est sanguinea maioris est securitatis q̃ rubea colerica. Rubea quoq3 colerica non tanti est timoris cũ colerica quieta manet. Sed si extat mobilis magni est timoris. ¶ Amplius vrina rubea in egritudinibus renũ est mala: qm̃ ſm plurimũ calidũ significat apostema. Et in dolorib⁹ capitis desipiētia portendit. ¶ Cũq3 vrina in egritudinibus acutis rubee cepit ⁊ sic pmanserit ⁊ nõ inferius descēsum fecerit: pditiõis egri timorez affert: ⁊ renũ apostema significabit. ¶ Quod si cũ rubedine fuerit turbida: ⁊ taliter permãserit: apa in epate ⁊ caloris innati significabit debilitatem.

¶ Amplius colorum vrine sunt quidã cõpositi. Ex quibus est color qui carnis recentis loture assimilat: q ēt sanguini in aqua dissoluto similis existit. Et est ex debilitate epis. Et qñq3 ēt est ex multitudine sanguinis. Uerũtamen sepius existit ex debilitate epis ex quacũq3 cõplexione superuenerit malitia vincēte quã digerēdi malitia vel debilitas demonstrabit ⁊ virtutis dissolutio. Qd̃ si virtus fortis fuerit: tunc non erit nisi ex sanguinis multitudine ⁊ eius augmento vltra mēsurã quã virt⁹ disgregatiua penitus separare non sufficit. ¶ Et ex eis est etiam color oleaginus: ⁊ est citrinitas cui admixta est siccitas. Et colori olei similatur ꝑpter viscositatem que est in ipso ⁊ translucentiam cum nitore adipino ⁊ cum splēdore substantie ad quandam spissitudinem trahit. Et in pluribus dispositionibus significat malum: aut non significat bonum: neq3 maturationem: neq3 meliorationē. Sz fortasse raro materiez vnctuosarum euacuationez ſm modũ crisis significat. Et hoc quidem non est nisi cum post ipsam aduenit requies. Que vero ex ea est perniciosa est illa cuius vnctuositas est fetida: ⁊ prope illa ex qua parua mingit quãtitas. Cum vero ei aliquid miscetur quod est simile loture carnis recentis est deterior. Et hoc quidem plus contingit in hydropisi ⁊ ptisi ⁊ colica mala. Et est cum oleagina post nigram sequitur vrinam que precessit: ⁊ tunc quidem est significatio bona. Malus autem quod vrina significat oleagina est q̃ in die quarta indicent egrum in die septima moriturum in egritudinibus videlicet acutis. Ad summum vero oleagine vrine tres sunt species. Alia enim ex ea est que tota est adeps. Et alia est cuius inferius est tantum adeps. Et alia est cuius superius est adeps. Ex ea etiam est que in suo colore tantum est oleagina sicut est in ptisi ⁊ proprie in sui principio; aut in sui substantia tantum; aut

in eis vtriusqꝫ: queadmodū ē in egritudinibꝰ renū: ⁊ in ꝑfectiōe ptisis ⁊ eius fine. ¶ Et ex eis est etiam carminius qui malus est ⁊ pernitiosus quoniam vtriusqꝫ colere significat adustionem. ¶ Et quandoqꝫ est color rubeus in quo currit nigredo. Et significat febres ꝯpositas: ⁊ febres que ex grossis sūt suꝑfluitatibꝰ. Qui si clarior fuerit ⁊ nigredo ad ipsiꝰ summitatē declinauerit: apostema significabit lateris.

¶ De significationibus substantie vrine in quantitate ipsius ⁊ in claritate sui aut turbulentia. Capitulum. 3.

Substātia vrine est: aut tenuis: aut grossa: aut mediocris. ¶ Ualde vero tenuis in oībus dispōnibus maturatiōis significat ꝑuatōē: aut in venis opilatiōes: aut epis debilitatē: ⁊ cānaliū vrine q nō attrahunt nisi qđ tenue est: aut attrahūt sꝫ extra nō eijciūt nisi qđ nā subtile existit: aut multā aq̄ potationē: aut vehemētis frigiditatis cōplexionē cū siccitate. ¶ Et in acutis q̄dē egritudinibꝰ significat virtutis digestiue debilitatē ⁊ maturatiōis priuationē. ¶ Et est ēt cū reliq̄ꝝ virtutū tātā significat debilitatē vt nullo mō in aqua operent̄: imo queadmodū ingredit̄ ita labit̄. ¶ Et vrīa q̄dē tenuis valde ꝭꝫ hūc modū deterior est in pueris q̄ꝫ in iuuenibꝰ: qm̄ nālis pueroꝝ vrīa spissior est vrina iuuenū iō ꝙ sunt humidiores: ⁊ ꝙ eoꝝ corpa plus attrahūt humiditates ꝓpterea ꝙ mā suꝑfluēs est eis necessaria cā augmēti. Si ergo eoꝝ vrīe in febribꝰ acutis multū fiāt tenues: iā valde elōgati erūt a sua naturali dispositiōe. Et si hec in eis ꝑseuerauerit nō significabit nisi ꝑditionē: qm̄ cū ꝑdurat significat ꝑditionē: nisi bona sint adiūcta signa: ⁊ virtutis stabilitas: tūc enīꝫ exiturā significat que accidit ⁊ ꝓprie inferiꝰ sub pte epis. Et silr̄ si hoc in sanis ꝑmāserit ⁊ se nō ꝯuerterit ab eis significabit apostema qđ accidet illic vbi dolorē sentiūt. Et ꝭm plīn accidet eis vt c̄um hoc in alchatin ⁊ in renibꝰ dolorē sentiāt. Et significat aptitudinem ad apostema. Qđ si dolor ⁊ grauitas vni mēbro ꝓprio nō fuerit: imo sunt cōes: significabit bothor ⁊ variolas ⁊ apostēata q̄ corpi erūt cōia. ¶ Tenuitas quoqꝫ vrine in crisi sine ordine recidiuationē ꝓnosticat̄. ¶ Urina aūt multū spissa ꝭm plurimū significat maturatiōis ꝑuationē. Et ꝭꝫ minus humoꝝ grosse substātie maturatiōēꝫ. Erit ergo in statu humorosarum febriū ⁊ in apertione apostematū. Et plurimū quidē qđ in acutis significat egritudinibꝰ est malum. Uerūtamen tenuitatis durabilitas plus significat malum. Spissitudo nāqꝫ quandam significat digestionem: que quidem substantie confert in eo ꝙ digestionem significat ⁊ ꝙ virtus expellendi habet potentiam est id in quo fiducia habet̄. Et inquātū materiei significat corruptionē ⁊ eius multitudinē ⁊ maturationis ꝓhibitionem separantis ad fundū descendētis significat malū. Quid autem sit illud quod inter duas res superātius est cognoscitur ex eo quod post eā aduenit ex requie aut succedit ex debilitatis augmēto. ¶ Et vrinaꝝ quidē spissaꝝ in febribus sanior existit illa de qua multum subito euacuat̄. Illa vero que paulatim euacuat̄ multorūꝫ humorum est significantia ⁊ debilitatis virtutis. Er post illam quidē que vri

litatem affert sequif mediocris vrina simul cum requie. ¶ Cum autem
tenuis vrina in acutis egritudinibus ad spissitudinē conuertif postꝗ̄
non aduenit requies significat liquefactionem. ¶ Cumqȝ in sano vrina
perseuerauerit spissa ⁊ in parte capitis dolorē senserit ⁊ conquassatōeȝ:
iudicabit ei febrem. ℂ Est tamen cum hoc est ex supflua expulsione: aut
apertiōe: aut vlceribus in partibus viarū vrine. Non autem subtilitas
⁊ spissitudo vtreqȝ maturationis significant priuationem: nisi q: matu
rationeȝ substantie comitaf mediocritas. Spisse ergo maturatio est vt
digerendo ad tenuitatem mutef. Et tenuis maturatio est vt coquendo
mutef ad spissitudinem. ¶ Amplius vrina spissa quēadmodum prius
diximus: quandoqȝ est clara translucens: quandoqȝ est turbida. Verū,
tamen inter spissam translucentem ⁊ tenuem existit differētia. Quoniā
spissa translucens cum motu inundaf non fiunt partes ipsius inunda
te multū parue imo magne in ea accidunt vnde ⁊ eius motus sunt tar
di ⁊ cum spuma multarum ampullarū ⁊ ipsius ampulle non cito rum
puntur. Et que q̄dem huiusmodi existit ex flegmate generaf bene dige
sto aut colera vitellina si est in ea tinctura ad citrinitatem trahēs. Et si
tinctura nō est in ea significat flegmatis vitrei resolutionē. Et hoc q̄dē
in epilepticoꝝ vrinis multū existit. In tenui aūt in qua mlta existit tin
ctura scitur tincturā non esse pp digestionē. Alioqn digestio i p̄mis nō
magis operaf substantiā ꝗ̄ coloris pmixtionē. Propria nāqȝ digestio,
nis opatio est substantiā efficere deinde ipsam tingere. Et digestio q̄dē
in substātia melior est ꝗ̄ in colore. Et pp hoc cum vrina tenuis in acuta
egritudine perseuerat significat maluȝ: ⁊ ꝗ virtus digestiua est sopita.
¶ Cū aūt vrinā videris tenuē in cuius partibus rubedinis ⁊ citrinita,
tis fuerit diuersitas: laborē cognosces inflāmātē. Et si tenuis fuerit fue
rintqȝ in ea res q̄ sunt sicut furfures egritudine in vesica nō existente si
gnū erit hoc eē pp flegmatis adustionē. ¶ Spissa aūt vrina in febribus
acutis ad summum multos significat humores. Et fortasse significat li
quefactionem. Et ipsa quidem est que cum vna permanet hora conge,
latur ⁊ inspissatur. ¶ Ad vltimum vero turbulentia vrine est ꝓpter ter
restatem cum ventositate q̄ aquositati admiscef. Ex istis nāqȝ cū admi,
scentur prouenit turbulentia. Et ex ipsorum abinuicem separatione ꝓ,
uenit claritas. ℂ Amplius tres debes attendere dispositiones. Est nā,
qȝ cum tenuis mingif ⁊ deinde inspissatur: que significat ꝗ natura la,
borat in maturando: sȝ nondū materia ei vndiqȝ obediuit ⁊ est patiēs:
⁊ fortasse est cum membroꝝ significat liquefactionem. Aut mingif spis,
sa ⁊ postea clarificatur ⁊ separatur ab ea grossum subtus stans: ⁊ signi
ficat ꝗ natura iam superauit materiam ⁊ ipsam maturauit. Et quanto
maior fuerit claritas ⁊ maior descensus inferius ⁊ citius magis signifi
cabit maturationem. Aut est dispositio media inter primam ⁊ alteram
ex qua cuȝ perdurauerit ⁊ natura fuerit fortis ⁊ virtus fixa scief ꝗ nō
ad maturationem perueniretur integram. Si vero virtus fixa non fue
rit timendum ne perditio perueniat maturationem. Cum autē perdu,

rauerit ⁊ timorosa significatio non affuerit: significabit capitis dolorē
quoniam significabit ebullitionem ⁊ ventositates vaporosas. ¶ Illa ve
ro que ex tenuitate ad turbulētiā peruenit ⁊ sic procedit: melior est que
in turbulentia ꝑmanet sm plurimas horas. ¶ Urina quoqꝫ multotiens
fit spissa ⁊ est hoc ꝓpter casum virtutis ⁊ non ꝓpter nature expulsionē.
¶ Sed vrina que aquosa mingit ⁊ aquosa remanet signuꝫ est priuatio-
nis maturationis penitus. ¶ Et vrina spissa laudabilior est que ad exeū
dum est facilis ⁊ multe separatiōis simul. Ex huiusmodi namqꝫ sanat
paralysis ⁊ quod est ei simile. ¶ Cum vrina grossa mingitur ⁊ deinde ꝓ-
cedendo sm ordinem attenuat si multa est conueniens existit. Et cū ipa
post spissam ⁊ turbidam ⁊ paucam sequit est signum bonū. Et hoc qdē
est cum spissa que turbulenta est aperit qu ̇ migit paulatim ⁊ subito in-
de multa facile mingit vrina: cū hac. n. multotiēs resoluit egritudo si-
ue ipsa sit vna febrium acutarum: siue sit vna aliarum egritudinum ex
repletione prouenientium: siue sit repletio ex qua nōdum manifesta ac
cidit egritudo. Et iste quidem vrine modus est extraneus. ¶ Quando
cum vrina naturalis coloris superflua est spissitudo: plerumqꝫ signifi-
cat bonitatem expulsionis multarum materierum cui exeundi associat
facilitas. Et plerūqꝫ significat perditionem: ꝓpterea ꝙ humor significat multitudinē ⁊ virtutis debilitatem. Et hoc quidem demōstrat egre
diendi difficultas ⁊ paucitas eius quod egredit. ¶ Urina quidē spissa
bona est que est crisis egritudinis splenis ⁊ febrium permixtarum in
qua non expectatur equalitas: quoniā natura in expellēdo impeditur.
¶ Urina ad vltimum turbulenta significat humorum multitudinem ⁊
naturam ab eis occupatam in maturando eos. ¶ Urina spissa in qua se
dimen existit arenosum significat lapidem. ¶ Urina spissa que aposte-
matuꝫ significat apertionē cognoscit ex eo qđ ei admiscet ⁊ ex eo quod
precessit. Ex eo enim quod admiscetur sicut pure qđ malus odor demō
strat: ⁊ exeuntibus que cuꝫ ea separantur: sicut petala alba ⁊ rubea: aut
sicut furfur: aut alia ab istis ex eis per que cognoscitur. Ex eo qdem qđ
precessit: qm̄ ibi priꝰ fuit significatio apostematis aut vlceris i vesica aut
rene aut epe aut in ptibꝰ pectoris ⁊ significat huiꝰ apostematis aptiōeꝫ
si ante ipsaꝫ vrina fuit silis loture carnis recētis qđ ē ex gibbositate epa
tis. Et si egestio talis fuit apostematis quod est in eius concauitate: ⁊ si
anhelitus coangustatio precessit: ⁊ tussis sicca. ⁊ dolor in membris pecto
ris pungitiuus: tunc apostema qđ est apertuꝫ est lateris ⁊ exiuit a parte
arterie maioris: ⁊ si in pure illo est maturatio conueniens est. ¶ Et est
cum sanus euacuatus qui exercitium relinquit mingit vrinaꝫ sicut pus
⁊ virus tenue quo ipsius purgatur corpus ⁊ eius aufertur laxitas quā
exercitij dimissione consecutus est. Et est etiam cum in epate aut in eo
quod est coram ipso fiunt opilationes. ⁊ plerumqꝫ contingit vt earum
apertione sit vrina spissa propterea ꝙ earum egredietur materia ⁊ hec
talis spissitudo non est pus. Sed in ipsa que est post apostematis aper-
tionem est pus. Et cum hec vrina fuerit cum spissitudine ⁊ ad nigredi-

nem traxerit ⁊ cū ea fuerit in latere sinistro dolor erit tunc ex parte sple nis. Et ſm hanc considerationem si supra femur fuerit aut in sūmitate ventris: erit tūc ex parte stomachi. Hoc tñ sepius est ex parte epis ⁊ cā nalīū vrine. ¶ Urina turbulēta multotiēs significat casuz virtutis. Cū qꝫ virtus ceciderit frigiditas superabit que erit sicut illa que exterius infrigidat. ¶ Urina turbulenta que malo vino similat̄ aut aque ciceris est vrina ꝑgnātiū aut habētiū apostemata calida longi tp̄is in interiori bus. ¶ Urina que vrinis asinoꝝ aut animaliū assimilat̄ ⁊ est quasi mu lachlach ꝓpterea ꝙ ē multū turbida: corruptionē humoꝝ corpis signi ficat. Quod tñ magis significat ē flegma crudū i quo aliqua caliditas opata fuit ⁊ ipm cū grossa vētositate ebullire fecit. Et pp hoc plerūqꝫ si gnificat capitis dolorē vētuꝝ aut alabachal. Et cū ꝑseuerat significat le thargiaz. ¶ Urina q̄ colori alicui⁹ mēbri similat̄ cū ꝑdurat egritudinē in illo mēbro significat. Et qdā dixerūt ꝙ cū in iferiori pte vrine fuerit aliqd qd̄ pulueri sit sile aut fūo ꝓlōgabit̄ egritudo. Et si i tota ꝑdurat egritudine ꝓnosticat̄ mortē aut flegma crudū qd̄ a pure discernit̄ feto re. ¶ Urina hn̄s ptes diuersas significat ꝙ quāto plus ptes in ipsa fue rint maiores: tātoplus nature opatio est studiosior: ⁊ nā plus potens: ⁊ pori plus apti. ¶ Urina in qua vident̄ quasi fila adinuicez mixta signi ficat ꝙ fuit micta postq̄ꝫ coitus fuit completus.

¶ De significationibus odoris vrine. Capitulū. 4.

Dixerunt quidā se nūq̄ꝫ vidisse egruz cui⁹ vrine odor sit sicut odor vrine sani. ¶ Et nos qdē dicem⁹ ꝙ cū vrina nullo mō odorē hꝫ cō plexiōis frigiditatē significat ⁊ sup̄fluā cruditatē. Et plerūqꝫ ēt signifi cat in acutis egritudinib⁹ mortē nāe. ¶ Cū āt odorē habuerit fetidū ⁊ maturatōis significatōes i ea fuerint erit ipsi⁹ cā scabies aut vlcera i in stris vrine q̄ suis cognoscūt̄ signis. ¶ Qd̄ si maturatio nō affuerit pos sibile erit vt sit ex hoc ⁊ poſe vt sit ex putrefactiōe. ¶ Cūqꝫ hec in febri bus fuerit acutis: ⁊ nō fuerit cā mēbroꝝ vrine: erit signū malū. Et cum ad acredinē traxerit: significabit putrefactionē que est in humoribus frigidā habentib⁹ substātiā quos calor supauit extrane⁹: ⁊ significabit mortē caloris nālis: ⁊ dn̄iū frigiditatis i nā cū calore extraneo. ¶ Odor vero qui ad dulcedinē trahit sanguis significat dn̄iū. Et q̄ multū est fe tida ē colerica: ⁊ fetida ad acredinē trahēs ē melācolica. ¶ Cūqꝫ vrina fetidi odoris in sanis ꝑseuerauerit significabit febres q̄ ex putrefactōe accidūt: aut minorationē putrefactiōis q̄ in ipsis ē retēta. Et hoc qdez demōstrabit si illico alleuiatōez hūerit. ¶ In acutis egritudinib⁹ cū fe tor vrinā cōitabit̄ ⁊ postea ab ea remouebit̄ fueritqꝫ ablatio hec subito: ⁊ post ipsam nō subsecuta fuerit reges: significatio erit casus virtutis.

¶ De significationibus vrine ex spuma sumptis. Cap. 5.

Spuma accidit ex hūiditate ⁊ vētositate ꝓiecta in vrinale cū ꝓie ctiōe vrine. ¶ Uētositas vō cū vrina egrediēs auxiliū ꝓculdubio ꝑbet in subā vrie ⁊ ꝑcipue cū vētositas in corpe supauerit queadmodū i

vrina accidit opilatiões hntium in qua multe sunt ampulle. ¶ Et spu ma quidē qñqz cū suo significat colore: sicut significat sua nigredine et ruffedie in icteritia. ¶ Et est cū paruitate sui et magnitudie significat: qm ipsius magnitudo significat viscositatez. ¶ Sui vero multitudine et paucitate: qm ipsius multitudo significat viscositatez et multā vento sitatē. ¶ Et ipsa quidē significat per rupturā suaꝝ ampullaꝝ cito factā aut tarde: qm ruptura ampullaꝝ tarda significat viscositatē. Et parue quidem ampulle remanētes in egritudinib⁹ renum significāt ventosi tates et viscositatē. ¶ Ad summuz vero humor viscosus in egritudini bus renum est malus et significat humores malos et frigiditatez: et illud significant granula que nominauimus.

¶ De significationibus speꝝ hypostasis. Capitm. 6.

In primis dicemus ꝙ medicoꝝ ꝯuenientia in vsu nois hypostasis et sediminis iam recessit a via cognita. Dicunt eniz hypostasiz aut sedimen: non illud tm̄ ꝙ inferius descēdit: sz oēm substātiā q̄ spissioris existit essentie q̄ꝫ aquositas: et est ab ea diuisa: siue sit suspensa: siue sit supra. ¶ Dicemus igitur ꝙ hypostasis multis cognoscitur modis. s. Ex substantia sui. Et quātitate. Et qualitate. Et situ suarū partiuz. Et loco sui. Et tempore. Et qualitate sue permixtionis.

¶ Significatio vero eius ex substantia sui est. Qm̄ hypostasis: aut erit nālis laudabilis demonstrās digestionē et maturationez naturalē. et h erit alba et descēdēs inferi⁹ et ei⁹ ptes ꝯtinue et siles et equales. et oportebit vt sit rotundā hñs figurā equalē subtilem similē hypostasi aque ro sacee. Et ꝓportio sue significatiōis sup maturationē mãe in toto corpore est sicut ꝓportio significationis materie puris albi leuis silis essentie sup maturationē apostematis. Sed pus est spissum. Et hec est subtilis.

¶ Et hypostasis quidē et sediminis significatōes sunt bone lz tinctura deficiat et equalitas. Uerū equalitas apud antiquos melior est tinctura. Equalis nāqz que nō tm̄ est alba: sz rubea est melior alba q̄ est aspa.

¶ Amplius plurime hypostases ꝫm colorē vrine existunt. Sed ex eis q̄ diuersificant alba est melior: Post illam rubea. Et post ipsam citrina. Et post eā illa que est vt arsenicū. Et malitia quidē a lētiginosa incipit. Tu aūt nō attendas illud qd alij dicūt. nam albedo erit qñqz nō pp maturationē: et equalitas nō est nisi pp maturationem. Et de albedine est q̄ est pp vehementē ventositatis cōmixtionē. ¶ Male aūt hypostasis incōtinuitas melior est q̄ꝫ ipsius ꝯtinuitas. Et hypostasis quidē mala est quaz e vicino scies. Bona aūt hypostasis de qua loqmur puri assilatur et flegmati crudo cū tenuis fuerit. Uerūtm̄ pus ab ea differt per fetorē. Et flegma crudū separat ab ea ꝯculcatōe suaꝝ partiū: et ipsa ab vtrisqz differt subtilitate et lenitate. ¶ Et hec quidē hypostasis nō querit nisi in egritudinib⁹: qm̄ in sanitate nō reqrit: et illud est qm̄ non dubitatur qn in corpore egri male retēte sint mãe in venis ipsi⁹ q̄ nisi mutarentur portendūt corruptionē. In venis aūt sani nō semp oz esse humorē q fit excutiēdus. Sed si est: melius est ꝙ hoc significet ex eis supfluitates q̄

in eis sup̄fluunt ex cibo a digestione p̄uate: deinde sup̄fluit sup̄fluitas q̄
in vrina fit hypostasis: siue matura: siue nō matura. ¶ Et in macilētis
quidē est sedimē paucū qđ descēdit ſm sanitatis dispōnem: ⁊ ꝑprie qui
exercitio vtunť: ⁊ artib⁹ se exercēt laboriosis. Et non multiplicať hmōi
hypostasis nisi in corporib⁹ pinguiū ociose viuentiū. Et pp hoc etiam in
vrinis egroꝝ macroꝝ nō est expectāda hypostasis tm̄ quātum in vrinis
egroꝝ pinguiū: qm̄ eoꝝ egritudo multotiēs recedit ita ꝙ nil descēdit:
⁊ multotiens hypostasis in eoꝝ vrinis nō ꝑuenit ad hoc vt descēdat: sed
tn̄ plerūq; est modicū eius in eis natans aut pendens. ¶ Et in multis
quidē vrinis hypostasis illico cū mingiť descendit: nisi in eis que valde
mature sunt: imo in eis parū expectādū est. Et plures ex hypostasis co-
loribus sunt ſm plurimū ſm colorē vrine. sed melior ex eis que diuersi-
ficantur est alba postq̄ȝ est rubea deinde citrina.

¶ Non nālis vero hypostasis: alia est silis rasure intestinorū corticalis
que ē furfurea: aut herbina: aut similaginea: aut similis arsenico rubeo:
aut ei qđ valde citrinū. Alia est carnosa. Alia est adipina. Et alia est sa-
niosa. Et alia est mucinagilosa: Et alia est q̄ est silis frustulis fermēti in
aqua soluti. Et alia est sanguinea sanguisugalis. Alia est capillaris. Et
alia est arenalis granosa. Et alia est cineritia. ¶ Similis v̄o rasure inte
testinoꝝ corticalis alia est petaloides magnaꝝ partiū rubeaꝝ aut albaꝝ
que significat ſm p̄lm ꝙ sepate fuerūt ex mēbris que sunt ꝓpinqua mē
bris a quib⁹ diuidunť vrine. Et albe significāt ꝙ sunt ex vesica pp vlce-
ra que sunt i ea: aut scabiē: aut corrosionē. Rubee aūt carnose significāt
ꝙ sunt ex rene. ¶ Et ex petaloidib⁹ qdē sunt que sunt coloris fusci ⁊ ob
scuri aut squamis pisciū siles: ⁊ h̄ est vehemēter mala ⁊ oībus specieb⁹
hypostasis quas noīauim⁹ deterior. Et significat petaloides mēbroꝝ ra
dicalium rasurā. Veruȝ duo pria ipsi⁹ genera nullo mō īpediunt: imo
plerūq; vesicā mūdādo sanāt. Et dixerūt qdā cuidā hōi se in potu tri-
buisse cātarides q cortices albos quasi venosos minxit: qui cū aquosita
te fricabanť resoluebanť ⁊ tingebanť tinctura rubea q fact⁹ est sanus ⁊
vixit. ¶ Et ex ea qdē que est sicut rasura itestinoꝝ ē quedā que est mino
ris latitudinis q̄ȝ due predicte: ⁊ spissioris substantie: que si rubea fuerit
vocatur herbina: ⁊ si rubea non fuerit vocatur furfurea. Et herbine
quidem si fuerint rubee partes plerunq; sunt partes epatis aduste: ⁊
plerūq; est sanguis in eo adustus: ⁊ plerunq; est etiaȝ ex rene. Sed que
est ex rene est maioris continuitatis carnosa. Alie vero due plus simi-
lantur ei que nō est carnosa: ⁊ fracturas est magis recipiēs. Et cū vehe-
menter trahit ad citrinitatē est ex rene ꝓculdubio. Qm̄ illa q̄ ē ex epa
te ad rubedinē trahit fuscā. Et qn̄q; associať ei in hoc illa que ē ex rene.
¶ Furfurea vero hypostasis qn̄q; est ex scabie vesice: ⁊ qn̄q; ē ex lique
factione membrorum. Et differētia inter eas est ꝙ cū illic in radice mē
bri fuerit pruritus ⁊ fetor erit ex vesica ⁊ ꝓprie cuȝ pus prius mictū fue
rit: ⁊ precipue cū alie significationes vrine demōstrauerint maturatio-
nem: ⁊ fuerint vene superiores sane cōplexionis: ⁊ nō fuerint in eis me

cula:imo in vesica. Sed si cum inflāmatione fuerit ⁊ virtutis debilitate
⁊ membrorum mingendi incolumitate ⁊ color fuscitati attinuerit: erit
tunc ex liquefactiōe humoris. ¶ Et crinoides vero plurimū est ex adu-
stione sanguinis que ad rubedinez trahit. Et multotiens est ex liquefa
ctione membroꝝ ⁊ eoꝝ rasura si albedini attinet. Et qñq3 etiā est ex vesi
ca scabiosa ꝺm minus. Et tibi quidē possibile est vt modū dr̄ie inter eas
intelligas per illud qꝺ iaz sciuisti. Si aūt nigredini attinet est ex sangui
nis adustiōe ⁊ proprie in splene. ¶ Oēs preterea petaloides hypostases
que nō sunt ex causa que fit in vesica ⁊ rene ⁊ cānalibus vrine in egritu-
dinibus acutis malū portendūt pernitiosuz. ¶ Et tu quidem iā sciuisti
ex hac sūma carnose disponem: ⁊ ꝙ plurimū eius est ex rene: ⁊ qñq3 ipa
non est ex rene. Nam ex rene nō est nisi cū caro est sane carnositatis ⁊ nō
est in corpore liquefactio. ¶ Et vrina quidez matura venaꝝ significat sa
nitatez: qm̄ renū egritudines maturationē nō ꝓhibent vrine q: ipsa su-
pra ipsos existit. ¶ Hypostasis vero adipina: adipis ⁊ pinguedinis ⁊ ēt
carnis significat liquefactionez. Et earum peior est que auris aque simi
lat. Duo aūt ipsius principia cognoscunt ex paucitate ⁊ multitudine ⁊
cōmixtiōe ⁊ separatione. Qm̄ cū est multa ⁊ separata existimat ꝙ sit ex
parte renis ⁊ ꝓp liquefactionez sue adipis. Et si est minus ⁊ maioris cō-
mixtionis est ex loco magis remoto. Et est cū in vrina frustum albū gra
nati grano sile visuz fuerit ⁊ erit ex adipe renis. ¶ Saniosa vero vlcus
significat ꝙ apertuz fuit: ⁊ ꝓprie in membro mingendi: ⁊ precipue si ibi
fuerit sedimen laudatū ad fundū descendens. Et mucillaginosa q dez
significant humorem spissum crudū: aut ꝙ est in corpore multus: aut ex
instrumentis vrine egrediens: aut crisim apertiōis vene sciatice: aut do
loris iuncturaꝝ. Et hoc quidem cognoscit ex alienatione q̄ post ipsam
seqtur. Plerūq3 enim subtiliat ⁊ attenuat ⁊ putat hypostasis laudabi-
lis. Quapropter in acutis egritudinibꝰ non est confidendū in eo qꝺ ap
paret ꝺm similitudinem laudabilis hypostasis: cū nonduz fuerit matu
rationis hora: nec presentes fuerint eius significationes. Et etiā est cuz
vehementez cōplexionis renis frigiditatē significāt. ¶ Inter saniosam
vero ⁊ crudā existit differentia. Qm̄ saniosa existit cuz febre: ⁊ p̄cedunt
ipsam significatiōes apostematis: ⁊ eius partes faciles sunt ad cōiūgen
dū ⁊ separandū. Et quedam ex ea est que cū aquositate vehementer mi-
scetur. Et quedā ex ea que separat sed cruda est ⁊ turbida ⁊ spissa ⁊ non
facile cōiungit nec facile separat. ¶ Et vrina quidē in qua plurima mu
cillaginosa hypostasis apparet qñ est exuberās cū in fine podagre ap-
paret ⁊ doloꝝ arteticorū significat bonū. ¶ Capillaris autē est ꝓpterea
ꝙ humor occultus consolidat ex calore in ipsum agente que quādoq3
est alba quandoq3 est rubea ⁊ eius consolidatio est in rene. Et ferūt qdā
ꝙ in eius longitudine plerūq3 palmi mensura inuenitur. ¶ Que au-
tem fermenti infusi frustulis similis existit debilitatem significat stoma
chi ⁊ intestinorum ⁊ digerendi malitiā in ipsis: ⁊ est plerūq3 causa eiꝰ co
meꝺ̃ire lac ⁊ caseum. ¶ Arenosa vero semper significat lapidem q cō-

solidatur aut ꝯsolidando procedit aut qui resoluit. Et que quidem est ex eis rubea est ex rene. Et qm̄ non est rubea est ex vesica. ¶ Plurimum aūt que cineritia est flegma significat: aut pus cui ꝓpter longā morā accidit caloris mutatio ⁊ secito partium: ⁊ est qn̄qꝫ ꝓpter adustionem que ei accidit. ¶ Sanguisugalis vo hypostasis si vehemēter est mixta epatis debilitatē significat. Et si minus hac significat vulnus in cannalibus vrine ⁊ ꝯtinuitatis solutionē in ipsis. Et si fuerit separata: plurimum eius erit in vesica ⁊ in virga. Et nos quidēꝫ perscrutabimur hoc in particularibus egritudinibus in caplo de mictu sanguinis. Et si in vrina fuerint sicut sanguisuge rubee infirmo splenē hn̄te resoluet splē ipsi⁹. ¶ Scito aūt ꝙ in egritudinib⁹ vesice nō mltus egredit sanguis: qm̄ eius vene mixte sunt in ipsius corpore calcate ⁊ angustē ⁊ pauce.

¶ Hypostasis vero significatio ex quātitate ipsius sumpta multitudine quidem sui ⁊ paucitate declarat cause ipsam efficientis multitudinem aut eius paucitatē. Et ex quātitate quidē sui in magnitudine aut paruitate sui est queadmodū diximus in hypostasi mucilaginosa.

¶ Eius aūt significatio ex q̄litate sui: est ex colore qdē ipsius. Quoniā que ex ea nigra est significat malū s̄m diuisiōes quas noiauimus. Que tn̄ ex ea sanior est illa cuius hypostasis est nigra ⁊ aquositas non est nigra. Et rubea quidē sanguinis significat ꝓprietatē ⁊ fastidiū. Et citrina quidem significat calorē fortēꝫ ⁊ egritudinē insidiosaꝫ. Et ex ea quidem que alba est quedā est bona sicut diximus. Et quedā est mala sicut mucilaginosa aut saniosa aut spumosa maturatiōi contraria. Viridis quoqꝫ semita est ad nigrā. ¶ Ex odore vero eius est queadmodū diximus in his que premissa sunt.

¶ Ex ipsius vero situ: ⁊ leuigatiōe sui: ⁊ diuulsione. Qm̄ leuitas ⁊ eq̄litas in hypostasi laudata est melior. Et in nō laudata est deterior. Sed diuulsio significat vētositates ⁊ digerendi debilitatem.

¶ Eius aūt significatio ex loco sui est. Qm̄ aut est natans: ⁊ vocat nubes. Aut pendens. Et hec quidē est in medio stans q̄ est maioris maturationis ꝙ̄ prima. Et ex pēdente illa melior est cuius ruge ⁊ fimbrie ad inferiora declināt. Aut ad fundū descēdens q̄ est melioris maturatōis. hec quidem est de hypostasi laudata.

¶ Nō laudata vo q̄ leuior ē melior existit sicut nigra: ⁊ hoc in febribus acutis. Et silr si hūor ē flegmatic⁹ aut melancolic⁹: qm̄ ea q̄ est vt nubes melior est ea q̄ inferius descēdit: significat. n. ei⁹ subtilitatē: nisi cum cā mutatōis fuerit multa vētositas. Et si nō fuerit ita natans est melior ꝙ̄ pendēs. Et inferius descēdens est deterior. Et cā quidē natādi supius est caliditas cū qua est acuitas ⁊ ventositas. Hypostasis aūt diuulsa in grossa supius natat ⁊ ꝓpt̄ cuꝫ sit leuis: ⁊ in tenui descendit inferius: ⁊ propt̄ cum sit grauis. Cūqꝫ in principio egritudinis apparet pēdens ⁊ natans: postea perseuerat: significat ꝙ crisis cū exitura veniet. Macilentorum vero egritudo plerunqꝫ remouetur sedimine bono natante aut pendente; quemadmodum diximus in precedentibus. ¶ Et cum

inter nephilim ⁊ enorima ⁊ hypostasi ꝫ fuerit aliquid simile tele arane aut densitas erit signū malum. ¶ Et multotiens quidē natans sedim non bonum apparet ex quo prouenit terror. Sed istud erit principium maturationis ⁊ permutatio ad bonitatem: postea pendebit: deinde descendet: ⁊ erit signum non maluꝫ. Quod si post ipsum male prouenerint hypostases: timor quē in primis habebamus fiet necessarius.

¶ Significatio vero hypostasis ex suo tpe est. Qm̄ si velociter postquā mingit descendit est significatio bona ſm maturitatē. Et cum tarde descendit ē significatio priuatiōis maturatiōis ſꝫ quātitatē sue dispōnis.

¶ Significatio aūt forme cōmixtionis ipsius est sicut diximus cum de mictu sanguinis ⁊ adipis mentionem fecimus.

¶ De significatiōib⁹ multitudinis vrine ⁊ paucitatis ipsi⁹. Ca. 7.

Urina q̄ pauce existit quātitatis virtutis significat dbilitatē. ¶ Et illa q̄ est min⁹ eo qđ bibit resolutionē significat multam: ⁊ vētreꝫ habere: ⁊ aptitudinē ad hydropisim. ¶ Illa vero que est multe quantitatis qn̄qꝫ significat liquefactioneꝫ: ⁊ superfluitatuꝫ liquefactarū i corpore in vrina euacuationem. Et nos quidē differentiā inter eas cognoscere possumus ſm virtutis dispositionē. ¶ Urina mali coloris malum significans quanto plurima fuerit tanto erit magis salutis nūcia. ¶ Et cum interfecta fuerit plus malitiam significabit sicut nigra ⁊ grossa. ¶ Urina diuersarum dispositionum que quādoqꝫ mingit multa quādoqꝫ pauca ⁊ qn̄qꝫ retinetur: est significatio pugne ⁊ laboris nature: ⁊ est significatio mala. ¶ Urine multitudo in acutis egritudinibus cum non post ipsam aduenit requies: est significatio ethice ⁊ spasmi ex inflāmatione. Et similiter sudor. ¶ Urina que in acutis egritudinibus guttatim inuoluntarie mingit significat in cerebro nocumentuꝫ qđ neruis accidit ⁊ musculis. ¶ Et si febris quieta fuerit ⁊ signa affuerint salutis pronosticat sanguinis exitum ex naribus. Sed prima desipientiā pnosticat ⁊ corruptionem. ¶ Cum aūt sani vrina minuit ⁊ attenuat ⁊ perseuerat hoc totum ⁊ sentit grauitatem ⁊ doloreꝫ in renibus: significat durum apostema in partibus renis. ¶ Et cum in egritudine colerica multiplicatur plerūqꝫ portendit prosperum euentum: ⁊ proprie cum est alba ⁊ ad egrediendum facilis.

¶ De vrina sana optima. Capl'm. 8.

Hec est mediocris substantie: ⁊ subtilis tincture: ad citrinum trahens. Et hypostasis si ibi fuerit bona ex albedine ⁊ lenitate equalitate ⁊ figure rotunde ⁊ odoris temperati neqꝫ fetida neqꝫ extincta. ¶ Quidaꝫ aūt dixerunt ꝙ cum huiusmodi vrina subito in egritudine que est in vltimo acuitatis visa fuerit: sanitas die sequenti aderit.

¶ De vrina etatum. Capl'm. 9.

Infantium vrine ad lactis ꝓprietateꝫ trahunt ex parte nutrimenti eorum ⁊ ꝓpter humiditatem complexionis ipsorū ⁊ tunc declināt magis ad albedinem.

¶ Puerorū autem vrine sunt spissiores ⁊ grossiores vrinis iuuenum ⁊

turbidiores. Et nos iam nominauimus hoc ante.

¶ Juuenum vero vrine ad ignis formam trahunt: et ad substantie mediocritatem.

¶ Et vrine senum ad albedinem et subtilitatem. Est tamen cum sunt grosse secundum superfluitates in eis existentes quarum euacuatio multiplicatur:

¶ Decrepitorum vero vrine maioris sunt albedinis et tenuitatis. Est tamen cum predicta grossities eis accidit: sed raro cum vulua vehementer fuerit grossa apti erunt vt lapis eis accidat.

¶ De vrinis virorum et mulierum. Capitulum .10.

Mulierum vrine semper sunt maioris grossitiei: et albedinis: et minoris pulchritudinis quam virorum vrine. Et hoc quidem est propter debilitatem digestiue earum: et propter superfluitatum ipsarum multitudinem: et propter amplitudinem canalium vnde egrediuntur ea que ab eis exeunt: et propter illud quod ex earum resoluitur matricibus et ad vrine instrumenta tendit.

¶ Masculorum vero vrinas cum moues turbantur: et declinat earum turbatio ad superiora: et est quod secundum plurimum turbidentur. Sed mulierum vrine fere turbidantur ex motione propter paucam separationem sui: et habent secundum plurimum supra summitatem suam spumam rotundam. Et si turbide fuerint: earum turbidatio pauca erit. ¶ In vrinis virorum illico cum mulieribus commiscentur sunt fila adinuicem texta.

¶ Urine pregnantium sunt clare: et supra earum superficiem est nebula. Et quandoque trahunt ad colorem aque cicerum aut aqua pedum citrinum in qua coquuntur pedes animalium: et in ipsa est irinus. Et supra summitatem earum est nebula. Sed quocunque modo fuerit in medio videbitur sicut cotum carminatum. Et est cum in eis sunt velut grana que ascendunt et descendunt. Cumque irinus manifestior fuerit erit impregnationis principium. Et cum loco ipsius fuerit rubedo erit in fine impregnationis: et proprie si turbantur cum mouentur.

¶ Parientium vrina secundum plurimum est nigra et in ipsa est velut attramentum: et sicut sordities.

¶ De rebus vrinarum animalium et diuersitate ipsarum ab vrinis hominum. Capitulum .11.

Plerunque confert medico cum animalium vrinas cognoscit: propterea quod cum ipse eis experitur certitudinem facit: et hoc quidem difficile est. ¶ Quidam autem dixerunt quod vrina asini est sicut butyrum liquidum cum turbiditate et grossitie exteriore. ¶ Et subiugalium vrine ei similantur sed sunt citrine: et videbitur quod superior medietas vrinalis sit clara: et inferior medietas sit turbida. ¶ Ouium vero vrine sunt albe ad citrinitatem trahentes propinque vrinis hominum: sed substantiam non habent: et earum sedimen est sicut oleum aut sicut amurca. Et cuiuscunque nutrimentum fuerit melius erit vrina clarior. ¶ Urina vero caprioli vrinis hominum et ouium similatur sed neque substantiam habet neque sedimen: et est clarior vrinis ouium.

¶ De rebus aliis que vrinis similantur: et differentia inter eas et vrinam. Capitulum .12.

Sirupum acetosum et omnes liquores qui fiunt ex aqua et melle et aqua et ficubus et reliquos qui fiunt ex croco et eis similibus quanto plus

tibi appropinquaueris erunt in claritate magis augmentati. Et quātō plus elongaueris ea considera an oportet vt augmentetur grossitudo. Urina vero ab hoc est diuersa. ¶ Hydromellis preterea spuma est citrina. Et aque ficuum sedimen a latere descendit: ꝛ nō in medio: neqꝫ ordinate: neqꝫ habet motum. ¶ Sit ergo sufficiens in nominando dispositiones vrinarum. In libris vero particularibus prouenient ad te diuisiones dispositionum vrine.

¶ De significationibus egestionis. Caplm. 13.

Egestio plerūqꝫ declaratur ex sui quātitate: quod est vt considere tur si est minor eo quod comeditur: aut maior: aut equalis. Et notum quidem est ꝙ ipsius augmētum est ꝑpter humorum multitudinē. Et paucitas ꝑpter ipsoꝝ paucitatem: aut quia ex ipsa in intestino monoculo ꝛ in colon ꝛ in fascijs multū fuit retentū: qđ est signum colicaꝫ ꝓcedens: aut ꝑpter expulsiue debilitatem.

¶ Et cognoscitur etiam ex essentia sui. Quoniam quod ex ea humidū est: aut significat opilationes: aut digestiue malitiam. Et plerūqꝫ significat mesaraice debilitatem que humorem non sugit. Et quandoqꝫ est propter capitis rheumatismum: aut propter comestionem rei que egestionem humectauit. Quod autem in humido viscosum est plerūqꝫ significat liquefactionem ꝛ hoc est cum fetore. Et plerūqꝫ significat malorum humorum ꝛ viscosorum multitudinem: ꝛ hoc non cuꝫ multa extitit lenitate. Et plerunqꝫ significat nutrientia viscosa que comesta fuerunt ꝛ non pauca cum calore forti in complexione ꝛ non fuit inter ea digestio bona. Sed quod ex ea est spumosum fortitudinis caloris significat ebullitionem: aut multarum ventositatum permixtionem. Quod autem ex egestione est siccum: aut laborem significat ꝛ resolutioneꝫ: aut multam vrine prouocationem: aut igneum calorem: aut nutrientium siccitatem: aut multam moram in intestinis: sicut in suo dicemus capitulo. Cumqꝫ humiditas sicco quod est durum admiscetur significat ꝙ eius siccitas est propterea ꝙ multum fuit retenta in humiditatibꝰ ipsaꝫ exire prohibentibus: ꝛ propter priuationem fellis pungentis ꝛ festinātis. Sed cum ibi non est longa retentio neqꝫ humiditatis in intestina adsunt significationes: causa in ipsa est superfluitatis famose ꝛ pungētis effusio que ab epate fluxit in eo quod est corā ipso ꝛ sua euacuatiōe non quieuit donec commisceretur.

¶ Et est etiā cū calore sui dignoscit̄ egestio. ¶ Eius vero color naturalis igneus est leuis existens igneitatis. Qui si augmentat̄ fellis significat multitudinem. Et si minuit̄ significat cruditatē ꝛ maturationis priuationem. Et si albus fiat qn̄qꝫ est eius albedo propter opilationem in canalibus fellis: ꝛ hoc significat icteritiam. Et si cuꝫ albedine est virus saniei habens odorem: magni apostematis significat apertionē. ¶ Sanus quoqꝫ qui nō exercitat̄ multotiens egerit virus ꝛ saniem que est ei purgatio ꝛ euacuatio laudabilis: quoniaꝫ propter hoc remouet̄ ab eo laxitas que ei ꝑpter priuationem exercitij acciderat queadmodū dixi.

mus in vrina. ☞ Preterea scito q egestio colorem igneum vehementer superfluum habens multotiens in hora finium egritudinu3 significat maturationem. Et multotiens significat dispositionis malitiam. Et nigra quidem significat taliter qualiter sunt vrine nigre significationes. Significant enim aut adustionem fortem: aut egritudinis melice maturatione3: aut nutriens tingens: aut potioné rei que meliam euacuat sed prima est mala. Et illa quidem que est propter puram melancolia3 non sufficiéter cognoscit ex colore sui: imo cognoscéda est ex acredine sui ꝛ ponticitate ꝛ bullitiōe terre ex ipsa. Et est mala: siue sit egestio: siue vomitus. Et ex ipsius ꝓprietatibus est q in se luminositate3 h3. ☞ Ad vltimum vero humor melancolicus purus pernecans est ẜm plurimū cum egredit. s. est mortis significatio. ☞ Chimi vero nigri exitus multotiens confert: ꝛ illud est quoniam melancolie radicalis exitus vltimam corporis adustioné significat ꝛ humiditatū ipsius peremptioné.

❡ Uiridis autem egestio caloris innati significat extinctione3. Et similiter fusca.

❡ Egestio quoq3 plerūq3 ex sui cognoscitur forma: ex absentia inflationis sue: aut ex inflatione. Quoniam inflata sicut stercus vacce significat ventositatem.

❡ Et est cum ex hora sui cognoscit: quoniam cum egestionis exitus festinat ꝛ horam qua egredi solebat antecedit signum est malu3: q2 fellis significat multitudinem: ꝛ virtutis retentiue debilitaté. Et si eius tardatur exitus digestiue significat debilitatem: ꝛ intestinoꝝ frigiditate3. Et humiditatis ꝛ somni multitudo vétositates significat inflatiuas.

❡ Colores quoq3 extranei ꝛ diuersi mali existunt: ꝛ nos ipsos in libro nominabimus particulari.

❡ Que vero ex egestione est melior est iuncta que est similium partiu3 ꝛ in qua aquositas siccitati est vehementer admixta: ꝛ cuius spissitudo est sicut mellis spissitudo: ꝛ cuius exitus est facilis: ꝛ nō pūgit: ꝛ cuius color attinet citrinitati: ꝛ non est multi fetoris: neq3 est priuata fetore: ꝛ non habet gurgulationem: neq3 rugitum ꝛ nō habet spuma3. Eius exitus est in hora in qua solet: ꝛ ẜm quantitatem que ei qd̄ comedit est propinqua in quātitate sui. ☞ Et scito q nō omnis egestiōis equalitas est laudabilis: neq3 omnis eius lenitas: q2 qñq3 sunt ꝓpter vehementem maturationem in omni parte similem: ꝛ qñq3 sunt ꝓpter adustionem ꝛ liquefactiones similes: ꝛ tunc quidem sunt ex deterioribus significationibus. ☞ Et scito q egestio q̄ est tpate essentie q̄ est ad tenuitatem nō est laudabilis: nisi cū nō sunt cū ea rugitus neq3 vétositates neq3 in sui exitu paulatim intersecat. Et si nō possibile est vt eius exitus sit ꝓpter intus molestans qd̄ est ei admixtū ꝛ nō permittit vt ꝯiungat.

❡ Est autem cum pleriq3 solliciti fuerint de significationibus que in sudore ꝛ aliis apparent rebus: verumtamen de ipsis loqui proprius est in sermone pticulari. In sermone quoq3 particulari similiter reperies expositionis augmentum in re egestionis ꝛ vrine ꝛ reliquoꝝ.

¶ Fen quarta de diuisione modorum medicationum ſm egritudines vniuersales. Et continet capitula. 31.

¶ Dictionis quarte eſt locutio vlis de medicatiõe. Capitulum. I.



Icemus φ res medicationis ex vna trium rex cõpletur. Una eax eſt regimen τ nutrientia. Et alia medicinax eſt exhibitio. Et tertia eſt operatio manualis.

¶ Per regimen autẽ intelligimus adminiſtrationez que fit in cauſis neceſſarijs numeratis que ſm vſum ſunt currentes: ex qbus eſt nutriens. ¶ Et iudicia qdẽ regiminis ex parte qualitatũ eax ſunt pportionalia iudicijs medicinax. Nutriẽs vero ex eis oibus iudicia h3 que ſunt ei ppria ex mõ quãtitatis. ¶ Nutriens.n.qñq3 phibet: qñq3 minuit: qñq3 equat: qñq3 auget. ¶ Sed nõ phibet niſi cũ medic⁹ vult vt nã occupet in maturatõe humox. ¶ Et ſi minuit niſi cũ vult virtutẽ cũ hoc cuſtodire: ergo iquãtum nutrit cuſtodit ptẽ ᵭtutis: τ inquãtũ minuit cuſtodit partẽ materiei. ne nã tũc occupet in digerẽdo multũ cibũ. Ipſe quoq3 ſp fit ſollicit⁹ de eo qð magis ſuſpectuz eſt: τ ẽ virt⁹ ſi fuerit valde debilis: aut egritudo ſi fuerit multum fortis. ¶ Nutriens quoq3 ex duabus minuit ptibus. vna earum eſt ex parte quantitatis: τ altera eſt ex parte qualitatis: τ tibi quidez poſſibile eſt ponere cõiunctionẽ duarum partiuz diuiſionẽ tertiam. ¶ Differentia autem inter duas dictiones quantitatis τ qualitatis eſt. Qm̃ nutriens qñq3 eſt multe quãtitatis τ pauci nutrimẽti ſicut olera τ fruct⁹: qm̃ q ex eis multuz comedit ex quãtitate nutriẽtis multũ recipit abſq3 eius q̃litate. Et qñq3 eſt nutriens pauce quãtitatis τ multi nutrimenti: ſicut oua τ gallox teſticuli. Nobis quoq3 qñq3 eſt neceſſariuz q̃litatẽ minuere τ in quantitate augmẽtũ facere: τ h qdẽ eſt cũ deſideriũ fuerit ſuperans: τ in venis crudi fuerint humores: τ voluerimus deſiderium ſopire p ſtomachi repletionẽ: τ a venis multã phibere mãm: ideo vt prius maturet illud quod eſt in venis: aut propter intentiones alias ab iſtis. Et qñq3 neceſſariuz eſt nobis in qualitate augmentuz facere τ minuere quãtitate: τ hoc quidez eſt cũ voluerim⁹ virtutẽ ꝯfortare: τ ſtomachi natura rem multã digerere nõ valet. Plurimũ aũt qð nos laboram⁹ in minuẽdo cibũ aut phibẽdo ẽ cũ egritudines medicamur acutas. In egritudinibus quoq3 cronicis minuimus: ſed minus φ in acutis. In egritudinibus nãq3 cronicis plus de virtute ſolliciti ſumus: qꝛ ſcimus φ eax criſis eſt longinqua τ ipſax ſtatus eſt remotus: quapp niſi virtus cuſtodiat vſq3 ad horaz criſis ſtare nõ poterit: neq3 illud qð in longo digerit tpe digerere valebit. In acutis vero egritudinibus criſis eſt propiqua: τ ꝯfidimus φ virtus ante ſtatuz non reſoluetur. Qð ſi hoc timuerim⁹: nutriens non plurime minuemus. Et quanto egritudo plus principio ppinqua fuerit τ accidentia magis quieta nutriemus ᵭtutẽ ꝯfortãtes. Et quãtum egritudo ſm augmentũ pceſſerit τ accidẽtia ibi ẽt augmentata fuerint minuemus dietã pp fiduciã eius qð iam dedim⁹: τ pptere

vt virtus

vt virtus alleuief in hora luctaminis. In tpe quoqꝫ status regimen ve-
hementer subtiliamus. Et quāto magis egritudo fuerit acuta ⁊ crisis
ꝓpinquior: erit nostra regiminis subtiliatio maior: nisi cause acciderit
que nos ab eo ꝓhibeāt: quēadmodū in libris noīabim⁹ particularib⁹.
¶ Nutriens preterea fm hoc quod ex eo fit nutrimētum duas alias ha
bet operatiōes que sunt. Velocitas penetrationis: sicut dispō vini. Et
tarditas penetratōis: sicut assatoꝝ dispō ⁊ frixoꝝ. Et ēt spissitudo sub-
stantie eius qđ ex ipso generaf in sanguine ⁊ eius retentio: sicut est di-
spositio nutrimēti carnis porcine ⁊ vituline. Aut ipsius subtilitas ⁊ re
solutiōis eius necessitas: sicut est dispositio nutrimēti qđ fit ex vino ⁊ ex
lacte ⁊ ex ficubus. ¶ Et nobis quidē est necessariū nutriēs qđ cito pene
tret cū casui virtutis aīalis succurrere volumus ⁊ eius resolutioni: ⁊
nō pōt stomachus ⁊ virtus tollerare vt nutriens digeraf qđ tarde dige
ritur. Et nos quidē a nutriēte terremur qđ cito digerif cum accidit vt
nutriens precedat qđ tarde digerif: ⁊ timemus ne cum eo misceatur ⁊
fiat fm modū quem iam declarauimus. Et teremur etiam a nutrimen-
to grosso cum pro certo scimus ꝙ accidunt oppillatōes. Sed eligimus
cibum fortis nutrimenti ⁊ tarde digōnis propter eum quem confortare
volumus exercitijs fortibus ⁊ preparare. Rarum quoqꝫ nutriens eligi
mus propter illum cui velociter accidit pororum spissitudo.
¶ Medicatio autem que fit cū medicinis tres habet regulas. Una eaꝝ
est regula eligendi eius qualitatem. s. eligēdi ipsam calidā aut frigidā
aut humidā aut siccā. Et secūda est regula ipsius eligēdi quātitatem: ⁊
h quidē regula diuidif in regulaꝫ mensurandi pondus eius: ⁊ in regu
lam mensurādi ipsius qualitateꝫ. s. sue caliditatis gradū aut frigidita
tis aut reliquarū ab istis. Et tertia est regula ordinandi suā horā. ¶ In
electione autem qualitatis medicine absolute non habef cognitio nisi
per cognitionē speciei egritudinis: quoniā cū egritudinis qualitas sci
ta fuerit erit medicina eligēda que ei in sua qualitate sit contraria: qm̄
egritudo suo medicatur ꝯtrario: ⁊ cōseruaf sanitas suo simili. ¶ Quā
titatis aūt ipsius mensura ex duabus cognoscif partibus fm modum
mensure artificialis. Ex natura mēbri. Et ex quantitate egritudinis ex
rebus que suꝑ illud sua significant ꝯuenientia ⁊ aptitudine ipsaꝝ que
sunt genus ⁊ etas ⁊ consuetudo ⁊ tempus. ⁊ regio ⁊ ars ⁊ virtus ⁊ for-
ma. ¶ Nature vero membri cognitio quattuor reꝝ continet cognitionē
scilꝫ cōplexiōis membri: ⁊ creatiōis eius: ⁊ eius situs: ⁊ ipsius virtutis.
¶ Et complexionis quidē membri: qm̄ cum eius nālis complexio scita
fuerit: ⁊ ipsius cōplexio in egris scief ꝑ mensuraꝫ estimatiuam quantū
eius complexio nālis elongata fuerit. scief ergo mensura quantitatis
qua ipsa reduci possit ad tēperiē. verbi grā. qm̄ si sanatiua complexio
fuerit frigida ⁊ egritudinalis calida: tūc iaꝫ multa elongatio erit a cō-
plexione sui: ⁊ tūc multa indigebit infrigidatione. Quod si ambe fue-
rint calide sufficiet ei parua infrigidatio. ¶ Et creationis ꝗdem mēbri
iam diximus ꝙ creatura membri in quattuor diuiditur modos. Et tu

q̄ dē eā ibi cōsiderare debes. Post h̄ scire debes q membroꝝ q̄dā sunt q̄ in foraminibus suis sunt facilia: ꝛ sunt in eis interius aut exterius loca vacua per que expellit̄ superfluitas medicina subtili ꝛ tēperata. Et eoꝝ sūt alia que non sunt ita: sꝫ medicina idigēt fortiore. Et silr̄ eoꝝ est qd̄ ē rarū. Et eoꝝ est qd̄ est spissum. Et raro q̄dem medicina sufficit subtilis. Et spisso est medicina fortis necessaria. Qd̄ aūt forti medicina magis indiget est illud qd̄ in nulla duarum ptiū ventriculū hꝫ neqꝫ receptaculū. Et post ipm est illud qd̄ a duabus partibus hꝫ receptaculū: sꝫ ē soliduꝫ ꝛ spissum sicut rigno. Postea ē illud qd̄ ea hꝫ a duabus partibus: ꝛ ē rarum sicut pulmo. ¶ Et situs q̄deꝫ mēbri: qm̄ per situ cognoscit̄ queadmodum tu scis. aut locus: aut societas. ¶ Utilitas vero que ex societatis ꝓuenit cognitione est magis ꝓpria: ꝓpterea q ptē magis eligis ad quā medicina trahit ꝛ ad quā eā declinare facis. vbi gr̄a. Cū fuerit mā in gibbo epatis euābis eā per vrinam. Et si in epatis concauitate fuerit euābis eam per vētrē: qm̄ epatis gibbositas mēbris vrine est associata: ꝛ eius cōcauitas est associata intestinis. ¶ Sꝫ eius vtilitas que ex pte sciendi locū ꝓuenit est triū modoꝝ. Unus eoꝝ est eius lōgitudo ꝛ ipsius propinquitas: quoniā si fuerit ꝓpinquum sicut stomachus ꝓueniēt ad ipꝫ medicie tēperate ꝛ opabunt̄ in ipso. Et si longinquū fuerit sicut pulmo: medicinaꝝ tēperatarū virtutes corrumpent̄ anteq̄ ad ipsum perueniant. Quapropter erit necessariū vt in earū virtutibus augmentuꝫ fiat. Opꝫ itaqꝫ vt cū mēbrū est ꝓpinquuꝫ cui obuiat medicina sit virtus ipsius medicine ſm mensuraꝫ que egritudini sit opposita. Et si iter ea fuerit longitudo ꝛ spaciū: ꝛ ē egritudo cui ē medicina necessaria quam virt9 ꝓfundās penetrare faciat: tūc necessariū ē in vtute medicine plus addere q̄ prius erat ei necessariū: sicut acetum in emplo sciatice ꝛ reliquis. Et secundus modus est vt sciat̄ q̄d medicinis sit admiscēdū vt p illud velociter ad mēbrū ꝓueniat: queadmodū medicinis mēbrorum vrine admiscent̄ diuretica: ꝛ medicinis cordis crocus. Et tertius q̄dē modus est vt sciamus qua pte medicinā ad ipm transire faciamus. vbi gr̄a. Si sciuerimus q vlcera in inferiorib9 existūt in intestinis p clysteria inijciemus. Et si sciuerim9 q sint in superioribus: p illud qd̄ bibunt afferemus. ¶ Nūqꝫ ēt cōfert loci ꝛ societatis simul sollicitudinē h̄re. Et hoc q̄dem est in eo qd̄ facere debemus cū fuerit mā tota iaꝫ in membro euacuata. Et in eo qd̄ facere debem9 cū materia adhuc euāt: qm̄ cuꝫ sciuerim9 q materia fuerit adhuc in descēsu: a suo loco materiā extra hemus: postq̄ q̄ttuor ꝯditionū curā habuerim9. Una ē ptis diuersitas: queadmodū a dextra ad sinistrā trahim9: ꝛ a superiorib9 ad iferiora. Et scd̄a ē vt societatis curā habeam9: sicut mēstrua ventosis retinemus q̄s mamillis supponimus socio attrahētes. Et tertia rectitudinū curaꝫ h̄re: queadmodū in egritudinib9 epatis in dextra minutionē facimus basilica: ꝛ in egritudinibus splenis in basilica sinistra. Et quarta q̄dē est cum sollicitudine elongationis: ne quod extrahitur valde sit propinquum ei a quo extrahitur. ¶ Sed cū accidit vt tota materia iaꝫ sit eua-

Et ipsū ē illud qd̄ ī vna pte

cuata: vtreq; res ei conferunt ex parte: quoniam si voluerimus accipie
mus eam ex ipso membro: ꝛ si voluerimus trahemus ipsam ad mēbrū
propinquum quod associatum est: ꝛ eam ab eo extrahemus: quemad-
modum duas minuimus saphenas in matricum egritudinibus: ꝛ ve-
nam que est sub lingua cum medicari volumus apostema duaꝝ amig-
dalarum. ℭ Cūq; ad diuersum protrahere volueris: membri a quo p-
trahis dolorem prius seda. ¶ Et caue tibi ne transitus super principa-
le fiat. ℭ Et vtilitas quidem que sequitur ex parte virtutis membri est
trium semitarum. Una est dignitatis ꝛ principatus curaz habere: quo
niam super membra principalia non faciemus aliquid cum fortib⁹ me
dicinis in quo sit ambigendum quantomagis potuerimus ne nocumē
tum toti corpori commune faciamus. Quapropter ex cerebro ꝛ epate
nō euacuabimus illud quod ab eis euacuare debemus in vna hora: ne-
q; vllo modo vehementi infrigidabimus infrigidatione. Et cum epati
emplastrum superponemus ex medicinis resoluentibus: non relinque
mus: quin in eo res retentiuas ꝛ boni odoris ponamus propter virtu-
tem custodiendā. Et similiter in eis que pp eam ad bibēdū damus. Qđ
autē iter oia membra hac tota custodia dignius existit est cor. Et postea
cerebrum. Et post ipsum epar. ¶ Et secunda quidem semita est curā ha
bere operatiōis membro associate: lz non sit principale sicut stomachus
ꝛ pulmo. Quapropter in febribus cū stomachi debilitate aquam frigi-
dam in potu que sit vehementis frigiditatis non damus. ¶ Et scias qꝫ
dare ea pura que laxa faciunt principalibus membris: ꝛ eis que sunt co
rā ipsis est valde timorosum in re vite. ¶ Et semita tertia est habere sol
licitudinez acuitatis sensus ꝛ eius ebetudinis. Debet nāq; sibi cauere
ne membris acuti sensus neruosis det medicinas malarum qualitatum
ꝛ mordicatiuas ꝛ nocitiuas sicut sunt titimalli ꝛ relique ab eis. ℭ Me
dicinarum vero a quarum datione nobis cauemus species sunt tres.
Resoluentes. Et vehementer infrigidantes. Et cōtrarias habētes qua-
litates: sicut flos eris ꝛ cerusa ꝛ calcucecaumenō ꝛ eis similia. ¶ Hoc q-
dem est electionem medicine diuidere ſm membri naturam. ¶ Scđm
vero egritudinis quantitatez quātum illi. verbi gratia. Cuius corporis
caliditas egrotatiua est fortis: necessarium est ipsam extinguere cum
medicina que sit in infrigidando fortissima. Et illi cuius accidentalis
frigiditas est fortis est necessarium eam calefacere cum medicina for-
tis calefactionis. Si vero nō fuerint fortes: medicine debilioris quali-
tatis nobis sufficiēt. ¶ Ex tēpore aūt egritudinis est vt sciamus in quo
suoꝝ temporum sit egritudo. verbi gratia. Cuz apostema in principio
fuerit: super ipsum ponemus qđ solum repercutiat. Et cuz in statu fue
rit ponemus illud quod solūmodo resoluat. In medio autem miscebi
mus vtraq;. Et si egritudo fuerit acuta ipsa in principio existente tem-
perate regimen subtiliabimus. Et si in statu fuerit in subtiliādo stude-
bimus. Et si fuerit prolixa nō tm̄ in principio subtiliabim⁹: sz i statu tē
perata vtemur subtiliatōe: lz mltas ꝓlixaꝝ egritudinū ꝑter febres sub-

tiliatiuũ resoluat regimen. Egritudo namq̃ʒ si multe ebulliẽtis mate/
rie fuerit in principio eã euacuabimus nõ expectãtes maturationẽ. Et
si mediocris fuerit maturabimus eaʒ ⁊ postea euacuabimus. ¶ Cogni/
tio aũt reꝝ q̃ sua significãt ꝯueniẽtia ẽ ad sciẽñ. tibi facilis. Et aer qdeʒ
q ex eaꝝ existit sũma est dignior cuiꝰ rẽ custodiri oʒ ⁊ an sit medicine iu
uamentũ p̃stans: an egritudini. ¶ Et dicemꝰ ꝙ in egritudinibꝰ i qbꝰ ẽ
timor ⁊ nõ sumus securi a defectu virtutis si qđ facere debemus tarda/
uerimus vt ex eo aliqđ alleuiauerimꝰ ⁊ minuerimꝰ: a forti medicamĩe
p̃mo incipe debemꝰ. Ille ṽo i qbꝰ nõ existit timor ƀʒ ordinẽ ad fortioreʒ
procedẽt: si nõ suffecerit eis debilis. ¶ Preter hoc quoq̃ʒ tibi caue ne a
rectitudĩe recedas: lʒ videris ꝙ ipsaꝝ tardet iuuamentũ: neq̃ʒ in erro/
re moreris ⁊ si videris ꝙ ciꝰ nõ appeat ipedimẽtũ. ¶ Et cũ hoc nõ ƀm
vnã medicationẽ cũ vna tibi stañ. ẽ medicia: imo in vna medicatõe me/
dicinas p̃muta: qm̃ ab ipso qđ ꝯsuetũ est nõ fit passio. Et vnicuiq̃ʒ qdẽ
corpori ⁊ vni mẽbro in vna hora ⁊ nõ in altera inest p̱prietas ab vna me
dicina pati ⁊ nõ ab altera. ¶ Cuʒ aũt ignoras que sit egritudo: relinq̃
eam nature ⁊ nõ p̱peres: qm̃ aut nã supabit egritudinẽ: aut ipsaʒ ma/
nifestabit. ¶ Cũq̃ʒ egritudo dolori cõiũcta fuerit aut cause doloris aut
a quo p̱uenit dolor sicut est p̱cussio aut casus: incipies sedare dolorem.
¶ Et si tibi necesse fuerit stuporẽ inducere nõ trãscẽdas tale quale ẽ pa
pauer al. qm̃ cũ suo stupore est ẽt domesticũ vel ꝯsuetũ. ¶ Cũq̃ʒ vehemẽ
tia caloris mẽbri tibi nocumẽtũ fecerit: nutri ex eo qđ sanguinẽ vehemẽ
ter ingrossat: sicut frumẽtũ coctũ. Et si ex hoc qdẽ regimĩe non alleuia/
bit nutri cũ infrigidãtibꝰ sicut lactucis ⁊ eis similibus. ¶ Scias p̃terea
ꝙ ex ꝯgruis medicatiõibꝰ q̃ ꝯferũt ẽ iuuamẽtũ qđ fit ex eo qđ virtutes
ꝯfortat aiales ⁊ vitales: sicut letitia: ⁊ obuiare ei qđ sibi placet: ⁊ assidue
sedere cũ eo cũ quo gratulat: qñq̃ʒ ẽt ꝯfert sedere cũ eo a quo verecũda
tur ⁊ quẽ erubescit: qm̃ egrũ p̱hibʒ a rebꝰ q̃ ei nocent. ¶ Ex eis p̃terea q̃
huic mõ medicatiõis sunt p̱pinq̃ ẽ mutatio de terra ad terram: ⁊ đ aere
ad aerẽ: ⁊ de formis ad formas: ⁊ p̃cipue cũ formas efficere ⁊ motꝰ q mẽ
brũ dirigãt aut ꝯplexionẽ mutẽt: queadmodũ puero lusco p̃cipit vt scin
tillas intueat aut rem q̃ ei apparet: aut sicut p̃cipitur torturã patiẽti vt
speculũ intueat calibis: qm̃ hic p̱ducit eũ ad h̄ vt laboret in rectificãdo
faciẽ suã ⁊ frontẽ ⁊ oculũ ⁊ fortasse inuitus redibit ad hoc vt melioret.
¶ Ex regulis p̃terea quas obseruare debes est fortes dimittere medica
tiões in tp̱ibꝰ fortibꝰ quãto plus poteris: sicut vẽtrẽ vehemẽter soluer:
aut p̱uocare vomitũ: aut aperire ⁊ adurere in estate ⁊ hyeme. ¶ Ex re/
bus quoq̃ʒ in quarum medicatione subtile est adhibenduʒ studiũ ẽ cũ
in vna ꝯiungunt egritudine duo que fieri debẽt cõtraria: quia oʒ. verbi
gratia. vt egritudo infrigidet ⁊ eius causa calefiat. aut ecõuerso q̃r opʒ
vt egritudo calefiat ⁊ eius causa infrigidetur: sicut materia colice indi
get calefactiõe ⁊ incisione ⁊ subtiliatione: ⁊ oʒ vt fortitudo doloris eius
infrigidet ⁊ stupefiat ⁊ ecõuerso. ¶ Amplius scire debes ꝙ non ois re/
pletio neq̃ʒ omnis cõplexionis malitia suo medicat ꝯtrario ex euacua/

o ois repletio neq ois complexionis malitia suo medicatur ꝯtrario ex euacuatione et

tione ꝛ oppositione: immo multotiens sufficit multa regiminis boni-tas in repletione ꝛ malitia complexionis.

¶ De medicationibꝰ egritudinū malitie cōplexionis: Ca. 2.

Que ex eis quidē sine materia existit cōplexio tm̄ pmutaẜ. Sꝫ si cū materia fuerit ipsa euacuabiẜ. Et plerūqꝫ quidem ei sola sufficit euacuatio: si cōplexionis infuse que preterita est: malitiā nō ibi relique rit. Et quādoqꝫ nō sufficit nobis istud si ꝯplexionis dimiserit malitiā: imo erit nobis necesse cōplexionem pmutare cum in euacuādo finē fece rimus. ¶ Dicemus ergo ꝙ malitie cōplexiōis medicatio multis fit mo dis. ☞ Cōplexionis namqꝫ malitia: aut erit infusa ꝛ erit ipsius medica tio ex cōtrario absolute: ꝛ hec est medicatio absolute. Aut erit in termi-no vt ipsa generetur: ꝛ erit eius sanatio: sanatio que fit cum permissiōe seruationis. Quēadmodum putrefactionem que est cum febre quarta-na medicamur cū tyriaca: ꝛ aquam frigidam in tertiana damus vt ex-tinguat. Et exemplum premissionis seruationis est euacuatio in quar-tana que fit cum elleboro: ꝛ in tertiana cum scamonea cum principium interpollationis que accidit prohibere volumus. Et exēplū premissio-nis seruatiōis solūmō est eūatio quartane apte ꝑpter melācolie supera tionem cum elleboro: ꝛ febri tertiane propter colere dominium cuꝫ sca-monea. ¶ Cum autem in aliqua egritudine dubitaueris an sit eius cau sa caliditas an frigiditas ꝛ experiri volueris: non experiaris cum sup-fluo. Et caue tibi ne decipiat te impressio que erit accidentalis. ¶ Et de bes scire ꝙ infrigidationis ꝛ calefactionis tempus est vnum. Sed in i-frigidando est plus timoris quoniam caliditas est amica nature. Et in humectando quidem ꝛ exiccando est timor equalis. Sed humectandi tempus est longius. ¶ Unaqueqꝫ preterea humiditas ꝛ siccitas conser uetur propter suarum causarum confortationem: ꝛ permutaẜ propter causarum contrariꝭ ipsius fortitudinis augmentum. Et caliditas qdeꝫ fit fortior causis quarum iam expleuimus sermonē. Deinde per mūdi-ficantia ꝛ est superfluitates expellere ꝛ repletionem ꝛ opilationem ape rire. Deinde ex eo quod ipsam conseruat ꝛ hec est humiditas tempera-ta. Frigiditas vero fortior ex eo ꝙ ipsius confortat causas ꝛ ꝙ calidita tem suffocat: ꝛ ex eo ꝙ ipsam superflue resoluit ꝛ est siccitas ẜm eēntiā ꝛ caliditas ẜm accidens. ¶ Qui autem caliditatis superfluitatem cum opilationibus medicatur sibi cauere debꝫ ab infrigidatione superflua ne in conuertendo opilationem in lapidem augmentum faciat: ꝛ ne ca lide complexionis malitiam augmentet: imo paulatim primo medica ri debet cum eo quod abstergit. Et si qḋ infrigidat ei suffecerit sicut aq̄ ordei ꝛ succus scariole erit conueniens. Et si non suffecerit istud: tunc cum illo qḋ temperatum existit. Quod si hoc non suffecerit: tunc cū eo in quo subtilis existit calor. Neqꝫ ex hoc sis sollicitus quoniā iuuamen tum eius diaphoresis in infrigidando plus confert ꝙ̄ sit nocumentum quod facit ei calor qui ad extinguēdum est facilis post apertionē. ¶ Et est etiam cum acutorum humorum digestio extinguendi superfluitatē

prohibet: licet quidam hominum sint qui proteruiant ad hanc destruē dam sententiam: ꝛ ignorent ꝙ fortis extinctio deijcit virtutem: ꝛ quanto magis in corporib⁹ que ab egritudine debilitata fuerūt: lꝫ aliquo di rectiōis mō māꝫ rectificet qꝺ est cū post ipsaꝫ alie ꝑueniūt egritudines aut ex malitia ꝯplexiōis simplicis: aut ex materijs frigidis ꝯplexiōi cō trarijs quā rectificauit. ¶ Cōplexiōeꝫ vo frigidā calefacē qsi difficile ē cū iaꝫ ē infusa. Et multū facile in ꝑncipio. Et ad vltimuꝫ calefacere frigidum in principio rei est facilius ꝙ calidum in principio infrigidare. Sed calidum in fine infrigidare licet sit difficile: est tamen facilius ꝙ frigidum in fine calefacere: quoniaꝫ superflua frigiditas est ipsa mors innati caloris aut ei propinqua. ¶ Et debes scire ꝙ infrigidatio quā doqꝫ siccitati coniungitur. Et quandoqꝫ humiditati. Et quandoqꝫ ab vtrisqꝫ separatur. Uerumtamen siccitas magis sit mansiua cum frigiditate que senuit. Et humiditas est magis adducens frigiditateꝫ que accidit. ¶ Etiam quidem omnes caloris cause cum superfluūt in exiccando iuuant. Et quandoqꝫ etiam omnes frigiditatis cause cū superflue fuerint in humectando iuuant. Et nulla quidem res ad hoc tantū peruenit quantum ociositas ꝛ assidua balneatio que est facilis in tina. Et nos quidem te faciemus scire hoc in eo qꝺ est premissum. Uinuꝫ preterea temperate bibitum in humectando est forte. ¶ Amplius scire debes ꝙ cum senex infrigidatione indiget ꝛ humectatione: non sufficit ad hoc illud quod ipsum ad equalitatem reducit: immo ꝙ ipsum transire facit ad complexionem frigidam ꝛ humidam que ei debetur: quoniam ipsa licet sit accidentalis est tamen ei quasi naturalis. ¶ Scire quoqꝫ debes ꝙ sepe est nobiꝫ necessarium in permutando complexionem dare illud quod huiusmodi confortat complexionem. Quemadmodum est nobis necessarium dare acetum cum medicinis calidis alicui membro ideo vt ipsarum penetrent virtutes. Et sicut est nobis necessarium dare crocum cum medicinis infrigidantibus cor: propterea vt eas ad ipsum ferat. ¶ Et multotiens quidem est medicina vehementioris operationis in permutando complexioneꝫ: sed propter sui subtilitatem non permanet donec suam perficiat operationem. Est ergo nobis necessarium ei aliquid admiscere quod inspisset ꝛ retineat licet ex ea sue operationis proueniat contrarium: sicut balsamo admiscemus ceram ꝛ reliqua ad hoc vt ipsum tanto tempore retineat in quo suam perficiat operationem.

¶ Ad sciendum qualiter ꝛ quando opꝫ euacuari. Cap. 3.

Res que demonstrant rectitudinem iudicij in euacuando sunt. 10. repletio: ꝛ virtus: complexio: ꝛ accidentia conueniētia: sicut si cōtingeret ꝙ naturam soluere vellemus: deinde accideret ventris solutio: quoniam ventrē soluere super ventris solutionē est timorosuꝫ: ꝛ figura: ꝛ etas: ꝛ tēpus: ꝛ aeris ꝛ regiōis dispositio: ꝛ consuetudo euacuādi: ꝛ ars euacuādi. hec namqꝫ cum fuerint contraria significationi p

pter quam euacuatio facienda erit prohibebunt euacuationem.
¶ Uacuitas itaqꝫ sine dubio euacuationem fieri prohibet.
¶ Et similiter cum debilitas cuiuscunqꝫ trium virtutum fuerit. Uerũ tamen quandoqꝫ plus eligimus alicuius virtutis debilitatem ꝙ̄ impedimentum relinquendi euacuationem: ⁊ hec quidem est in virtutibus sensibilibus ⁊ motiuis cum fiduciam habuerimus succurrẽdi rei timorose si acciderit: ⁊ similiter in omnibus virtutibus.
¶ Complexio quoqꝫ calida ⁊ sicca ad hoc prohibet. Et frigida ⁊ humida caliditatem non habens aut debilitatem habens ab ea etiã ꝓhibet. In calida autẽ ⁊ humida facile faciemus illud ⁊ fortiter.
¶ Figura autem .s. superfluitas maciei aut raritas ab ea prohibet propter timorem ne spiritus resoluatur. Et similiter oportet in regẽdo debilem ⁊ macrum multam colerã rubeam in sanguine habẽtez vt ei blãdiaris ⁊ non ipsum euacues: ⁊ vt eum nutrias ex eo quod bonum generat sanguinem ad frigiditatem ⁊ humiditatem declinantem: quoniam ex hoc sui humoris complexio rectificabitur: aut fortasse spissum fortez efficies ⁊ euacationes tollerabit. Et similiter oportet ne illuz euacuare sis ausus qui ex consuetudine parum comedit quãdiu ab eius euacuatione abstinere poteris. Superflua quoqꝫ pinguedo ab eo prohibet ꝓpter timorem ne frigiditas dominetur ⁊ ne caro venas cõprimat ⁊ eas extinguat cum vacuas inuenerit ⁊ calorem suffocet innatuz: aut superfluitates exprimendo ad interiora expellat.
¶ Accñtia q̃qꝫ mala sic̃ aptitudo colice passiõi ⁊ spasmo ab ea ꝓhibẽt.
¶ Etas preterea etiã que nõdũ ad augmenti cõplementũ peruenit aut ad consumptionis terminum est transiens ab ea prohibet.
¶ Hora quoqꝫ multũ calida aut multũ frigida ab ea prohibet.
¶ Et regio quidẽ meridionalis vehemẽter calida ab ea ꝓhibet: qm̃ plurima eoꝝ que ventrez soluũt sunt calida ⁊ duaꝝ acuitatũ coniũctio tollerari non põt: quoniã virtutes in eis debiles erunt ⁊ dissolute: ⁊ qꝛ exterior calor materiaz ad exteriora trahit: ⁊ medicina ipsaz trahit ad interiora quare inde prouenit in diuersas partes protractio ⁊ ad resistẽtiã perducit. Et septẽtrionalis multum frigida ab ea prohibet.
¶ Parua quoqꝫ euacuandi consuetudo ab ea prohibet.
¶ Ars etiam qua multum fit euacuatio: sicut seruiẽdi in balneo ⁊ onera dorso deferentiuz ab ea prohibẽt. Et ad vltimũ omnis ars laboriosa.
¶ Scias preterea ꝙ intentio in omni euacuatione est vna quinqꝫ rex.
¶ Aut euacuatio illius qđ est euacuanduz ⁊ sequitur ipsum proculdubio tranquillitas: nisi ꝙ receptaculorum lassitudo ipsuz sequatur: aut caliditatis ebullitio: aut febris ephimera: aut alie egritudines que comitantur sicut excoriatio quam ventris solutio in intestinis facit: aut vlcera que vrine prouocatio in vesica facit: ⁊ hec quidem licet iuuamẽtum conferat: eius tamen vtilitas non sentitur: immo quandoqꝫ presentialiter dolet donec accidens remoueatur. ¶ Et secunda est consideratio partis sue declinationis: sicut nausea que vomitu mundatur

⁊ mordicatio in ventre que ventris solutione remouetur. ¶ Et tertia ē membrum egressionis eius a parte declinationis eius: sicut basilica dextra in egritudine epatis: ⁊ non cephalica dextra: quoniā si error prouenerit in tali quale est illud quicqȝ sequat̄ inde timor. ⁋ Et opȝ quidē vt sit membrum egressionis ignobilius illo a quo fit euacuatio: ne materia ad illud declinet qḋ est nobilius. ⁋ Opȝ preterea vt sit eius exitus naturalis: sicut mēbra vrine gibbositati epatis: ⁊ intestina ꝯcauitati ipsius. ⁋ Est tñ cū membrū a quo expellit̄ est ipm membrū p qḋ euacuatio facienda est: sed est in ipso egritudo vetus aut recēs pp quā est timēduȝ de cursu humoꝝ super ipȝ. Ipsi ergo ad aliud qḋ sit melius trāsponendi sunt. ⁋ Et est ēt cuȝ ex supatiōe humoꝝ timet̄ super ipm egritudo: sicut cum tractus fit ab oculo ad gulā: qm̄ timet̄ nec illi quicqȝ supueniat suffocatio: iō quale est hmōi suauiter ⁊ molliter fieri debet. Nā quoqȝ plerūqȝ taliter operatur ⁊ euacuat nō p partē qua ꝯsueuit: iō vt mēbrū custodiat cum debile fuerit. Et plerūqȝ etiā est vt sit illḋ qḋ natura euacuat ptis longinque ⁊ opposite ⁊ remaneat cū ipso ambiguitas: sicut cū a capite ad anū aut crus aut pedem euacuat: non enim pro certo scitur si ex toto sit cerebro aut ex vno ventriculo. ¶ Et quarta quidem est hora euacuationis ipsius. Nam dicit Galienus. Penitus qḋ in cronicis egritudinibus maturatio tantū: ⁊ nihil plus expectanda est. Et tu quidem iam sciuisti quid sit maturatio. ⁋ Et antequam euacues post maturationem ex subtiliatis in potu tribuere debes sicut aquaȝ ysopi ⁊ hasce ⁊ seminum. ⁋ Sed ⁊ in acutis ēt egritudinibus maturationē expectare meli⁹ est: ⁊ p̄cipue cū quiete fuerint. ⁋ Qḋ si mobiles fuerint tūc adeūanduȝ materiā festinare erit melius: qm̄ motus eius est malus ꝙ̄ sue eūationis anteꝙ̄ ipsa sit matura: ⁊ proprie cum humores fuerint subtiles: ⁊ precipue cū in ꝯcauitatibus venaꝝ fuerint ⁊ nō in mēbris egrediētes. ⁋ Cum autē humor in vno fuerit membro cōprehēsus: nullo modo moueatur donec mutet̄ ⁊ essentiam habeat temperatam vel apostemataȝ quā tu sciuisti in suo loco. ⁋ Et siliť cuȝ non fuerimus securi ꝙ vtus vsqȝ ad maturitatis horam pduret euacuabimus eam: postꝙ̄ nobis cauerimus vt eius subtilitatem ⁊ grossitiem sciamus: qm̄ si spissa fuerit ⁊ grossa ipsam mouere nō debemus nisi post subtiliationē. Eius vō grossitiem cognoscemus ꝑpterea ꝙ fastidiū preteritū iam precessit: aut sub hypocūdrijs dolor extensiuus: aut aduētus apostematis in īterioꝛib⁹. Qḋ aūt magis custodire debemus in hmōi dispōne est habitudo cānalium ne ipsi sint clausi: ⁊ post hoc quidem totū tibi possibile erit vt ante maturationeȝ ventrē soluas. ¶ Et scias ꝙ materiei euacuatio ⁊ ipsius de suo loco eradicatio est ſm vnū duorum modoꝝ. Unus eoꝝ est ꝑpter attractionem que fit ad longinquā diuersitatē. Et alter ꝑpter eam que ad propinquaȝ. Et suarum quidem horarum dignior est cum in corpore nullo mō est aliculus materiei repletio. Ponam⁹ itaqȝ ꝙ ab ore viri superius multus fluat sanguis: ⁊ ab emoroydibus mulieris superflue fluat sanguis. Unum itaqȝ duoꝝ faciemus. Aut trahemus p declina-

tionem que fit ad propinquā diuersitatē ⁊ oportebit tunc vt materiam
ad nares declinemus faciendo sanguinē ex naribus fluere: ⁊ in altero
ad matricem prouocando menstrua. Aut si voluerimus ad lōginq̄ꝫ di-
uersitatem attrahere euacuabimus in primo sanguinē a venis ⁊ locis
que sunt in inferiore parte corporis. ⁊ in secūdo a venis ⁊ locis que sūt
in suprema parte corporis. ¶ Et non opꝫ quidē vt in duas diametros
prolongationem facias: sed in vna tantum que sit diameter magis lon
ginqua. Nam si materia fuerit in supremo dextre partis non erit attra
henda, ad infimū sinistre: imo ad infimuꝫ ipsius dextre. Et hoc quidem
est illud qđ est magis necessariū: aut ad sinistraꝫ a supremo si fuerit tm̄
longinqua quantuꝫ est ab humero ad humerum ⁊ nō fuerit dispositio
eius sicut dispositio duoꝝ laterum capitis. Materia nāqꝫ si in dextra
capitis fuerit: eam ad inferiora ⁊ nō ad sinistrā trahes capitis. ¶ Cūqꝫ
materiam ad longinquū trahere volueris: loci dolorem prius sedabis
vt ipsius minuatur compressio per attractionē: quoniam dolor est tra-
hens. ¶ Cūqꝫ ad locum non obedit ad quem ipsam trahis: non violen
ter agas: quoniā qn̄qꝫ violentia illa ipsaꝫ mouebit ⁊ subtiliabit: ⁊ non
trahetur ⁊ fiet velocius declinans ad dolentem locum. Et forsitan tibi
sufficiet vt trahas lꝫ non euacues: quoniam ipsa attractio eius iter ad
membrum ꝓhibet lꝫ non extrahat. per ipsam ergo attractionē ad intē-
tionē perueniemus: lꝫ cum ipsa nō euacuaueris: sed declinatione con-
tentus fueris que fit ligādo membra opposita: aut vētosis ⁊ medicinis
rubificantibus: ⁊ ad summū cuꝫ omni qđ dolorē efficit. ¶ Ex materijs
autem que ad euacuandū sunt faciliores sunt ille que sunt in venis: de-
inde ille que in membris ⁊ iuncturis: quoniā quandoqꝫ est difficile eas
extrahere ⁊ euacuare. idqꝫ necesse est vt cum euacuabunt: alie cum eis
egrediant. ¶ Euacuato preterea est necessariuꝫ ne properet comedere
nutrientia multa ⁊ mala que natura indigesta trahat. Qđ si aliquid ex
hoc fieri necesse fuerit oportebit vt paulatiꝫ ⁊ suauiter fiat donec sit ſꝫ
ordinem: ⁊ vt sit qđ corpus ingredit digestuꝫ ⁊ cōueniens. ¶ Minutio
quoqꝫ est euacuatio humoribus equaliter augmentatis ꝓpria. ¶ Eua-
cuatio vero humorū qui in quātitate solum augmentat aut corrumpit
ꝓpria est alia a minutiōe. ¶ Omnis preterea euacuatio que est sup̄flua
ſm plurimū febres generat. ¶ Cumqꝫ ventris ꝯstrictio qui fluere sole-
bat aliquam egritudinē possidere fecerit: illius euacuationis reuersio
ſm plurimum ipsum medicabit: sicut ab eo quem constrictio saniei au
rium aut mucorum nariū vertiginē possidere fecit: eius reuersio ipsaꝫ
remouebit. ¶ Et scito q residuū materiei dimittere qđ necesse erat eua
cuare: minus nocumentuꝫ est q̄ꝫ exquisitissime euacuare ⁊ peruenire in
ipsa ad hoc vt virtus terrat: quoniam multotiens natura hoc resoluit
residuuꝫ. ¶ Cūqꝫ humor illius fuerit generis cuius esse oportet ⁊ eger
tollerare potest: non terreri debes ex superfluitate. Quandoqꝫ etiam
contingit cuꝫ te euacuare oportet vsqꝫ ad lipotomiā. ¶ Cūqꝫ alicuius
virtus fortis fuerit ⁊ ipsorum humorum materia multa ⁊ mala ipsam

paulatim euacua. Et similiter cum materia vehemēter fuerit penetra-
tiua aut cum sanguinem multū mixta: non poteris ipsam vna vice eua
cuare sicut est in sciatica ⁊ artetica lōgi temporis ⁊ cancro ⁊ scabie anti
qua ⁊ carbunculis veteribus. ¶ Et debes scire ꝙ ventris solutio a su-
perioribus trahit ⁊ ab inferioribus eradicat. Duabus ergo attractioni
bus est apta cōuenienti ⁊ diuerse que etiā post materierū quietē est con
ueniens. Cum ergo materie fuerint a superioribus ad diuersum trahet
eas: ⁊ ipsas etiaȝ eradicabit a locis vbi sunt. vomitu vero fit attractio
⁊ eradicatio ecōuerso. Minutionis preterea dispositio diuersificaẜ ẜm
loca a quibus sanguis accipiẜ sicut sciuisti. Minus itaqȝ cūctis oībus
euacuatione dignus est ille cuius cibus bonus fuerit ⁊ digestio bona.
In regionibus quoqȝ calidis morātes euacuatione paꝝ indigent.

¶ De regulis cōibus vomitui ⁊ solutioni ventris qualiter trahit id qđ
ventrem soluit ⁊ vomere facit. Caplm. 4.

Oportet vt illius cibus cuius soluēdus est venter aut vomitus p-
uocandus partiatur vt qđ ei in vna die sufficiebat multis come-
dat vicibꝰ. Et vt sint cibi diuersi ⁊ potꝰ etiā diuersi. Ex hac nāqȝ dispo
sitiōe accidit stomacho vt expellere desideret qđ est in eo superius aut
inferius. Ex cibo autem nō diuerso neqȝ super alium cibum ingredien
te stomachus est auarus ⁊ ipsum forti cōtinet retentione: ⁊ ꝓprie si fue
rit eius quantitas parua. Mollem vero habens ventrē nihil ex hoc fa
cere debȝ. ¶ Et scias ꝙ vomitus ⁊ ventris solutio ⁊ que eis assimilanẜ
nō attinent ei qui bono vtitur regimīe: qm̄ ille qui bene regitur nō in-
diget nisi eo qđ sit istis leuius: ⁊ fortasse excusabunt ea exercitiū ⁊ frica
tio ⁊ balneū. ¶ Amplius si eius corpus repletū fuerit plurimū talis re
pletionis qualis est ipsiꝰ: erit ex eo qui humoꝝ melior est. s. ex sanguie.
Minutio igiẜ est illud qđ ad ipsum mūdificaū. erit necessariū: ⁊ nō vē-
tris solutio. ¶ Cum aūt minutio necessaria fuerit ⁊ ventris solutio ex
aliquo qđ sit vt elleborus ⁊ violente medicine: a minutiōe incipere de-
bes: qm̄ hoc est ex preceptis Hyp. in libro epidimiaꝝ. hec est veritas. Et
similiter si humores fuerint flegmatici cū sanguine mixti. Nō si viscosi
⁊ frigidi fuerint: fortasse minutio grossitudinē ⁊ viscositatē eis augmē-
tabit. Incipieū. ergo erit a solutione ventris. Et ad summū si humores
fuerint equales ꝑmitte minutioneȝ: ⁊ si postea supabūdauerit euacua.
Nō si equales nō fuerint in primis supabundantē euacua humorē do
nec equaẜ: postea minue. ¶ Et ei qui ante minutionē premiserat medi
cinam: cum minutionē ꝑmittere debebat: postponat minutioneȝ diebꝰ
paucis. Et cui paruū intercessit spaciū ex quo minutꝰ fuit ⁊ euacuatiōe
indiget: medicinā sumere est ei ꝯuenientius. ¶ Multotiens preterea ex
haustu medicine ille qui minui debebat peruenit ad febreȝ ⁊ ad estua-
tioneȝ. Et si ex eis que qescere faciunt nō quieuerit scias ꝙ minutioneȝ
premittere debebat. ¶ Nō oēs preterea euacuatiōes sunt necessarie pp
supfluitateȝ repletionis: imo qn̄qȝ sunt necessarie pp egritudinis ma-

gritudinez: ꝛ ꝓpter repletionē ſm qualitatem ꝛ non ſm quantitatez. ¶ Et multotiens quidē eſt euacuatio neceſſaria ſ; ſuperuenit aliquid qḋ ꝓhibet. Et non eſt ibi ingeniū niſi in ieiunando ꝛ dormiēdo ꝛ emēdando cōplexionis malitiā que ex repletione ꝓuenit. ¶ Amplius euacuationis quidē eſt que eſt ſm modū ꝓſeruationis ſicut indiget ille cui podagra euenire ſolet ꝛ epilepſia ꝛ reliqua ab eis in hora cognita: ꝛ ꝓprie in vere. Ei ergo neceſſariū eſt vt ꝓſeruatione vtaṫ ante ſuam horaz: ꝛ euacuet ea que ꝓprie in ipſius egritudine ſunt euacuāda: ſiue ſit minutio: ſiue ventris ſolutio. Et fortaſſe deſiccantia exterius apponere ꝛ medicinas abſtergentes eſt euacuare: quēadmodū hydropiſim patientes faciunt. ¶ Quãq; etiaz neceſſe eſt te dare medicinā que ſit ex genere euacuādi humores in qualitate: ſicut cū ſcamonea eſt tibi neceſſaria ad euacuādū colerā rubeā: ei ergo admiſcēdum eſt illud qḋ ipſam in qualitate diuerſificet: ꝛ in ventrē ſoluēdo cū ea ꝯueniat: ꝛ ipſaz ab euacuatione nō ꝓhibeat ſicut mirabolani: ꝛ emendeṫ cōplexionis malitia ſi poſt acciderit. ¶ Habentiū quoq; in interioribus apoſtema ventrē ſoluere eſt difficile ꝛ facere vt vomant. Qḋ ſi tibi neceſſariū fuerit: da eis qḋ ſit ſicut volubilis ꝛ ſemen croci hortenſis ꝛ apozima polipody ꝛ caſſiamfiſtulā ꝛ his ſilia. ¶ Hyp. quoq; inquit. Qui fuerit macer ꝛ fuerit nature cui vomere ſit facile: melius erit in mūdando ip̄; vt ad vomitū adducaṫ: ꝛ vt ſit hoc in eſtate aut vere aut autūno ꝛ nō in hyeme. Ei vō qui mediocris fuerit figure ꝯuenīetior eſt ventris ſolutio. ꝙ ſi ſibi euacuatio que ſit vomitu neceſſaria fuerit vſq; ad eſtatez expectet: ab ipſo tñ ſibi caueat cum eo non indiget. ¶ Verūtamen anteꝙ̄ ventris fiat ſolutio aut vomitus premittenda eſt humoris ſubtiliatio qui eſt euacuādus ꝛ amplificatio canalium ꝛ ipſoruz apertio: qm̄ hoc eſt ex eo qḋ corpus a pena ſecurū reddit. ¶ Et ſcito ꝙ facere nature conſuetudinem lenitatis ꝛ obedientie ei quod vis ex ſolutione ventris ꝛ vomitu facili anteꝙ̄ medicina detur aut vomitus eſt ex regiminibus aperientibus. ¶ Amplius ventris ſolutio ꝛ vomitus cū macredine ventris eſt difficilis ꝛ laborioſus ꝛ timoroſus. ¶ Medicina quoq; vomitum faciens quandoq; fit ventris ſolutiua cum ſtomachus fuerit fortis: aut bibita fuerit ſuper fortem famem: aut qui eam bibit habuerit paſſionem colericam ꝛ nature lenitatem: aut ſi vomere nō cōſueuerit: aut ſi medicina in ſua ſubſtantia grauis fuerit ꝛ velocis deſcēſionis. ¶ Et ventris ſolutiua facit vomitum: propter debilitatem ſtomachi: aut propter multam fecis ſiccitatem: aut propterea ꝙ medicina abhorretur: aut propterea ꝙ bibitor faſtidium habere ſolet. ¶ Omnis preterea medicina que ventris eſt ſolutiua cum non ipſum ſoluit aut ſoluit ſed non id quod eſt maturū: mouet humorez quē d; ſoluere: ꝛ dilatat ipſum in corpore: ſuperat ergo corpus: ꝛ ꝯuertunṫ ad ipſum humores alij quare humor iſte in corpore multiplicaṫ. ¶ Ex humoribus quoq; eſt qui eſt velocioris obedientie vomitui ſcḋm plurimum ſicut colera. Et ex eis eſt qui vomitui rebellis exiſtit ſicut melancolia. Et ex eis eſt qui inter hoc

⁊ hoc est medius sicut flegma. Et febrem quidez hn̄tis ventrem soluere
melius est q̄ꝑ facere vt ipse vomat. Et cuius humor descendēs fuerit si-
cut lienteriam hn̄tis facere vt vomat est incōueniens. ¶ Medicinaruz
preterea ventris solutionē facientiū deterior est que ex medicinis est cō-
posita multe diuersitatis in tp̄e in quo soluēdus est venter: qm̄ ventris
solutio cōturbatur: ⁊ post ventrē soluit anteq̄ꝑ scd̄a: ⁊ qn̄qz prima ipsaz
scd̄am expellit. ¶ Amplius qui biberit aliq̄d ventris solutiōez aut vo-
mitum sibi faciens corpore ipsius limpido necesse erit vt ei vertigo ac-
cidat aut mordicatio in ventre ⁊ angustia: ⁊ qd̄ ab eo expellet̄ egrediet̄
cum difficultate. Et ad vltimū q̄dem dum medicina supfluitates eua-
cuat nō erit in ea estuatio. Cūqz qui medicinā biberit estuatiōez habere
ceperit iaz euacuat qd̄ supfluū nō est. ¶ Humor p̄terea qui vomitu aut
ventris solutiōe euacuat̄ cum ad alium mutabit̄ humorez significabit
q̄ꝑ iam corpus est mundatū a supfluo humore quem euacuare volum⁹.
Quod si mundificatio vsqz ad intestinoꝝ rasuram puenerit ⁊ ad rem
nigram fetidū habentē odorem: erit malum. ¶ Somnus quoqz cum
post vētris solutionē aut vomitū fuerit multus demōstrabit q̄ꝑ euacua-
tio iam pfecte mundauit corpus ⁊ cōtulit. ¶ Et scias q̄ꝑ cum sitis post
ventris solutionē aut vomitū fuerit fortis: maximam ⁊ vltimā purga-
tionis bonitatē significabit. ¶ Scito etiā q̄ꝑ medicina vētris solutiua
expellit illud qd̄ euacuat cū virtute attractiua que attrahit hunc eun-
dem humorē: ⁊ fortasse attrahit grossuz ⁊ relinquit subtilē: quemadmo-
dum facit illa que melancoliam expellit. ¶ Illius preterea verbū qui
dicit q̄ꝑ ipsa generat illud qd̄ attrahit: aut q̄ꝑ in primis attrahit qd̄ est
subtile nō est aliq̄d. Et. G. quidē lz hoc sentiat penitus tn̄ dicit q̄ꝑ medi-
cina vētris solutiua in qua nō est ventositas cuz ventrē non soluerit ⁊
digeret̄ generabit humorem quem attrahere solebat. Sed hmōi dicta
nō sunt ꝯuenientia. Et videt̄ quidem q̄ꝑ. G. ex hoc q̄ꝑ certificat' sentiat
q̄ꝑ inter attrahentem medicinā ⁊ humorē attractum sit cōuenientia in
substantia: ⁊ ꝓpter hoc attrahit ipsum. Sed hoc nō est veꝝ: qm̄ si attra-
ctio fieret cum ꝯuenientia: ferrum attraheret ferrum cū ipsuz superaret:
⁊ aurum attraheret auruz cū ipsum superaret quātitate sua: hoc tn̄ cer-
tificare nō est medici. ¶ Et debes scire q̄ꝑ humoꝝ attractio que fit potu
medicinaꝝ soluentiū ventrem aut vomitū facientiū nō est nisi in venis
in q̄bus venerunt donec ad intestina pueniant ⁊ stomachū: ⁊ hic natu-
ra mouet̄ ad hoc vt eos expellat extra. Et raro q̄dem accidit vt cuz vē-
tris solutiuū bibit̄ ad stomachū ascēdāt: ⁊ si ascēderint ad vomitū de-
clinabūt. Quod aūt ad stomachum ascēdere nō dimittit nō est nisi pp
duas cās. Una que est qm̄ medicina vētris solutiua velociter penetrat
ad intestina. Et altera est qm̄ cum medicina vētris solutiua bibit̄. nam
ꝓperat ad hoc vt ex venis mesaraicis ad inferiora expellat ⁊ nō ad su-
periora: qm̄ hoc ꝓpinquius est ⁊ facilius: ⁊ q: illud qd̄ est post eas non
etiā ipsas cōprimit: ⁊ hoc q̄dem est ex eo qd̄ naturaz mouet vt ex ꝓpin-
quioribus expellat viȷs. Quod si medicina virtutē haberet attractiuaz

que humorem comitaret et natura virtutis expulsiue magis digna vt in sano & forti superet: l3 medicina nõ attrahat nisi ad viam signatam. ¶ Medicine vero vomitum facientis dispositio est diuersa ab hoc qm̄ cum in stomacho fuerit in eo morabit & humorē ab intestinis ad seipa3 attrahet: & sua virtute supat ad resistendum virtuti naturali. Et scias q plurimū attractiõis humo2 quos medicine attrahunt nõ est nisi ex venis: & ex eo qd est multe ppinquitatis: qm̄ attractio fit in venis & in eis que nõ sunt vene sicut humores qui sunt in pulmone qui pp̄ter vicinitate3 ad stomachū & intestina trahunt l3 in venis nõ vadant. Et debes scire q attractio que fit per nares ex medicinis siccis est cā euacuandi humores a corpore sicut in hydropisi.

¶ De sermone purgatiõis vētris & regulis eius. Cap. lm. 5.

Iam in precedenti sermone ostendimus quō sit corpus preparādū ad recipiendum id qd ventrem soluit anteq̄ purget cum amplificatione poro2 & lenificatiõe nature & pp̄rie in egritudinibus frigidis: & ad summum natura3 mollificare anteq̄ venter soluatur est cōpetens regula in qua existit securitas: nisi in eo qui colerice passioni valde est aptus: ex hoc nāq3 nihil isti est faciendum qm̄ esset cā supfluitatis que ei accidet. ¶ Solutorio nāq3 vētris alicuius talis qualis est iste res admiscenda est in qua sit virtus vomitiua: ne pperet descēdere de stomacho anteq̄ sua3 perficiat operationē: imo equentur in ipsa dua2 medicina2 virtutes: & perficiat ventris solutiua operationem suam & vomitiua sua3 ecōuerso illius. ¶ Trauli quoq3 sunt ex eis qui colerice passioni sunt apparati. Fortem igitur nõ tollerant medicinā. Ipso2 tamē plurimi colericā incurrunt passionem ex reumatisimis suo2 capitum. ¶ Ex cā preterea timorosa est vt medicina ventris solutiua sumat fece in intestinis existēte sicca: imo expellēda est saltem cum elysteri aut ture mollificatiuo. ¶ Balneum quoq3 ingredi anteq̄ ventris solutio fiat aliquātis diebus est ex eis que bene preparant: nisi aliquid phibuerit. Et op3 qdem vt inter balneu3 & haustum medicine paruū interueniat tp̄s. Post medicinā quoq3 nõ ingrediatur quis balneu3: qm̄ trahit materiam ad exteriora: & neq3 est bonū nisi ad ventrem cōstringendū p̄ter in hyeme q2 nõ est timēdū primā balnei casa3 ingredi tali mõ ne calor sit vllo mõ impediēs ad attrahendu3: sed fit ad mollificandum. Et ad vltimu3 op3 vt aer illius qui pharmaciā bibit sit caliditatis pauce ne sudorem faciat neq3 turbationem: qm̄ hoc est ex preparatorijs. Fricatio quoq3 & ex oleis inungi est similiter ex preparatorijs. Cum autem aliquis medicine assuetus non est neq3 eam bibit melius est medico vt sibi caueat ne ventris solutiua violentas virtutes habentia ei tribuat. ¶ Fastidiu3 vero habentibus & humores viscosos & in hypocundrijs tensionem: aut qui in suis interioribus habet inflāmationem aut opilationes non est dandum aliquid donec ista rectificent nutriētib9 mollificantibus & balneo & requie & dimissione eius qd mouet & eius quod inflāmat. ¶ Illis vero qui stantes bibunt aquas & habentibus splenes

fortis medicine sunt necessarie. ¶ Cū𝑞ʒ aliquis medicinam ventris so
lutiuam biberit: melius erit ei si medicina fuerit fortis vt sup eam dor-
miat anq̄ꝑ operet: qm̄ operabit melius. Et si debilis fuerit melius erit
ei ne super eam dormiat: qm̄ natura digeret medicinā. ¶ Cū𝑞ʒ medici
na opari ceperit melius erit ei ne sup eam dormiat quocū𝑞ʒ mō fuerit.
¶ Amplius cum aliqs medicinā bibit nō illico sup eam se mouere dʒ
sed dʒ super eam quiescere: vt ipsaʒ natura circūdet ⁊ in ea operet: qm̄
nisi natura in ipsa operata fuerit nō opabit ipsa in naturā. ¶ Odores
quo𝑞ʒ nauseaʒ ꝓhibentes olfacere dʒ sicut est odor mente ⁊ rute ⁊ apij
⁊ cytonioꝝ ⁊ boli corasceni aqua rosacea ⁊ pauco aceto aspersi. Et si ex
odore medicine quis exterrit cū medicinam bibit nares ꝯstringat. Et
qui medicinā abhorret dʒ masticare paꝝ ex tarchon: ideo vt sui oris vel
odoris virtus stupida fiat. ¶ Quod si vomē timuerit extremitates cō-
stringat ⁊ cum ipsaʒ biberit desup rem stipticam bibat. ¶ Medici p̄te-
rea pillulas quas ei daturi sunt qn̄𝑞ʒ in melle voluūt: ⁊ qn̄𝑞ʒ super eas
ꝓijciunt mel coctum aut zuccaꝝ coctū donec eis inde faciunt tunicaʒ.
Et eo quo𝑞ʒ ingeniuʒ vtile est vt super eas ponatur cera ⁊ pauco oleo
mollificata. Et ex eo quod magis cōueniens ingeniū est vt os aqua aut
alia re impleat: deinde pillule sicut sunt bibant sup ipsaʒ: aut q̄ aliquo
hoꝝ ingenioꝝ aptate fuerint: transglutiētur ita𝑞ʒ oēs ita ꝙ medicine
operatio nō cognoscet. Et opʒ vt apozima tepidum bibat ⁊ pillule cum
aqua tepida sumant. ¶ Frigidi p̄terea stomachus ⁊ pedes calefaciēdi
sunt. Cū𝑞ʒ ipsius anima sedata fuerit ambulet ⁊ moueat paulatiʒ: qm̄
motus hic est iuuatiuus. Et interpositione horaꝝ ex aqua calida tantū
bibat ꝙ medicinam nō liquefaciat ⁊ expellat ipsam ⁊ eius debilitet vir
tutem nisi fuerit in hora qn̄ necesse est vt vētris stringat solutio. In po
tu quo𝑞ʒ aque calide malitie medicine existit debilitatio. ¶ Qui autē
medicinam bibere voluerit calide existens cōplexionis ⁊ debilis stoma
chi: erit ei melius vt eam bibat postq̄ꝑ prius biberit aliquid qđ sit sicut
aqua ordei: aut succus granati: aut vt vl̄r dicam cum stomachus rece-
perit nutriens subtile ⁊ leue. Sʒ qui nō ita fuerit erit ei melius vt eam
ieiunus bibat. ¶ Plurimi p̄terea qbus datur medicina ventri soluti-
ua in estate ex ea perueniūt ad febrem. ¶ Oportet ergo ne medicine po
tato: comedat vel bibat donec medicina suam perfecerit operationeʒ:
ne𝑞ʒ etiam quādiu medicina operat dormiat nisi voluntas affuerit vt
restringat. Quod si ipsius stomachus nō tollerauerit ne comedat pro-
pterea ꝙ stomachus eius ē colericus ⁊ cito descendit ad ipsuʒ colera:
aut ꝓpterea ꝙ a comestione vehementer abstinuit ⁊ famem tollerauerit:
rit: detur ei parum panis infusi pauco vino super medicinā anteq̄ꝑ vē-
ter soluatur: qm̄ hoc est ex eo qđ medicinā fortasse adiuuat. ¶ Oportet
preterea ne anus aqua frigida lauetur sed cum calida. ¶ Quidam ēt
dixerunt ꝙ pillule que sunt cum apozimatibus dande: sunt dande cū
apozimatibus que sunt cum eis hōgenea. Pillule nā𝑞ʒ que colerā ex-
pellunt rubeam cum apozimate dande sunt alicuius qđ sit. verbi grā

sicut fumus terre. Et que melancoliā euacuant cum apozimate alicu-
ius qđ sit sicut epithymū aut polypodiuȝ aut his simile. Et que flegma
expellunt cum apozimate alicuius qđ sit sicut centaurea. ¶ Cum autē
euacuare volueris corpus siccum carnem habens durā medicina forti
sicut elleboro ⁊ his similibus: vehementer stude in humectando ipsum
nutrientibus vnctuosis. Et ad vltimū cum fortes medicine multi sint
timoris tales vȝ qualis est elleborus: qm̄ in corpore mundo efficit spas-
mum: ⁊ repleti corporis cōmouet humiditatē motu turbido: ⁊ ad inte-
stina trahit illud qđ ei difficile est expellere. Et titimalli venenosi sicut
mezereon ⁊ scebram: ⁊ earum impedimentum cum superant remouet
raib. ¶ Amplius medicina multotiens suum odorem in stomacho di-
mittit. est ergo sicut si medicina ibi remanet: cuius medicamē est aqua
ordei que ipsum lauat: que qdē melior existit eoꝝ que in potu sumunt.
¶ Cūqȝ tempus prolongabit ⁊ medicina operari nō ceperit: si alleuia-
tio fieri poterit vt nihil moueatur fiat. Quod siquid affuerit timoris
melius erit vt hydromel traijciat aut eius sirupum aut aquam in qua
vitrum resolutum fuerit aut subijciatur ei collyriuȝ aut fiat ei clistere.
¶ Ex causis vero ꝓpter quas medicina nō operat est cannalium coan
gustatio de natura: aut ꝓpter complexionē aut ꝓpter egritudinis vici
nitatem. In habētibus eniȝ paralysim aut apoplexiam medicinaꝝ vie
ad suas materias coangustant: accidit ergo vt difficile sit facere quate
nus venter eis currat. ¶ Duas preterea medicinas ventrem soluentes
in vna die coniungere est timorosum ⁊ extra rectitudinem. ¶ Omnis
quoqȝ medicina que alicui humori est propria cum ipsum non inuenit
perturbat ⁊ ventrem cum difficultate facit: ⁊ similiter si ipsum in suo
contrario infusum inuenerit. ¶ Omnis preterea medicina humoreȝ in
primis extrahit qui est ei proprius: deinde illum qui est post ipsum in
multitudine ⁊ subtilitate: ⁊ reliquos ẜm hunc ordinem: preter san-
guinem; quoniam natura vsque ad postremuȝ eum retinet ⁊ recondit:
humoreȝ vero ex longinquo attrahere est difficile. ¶ Amplius cum ti
mor affuerit ne nausea aut sincopis alicui accidat postquam medicinā
biberit oportebit fieri vt antequam medicinam bibat tribus diebus:
aut duobus cuȝ aqua raphani vomat ⁊ vt raphanū comedat. ¶ Opor
tet preterea ne multum salis sit in cibis eius qui medicinam vult bibe-
re. ¶ Multotiens quoqȝ ex haustu medicine peruenitur ad nauseam
⁊ angustiam ⁊ sincopim ⁊ tremorem cordis ⁊ ventris mordicationem:
digeat stupefactiõe. ¶ Sunt preterea mẽbra de quibus nõ curamus & si eis supponas narcotica: qm̃ non inde ad vehemẽter malum finem pueniunt: sicut dentes cũ ei apponit stupefactiuũ. Et fortasse qdem etiam bibere erit melius in huiusmodi sicut bibere qd stupefaciat pp dolorem oculi: qm̃ ex h minor malitia prouenit oculo q̃ vt interius ponatur. Et fortasse facile erit corrigere malitiã q̃ ex potu alijs accidit membris in eo aũt qd est sicut colica magnificat malus finis: qm̃ mãm augmẽtat frigus & congelationẽ & clausuram. ¶ Amplius stupefaciẽtia plerũq3 sedant dolorẽ: propterea q dormire faciũt: qm̃ somnus est vna ex causis ipsius sedationis doloris: & proprie qñ cũ eo facta fuerit fames: & in dolore materiali. ¶ Et stupefaciẽtia qdem composita quorũ fortitudines alie debilitant medicine sicut tyriaca: sunt magis secura: queadmodũ filoniũ: & trocisci qbus nomẽ ponitur ternarij: sed eorũ stupefactio est debilior. Qd aũt ex eis est recens maioris est stupefactionis. Et in antiquo fere nulla stupefactio & qd est mediũ. ¶ Et ex doloribus quidẽ qui sunt multe fortitudinis & sunt ad medicandũ faciles in quibusdam horis sicut dolores ventosi: qm̃ quãdoq3 sedant & sufficit vt sup eos aqua calida euacuet. Uerũtamẽ in hoc timor existit: vñ ab eo tibi cauere debes: qm̃ plerũq3 cã erit apostema & existimabit q sit vẽtositas. Et si fortasse factum fuerit ei embroca ex aqua calida & precipue in sui pncipio ei affert magnũ malũ. Et preter hoc qñq3 impedimentũ vẽtose efficit cũ ventositatẽ resoluere nõ poterit: & in quãtitate ipsius spacij augmẽtum faciet. ¶ Et vaporationes ẽt sunt ex medicationibus ventositatũ. Et ex eis qdem melior est cũ qua est id qd exiccat sicut miliũ: nisi in mẽbro fuerit qd illud tollerare nõ valet: sicut oculus. Fiat ergo tunc vaporatio cũ panis. Ex vaporationibus ẽt sunt q̃ cũ oleo calefacto fiunt. Et ex vaporationibus quidẽ fortibus est vt orobor farina cũ aceto coquatur & postea siccetur: & fiat ex eo vaporatio. Et minor cã ea est vt surfur coquat sicut hoc. Salis aũt vapor est pungitiuus. Sed milij est melior & debilior. Et plerũq3 ẽt fit vaporatio ex aqua in vase posita que ẽ incolumis & leuis: sed opationẽ efficiet quã nominauimus si illud non fuerit obseruatũ. Uentose ẽt cum igne sunt istiusmodi & sunt fortes in sedando dolorem vẽtosũ. Et si eas iterum adhibueris: dolor penitus destruetur. Uerũtamen plerũq3 ex eis accidit illud qd prouenit ex eo qd diximus. Ex sedantibus preterea dolorem est molliter longo tempore incedere pp illud qd in ipso existit ex virtute faciẽdi fluxa. Et similiter adipes subtiles noti: & olea q̃ nominauimus: & dulcis cantilena: & proprie cum ex ea prouocatur somnus. Et occupari in eo quod gaudiũ efficit: doloris vehementiam sedat.

¶ In quo precipit a quibus curationibus icipiamus. Ca. 31.

Quum multe coniungunt egritudines ab eã incipere debemus in qua vna harum triũ pprietas existit. ¶ Una earum est q alia sanari non potest anteq̃ ipsa sanetur: sicut apostema & vlcus cũ coniũguntur. Medicamur enim apostema donec cõplexionis malitia q̃ cuz

eo venit

eo venit remoueatur absqꝫ cuius sanatione vlcus sanari non potest: postea medicamur vlcus. ¶ Et secunda earum est cum vna egritudo causa fuerit alterius: sicut cuꝫ accidit opilatio ⁊ febris. Medicamur enim opilationem prius: deinde febrem. Et si nobis necessarium fuerit opilationem aperire cum eo in quo aliqua existit caliditas non curabimus de febre. Et medicamur quidem pulmonis apostema cum desiccatiuis ⁊ non curabimus de febre: quoniam impossibile est vt febris remoueatur causa ipsius remanente. Et cause quidem eius sanatio est exiccatio que febri nocumentum facit. ¶ Tertia vero cum fuerit vna earum de qua maior sollicitudo sit habenda: sicut si consungatur sinochus ⁊ paralysis. Medicamur enim sinochum extinguendo ⁊ flobotomando: ⁊ de paralysi non curabimus. ¶ Cum autem egritudo ⁊ accidens coniũguntur: a sanatione egritudinis incipiemus. Et si accidens superauerit tunc accidentis curam habebimus ⁊ egritudinem non considerabimus: sicut in colica damus stupefacientia: propterea vt doloris fortitudo remoueatur: licet ipsi colice impedimentum faciat. Et cuꝫ hoc quandoqꝫ tardamus quod facere debebamus: propter stomachi debilitatem: aut propter ventris fluxum qui precessit: aut propter presentem nauseam. Et quandoqꝫ non tardamus sed operamur: ⁊ tamen non totam remouemus causam: sicut in egritudine spasmi: non enim totum expellimus humorem: imo ex eo aliquid dimittimus vt ipsum spasmosus remoueat motus, ne humorem resoluat naturalem.

¶ Operationis sigillatio ⁊ gratiarum actio.

Sit quantitas huius nostri sermonis compẽdiosi de principijs vniuersalibus doctrine medicinalis sufficiens. ¶ Deinceps autem laboremus vt de simplicibus medicinis librum componamus si deus voluerit. Et ipse quidem nos iuuabit: cui sint grates ſm sui innumerabiles misericordias.

Finis.

¶ Expletus est liber primus canonis: quem princeps Aboali Abinsceni de Medicina edidit.

¶ Liber canonis Quartus incipit de egritudinibus particularibus que cũ accidunt non appropriantur vni membro: continens septem Fen.

Articella

¶ Fen prima est de febribus: ꝛ continet quattuoꝛ tractatus.

¶ Tractatus primus de febꝛe ephimera.

¶ De diffinitione febꝛis ꝛ generibus febꝛis. Cap. pͥmum.



Febꝛis est caloꝛ extraneus accensus in coꝛde: ꝛ ꝓcedēs ab eo mediātibus spiritu ꝛ sanguine ꝑ arterias ꝛ venas in totū coꝛpus: ꝛ inflāmatur in eo inflāmatiōe que nocet operationibus naturalibus: non sicut caliditas ire ꝛ laboꝛis cū non vltimaꝭ: ꝛ impedit oꝑationez ita vt retineaꝭ. ¶ Et sunt qdaz hoīuz q diuidunt febꝛes in duas diuisiones pͥmas. s. in febꝛez egritudinem: ꝛ in febꝛē accnn̄. Et ponūt febꝛes apͣtū de genere febꝛis accidētis. ⁊ Et intētio qdē sermonis eoꝝ est ꝙ febꝛis egritudinalis est illa iter quā ꝛ cām que nō est egritudo non est mediū: sicut febꝛis putredinis. Putredo enim est cā eius absqꝫ medio. Et nō est putredo in seipsa egritudo: imo est cā egritudinis. Febꝛis vero apostematis est accidens apostemati existens dum est apostema sequens ipsum: ꝛ apostema est egritudo in seipso. ¶ Et contradicenti quidem inest vt dicat. Quoniam si propterea ꝙ febꝛis apostematis sequitur caliditatez eius ꝛ sequitur ex doloꝛe ipsius est simile vt sit febꝛis accidens: tūc opoꝛtet vt sit plurimū febꝛium ephimerarum accidens. Et si ipsa sequitur putredinez que est in apostemate: tunc apostema non est causa ipso. Causa igitur eius que est essentialis est putredo: ꝛ apostema non est causa eius nisi per accidens. Et dicemus ꝙ non significauerunt per febꝛez accidens hoc: imo non intellexerunt per eam nisi ꝙ ipsa sequitur apostema hoc: ꝛ inueniunt eam per inuentionem apostematis. Similiter ergo est dispositio febꝛium putredinis per comparationez ad putredinem. Uerum occupatio in huiusmodi cōtradictionibus est illud quod non cōfert in sciētia medicine aliquid ꝛ facit medicum procedere ex arte sua ad inqsitiones: que foꝛtasse impediunt ipsum ab arte sua. Procedamus ergo ꝫm id quod consuetum est. ¶ Dicamus ergo ꝙ propterea febꝛes apostematum ꝛ opilationum sunt febꝛes accidētes; ꝛ alie febꝛes sunt egri-

tudines: tunc conueniens est vt dicamus. Quoniam propterea q omnia que sunt in corpore hominis sunt tria genera scilicet. Membra continentia illud quod est in eis de humiditatibus et spiritibus: quorum comparatio est comparatio parietum balnei. Et humiditas recondita: et eius comparatio est comparatio aque balnei. Et spiritus animalis vitalis et naturalis et vapores effusi: et comparatio eorum est comparatio aeris balnei. Et aer balnei quando infrigidatur illud quod est vicinum ei non oportet vt ipse extinguatur: immo possibile est vt remaneat et redeat: et calefaciat illud quod ei vicinum est. Similiter est vnum istorum trium generum extra quod non inuenitur in homine genus corporeum. ¶ Nam si accendatur febris in membris radicalibus accensione prima sicut accenditur adustio. verbi gratia. vt in parietibus balnei: aut per follem ferrarij: aut per ollam coci: tunc illud genus febrium nominatur febris ethica. ¶ Et si accenditur febris accensione prima in humoribus: deinde accendatur ex eis in membris sicut accidit vt effundatur aqua calida in balneo et igniantur latera eius cum eius: aut ius calidum in olla vt accendatur olla cum eius: tunc illud genus febrium nominatur febris humoris. ¶ Et si accendatur febris accensione sua prima in spiritibus et vaporibus: deinde accendatur ex eis in membris et humoribus: sicut accidit vt perueniat ad balneum aer ignis qui accendatur in eo: et calefaciat aerem eius et perueniat ad aquam et parietes: tunc genus illud febris nominatur febris ephimera: quoniam est accensa in re subtili que resoluitur cum velocitate. Et raro pertransit diem cum nocte sua nisi conuertatur ad genus illud febrium. ¶ Hec ergo diuisio febrium est per modum propinquum diuisioni euenienti per differentias. ¶ Et diuiduntur febres alio modo. Dicitur enim q de febribus sunt febres acute. Et de eis sunt non acute. Et de eis sunt cronice. Et de eis sunt non cronice. Et de eis sunt nocturne. Et de eis sunt diurne. Et de eis sunt salubres recte. Et de eis sunt habentes accidentia horribilia. Et de eis sunt dimittentes. Et de eis sunt inseparabiles. Et de eis inseparabilibus sunt quedam quibus sunt remissiones. Et de eis sunt quibus sunt intensiones. Et de eis sunt quibus sunt exfortiationes. Et de eis sunt similes. Et de eis sunt frigide habentes rigorem aut horripilationem. Et de eis sunt calide. Et de eis sunt simplices. Et de eis sunt composite.

¶ De preparatis ad febres. Capitulum .2.

Dixerunt quidam q corpora vehementius preparata ad febres sunt corpora calida et humida et proprie cum humiditas est fortior caliditate. Et isti quidem sunt fetidi sudoris et vrine et egestionis. ¶ Et corpora calida et sicca iterum sunt preparata ad febres calidas. ¶ Et incipiunt prius ephimere: deinde festinant ad putredinem et adustionem. ¶ Et quandoque faciunt cadere in ethicam. ¶ Et sequuntur ea ambo que equantur in humiditate et siccitate et dominatur caliditas. ¶ Et ista sunt de

genere eorum in quibus incipit febris vaporis calidi: deinde permutatur ad febrem humor. ¶ Postea illa in qb⁹ equantur calor et frigus et multiplicatur humiditas: Et istis quidem febres putredinis accidunt secundum plurimum incipiẽtes. ¶ Et corpora frigida et humida: et frigida et sicca sunt longinquiora corpora a febribus et proprie ab ephimera.

¶ De horis febrium. Cap.3.

Febrium hore sunt sicut reliquarum egritudinum principiũ et augmentum: et status apud vltimum: et declinatio. Et sunt quandoque particulares cause cuiusque paroxismi. ¶ Et timor est a principio vsque ad statum. Apud declinationem vero non moritur eger ex ipsa febre: nisi per id quod dicemus de causa communiter. ¶ Et principium quidem est hora qua calor naturalis prefocatur a materia submersa in mẽbro tãdiu donec non appareat maturationi aut diuersitati eius contrarie maturationi vestigium. Et principium quidem est inuentum in omni egritudine. Uerum quandoque occultatur: sicut est eius occultatio in sinocho et epilepsia et apoplexia. Et quandoque principium est occultum paucorum accidentium et existimatur quod non sit principium in ea. Et similiter quandoque in die primo febrium acutarum videntur nubes: et signum maturitatis: et existimatur quod non sit ei principiũ: et nõ est ita. ¶ Et augmentum quidem est hora in qua commouetur caliditas innata ad resistendum materiei motu manifesto: et apparent signa digestionis: aut signa contraria digestioni. ¶ Et status est hora in qua vehemens est pugna inter naturam et materiam: et apparet victoria vnius ambarum earum super aliam et est hora pugne. Et eius spatium est in habentibus paroxismos acutos paroxismus vnus. Et non cognoscitur nisi per illum qui sequitur ipsum: aut duo paroxismi. Et cognoscitur in tertio eius ideo quod nõ addit super illos ambos in pluribus: nisi egritudinibus macronoxijs. Fortasse enim assimilantur paroxismi plures in omnibus iudicijs suis. Et illic apud statum completur vestigium digestionis aut contrarij eius. ¶ Et declinatio quidem est hora in qua calor innatus iam dominatur materiei et vincit eam: et existit in congregationis eius separatione .s. rei post rem: et tunc alleuiatur caliditas caloris occulti: et expellitur ad extremitates donec resoluitur et multotiẽs ingrossatur. ¶ Et status quidem diuersificatur in egritudinibus. Egritudinum enim valde acutarũ longinquior status est vsque ad quattuor dies. Et febres ephimere sunt de hac summa: verũtamen ipse nõ numerantur acute: quoniam non sufficit in acuitate egritudinis vt sit status eius proximus: immo sit de egritudinibus habentibus timorem. Et sequuntur eas febres acute absolute non valde: et sunt ille quarũ stat⁹ peruenit vsque ad .14. dies: et quod est supra id. ¶ Et cognitio quidẽ egritudinum acutarum in ordinibus suis et cronicarum est iuuatiua in regimine cibi egri secundum quod dicimus in sequentibus. ¶ Et plures quidem febriũ complent principium et augmentum et statum in paroxismo vno: et faciunt paroxismum alium declinando. ¶ Et febres quidem diuersificantur

tur in his temporibus. Et de eis quidem sunt quarum augmentuz prolongatur. Et de eis sunt quarum declinatio prolongatur.

¶ De cognitione horaꝝ vniuersaliũ egritudinis ꝛ ꝓprie status. Ca. 4.

Cognitio horarũ egritudinis vniuersalium quandoqꝫ est ex specie egritudinis. Nam spasmus siccus: ꝛ epilepsia: ꝛ apoplexia ꝛ squinantia sunt ex acutis valde. Et tertiana pura ꝛ causon ð acutis nõ valde. Et quartana ꝛ paralysis de macronoxijs. ¶ Et quãdoqꝫ ex motu egritudinis. Nam si paroxismi sunt breues significant ꝙ status est propinquus: sicut tertiana pura. Tempus enim paroxismorum eius ẽ ex tribus horis vsqꝫ ad 14. horas. Et si sint prolixi significant ꝙ materia est grossa: ꝛ status longinquus sicut in tertiana non pura. Et si fuerint illic paroxismi: immo materia eius fuerit acuta sicut synochi tunc egritudo erit acuta. Et si fuerint signa eius signa materie frigide grosse: aut decliuis ad grossitudinem: tunc egritudo erit non acuta. Et si remanserit cum dispositione sua: tunc egritudo non erit illius acuitatis. ¶ Et quandoqꝫ est ex virtute egri cui velociter aduenit debilitas: quare est egritudo acuta. Aut non apparet illud: ꝛ est egritudo non acuta. ¶ Et quandoqꝫ est ex etate ꝛ tempore. Nam in tempore calido ꝛ etate calida festinat status egritudinuz. Et in temporibus frigidis ꝛ etatibꝰ frigidis tardaꝭ status egritudinum. ¶ Et similiter ẽ dispositio regionũ. ¶ Et ex pulsu. Nã si est velox frequẽs magnus: tũc egritudo est ad acuitatẽ decliuis. Et si nõ: tũc nõ est acuta. ¶ Et ex rigore. Nã si est plixi spatij: tũc egritudo est decliuis ad ꝓlixitatem. Et si est breuis spatij: tũc egritudo ad acuitatẽ tendit. Et q̃ñdo nullo modo est rigor: tũc abbreuiaꝭ eius extensio. ¶ Et cognoscunꝭ hore egritudinis q̃ñdoqꝫ ex parte horaꝝ paroxismorũ. Nam si fuerint procedentes ꝭm antecessionem superfluentem ita vt vnus antecedat superfluitatem alteriꝰ tẽdẽs ad additionem: tũc egritudo erit in augmento: q̄m de egritudinibꝰ sunt que currunt vsqꝫ ad finem horaꝝ suarũ ꝭm augmentũ: ꝛ sunt quandoqꝫ de genere tertiane ꝛ de genere assidue. Si autem steterit antecessio ꝛ steterint superfluitates: tũc sine dubio erit egritudo in statu. Et seruans horã vnam est longiꝰ spacij. Et si postponunꝭ tũc egritudo est in declinatõe. Et similiter cognosciꝭ dispositio horaꝝ ex augmẽto accidẽtiũ febris ꝛ statione eoꝝ ꝛ declinatiõe ipsorũ. ¶ Et ex additiõe paroxismorũ eiꝰ in longitudine ꝛ breuiatiõe ipsorũ: ꝛ fortasse diuersificanꝭ ꝛ nõ assimilãꝭ. ¶ Et quandoqꝫ cognoscunꝭ ex dispositione euacuationũ. Nam cũ accidit in paroxismo aliquo sudor aut ventris fluxꝰ: ꝛ paroxismus secũdus qui est post ipm̃ est in similitudine vehementie primi ꝛ fortitudine eius aut supra ipsam: tũc euacuatio eiꝰ est propter multitudinem: non propter fortitudinẽ: ꝛ egritudo iudicaꝭ longa. ¶ Et quandoqꝫ cognoscunꝭ ex parte digestionis ꝛ contrarij digestionis ꝭm ꝙ diximus. Uerbi gratia. cũ apparet sputũ cum digestione aliqua: aut vrina in qua est nubes aliqua: tunc est principium augmenti. Deinde quandoqꝫ multiplicatur illud ꝛ apparet aut contrarium eius: tũc est status. Et iterum

quando apparet digestio aut contrarium eius velociter ex sputo aut nube: tunc scias ꝙ status est propinquus. Et si tardat: tunc scias ꝙ status est longinquus.

¶ Cognitio autem horaꝝ particulariuꝫ sic accipit. ¶ Nam hora principij paroxismi est hora in qua coartat pulsus: ꝛ tu iā sciuisti intētioneꝫ eius. Et plumbeus fit color extremitatū ꝛ infrigidantur extrema ꝛ proprie extremitas auris ꝛ nasi vsqꝫ ad horam in qua sentit sparsio caliditatis. Et quandoqꝫ associantur principio alteratio coloris ꝛ pigritia ꝛ angustia ꝛ tarditas motuum ꝛ profunditas somni ꝛ mollificatio palpebrarum: ꝛ grauitas sermonis ꝛ horripilatio inter spatulas ꝛ dorsum: ꝛ fortasse accidit in eo rigor fortis. Et quandoqꝫ accidit cursus saliue: ꝛ saltus temporum: ꝛ tinnitus aurium: ꝛ sternutatio: ꝛ commotio membrorum corporis. Et vehementius quidem debilitatur virtus propter debilitatem que est in principio aut statu. ¶ Et hore augmenti medietas prima est hora in qua pulsus īcipit apparere ꝛ magnificari ꝛ velox fieri: ꝛ spargitur calor in toto corpore ſm equalitatem. Et medietas eius altera est hora in qua non cessat hec caliditas sparsa cum eq̄litate augmentari. ¶ Et hora status est hora in qua remanet caliditas sparsa cū equalitate ꝛ accidentia cū dispositione sua: ꝛ pulsus fit maior ꝙ vnq̄: ꝛ fit vehementius velox ꝛ frequens. ¶ Et hora declinationis est hora in qua incipit diminutio: ꝛ incipit pulsus temperari ꝛ equatur. Deinde illa in qua incipit corpus sudare ꝛ perducit ad eradicationem. ¶ Et multotiens quidem accidit apud mortem dispositio que est sicut declinatio: ꝛ est quasi eger euaserit: ꝛ non oportet vt tu occuperis in hoc: immo cognoscas dispositionem pulsus ꝛ an magnificetur ꝛ fortis fiat. ¶ Et si tibi videtur ponam tibi exemplum de tertiana. Attende ergo ꝙ cum tertiana in pluribus dispositionibus incipit horripilatio: dein de frigus ꝛ rigor: postea sedatur rigor ꝛ minoratur frigus: ꝛ incipit calefactio: postea equatur calefactio: deinde additur: postea stat: deīde incipit minui vsquequo eradicetur. ¶ Et scias ꝙ egritudo quandoqꝫ prolongatur: aut propter multitudinem materiei. Aut propter grossitiem eius. Aut propter frigus eius. Et quandoqꝫ adiuuant ad illud tempus frigidum: ꝛ regio frigida: ꝛ etas frigida: ꝛ debilitas caloris innati: ꝛ soliditas corporis.

¶ De sermone vniuersali de febribus ephimeris. Cap. 5.

Cause omnium specieꝝ febris ephimere sunt cāe p̄mitiue calefaciētes essentialiter: ꝛ calefacientes per accidens: de sūma occurrentium ꝛ assumptorum. s. in cibo ꝛ in potu: ꝛ passionum corporearum ꝛ animalium: ꝛ ex doloribꝰ ꝛ apostematibus apparentibꝰ: ꝛ sunt de eis ex opilationibus quarum causa non est primitiua. Et non proueniunt cause earum cum vehementia sua ad hoc vt pertranseat illud quod inflāmat spiritum: nam si pertranseant illud: faciunt eadem in ethica:

aut in speciem febrium humorum quam dicemus. Cause enim primiti-
ue plerumqz mouent antecedentes. Quod si mouerint eas ad putredi
nem: erunt febres putredinis. Et sunt quidam hominum qui existimāt
ꝙ febris ephimera non fit nisi ex labore spiritus ꝛ corporis: ꝛ illud est
error. ¶ Et iste quidem fe. ꝺm plurimum recedunt in die vno: ꝛ raro ꝑ-
transeunt tertium diem. Nam si pertranseant illam quantitatem: exi-
stimatur de esse earum ꝙ ipse permutantur. Et intentio quidem ꝑmu-
tationis est ꝙ retentio caliditatis pertransit spiritum: aut ad corpus
aut humorem. Licet sint de hominibus qui dicant ꝙ ipsa quandoqz re
manet sex diebus: ꝛ consumitur integra consumptione: cui non esset si-
milis si permutaretur ad genus aliud. ¶ Et hec quidem feb. est facilis
curationis: ꝛ difficilis cognitionis: ꝛ similiter principium ethice. ¶ Et
homines quidem velocius cadentes in fe. ephimeras: ꝛ qui vehemen-
tius leduntur ab eis si erretur in eis: sunt illi in quibus calor ꝛ siccitas
sunt magis vincentes: quoniam perueniunt velociter ad ethicaꝫ ꝛ ter
tianam. Deinde illi in quibus calor est plus. Deinde illi in quibus est
plus siccitas. Et cum illi qui habet complexionem siccam ꝛ calidaꝫ ac
cidit fames ꝛ aduenient cum ea vigilia ꝛ labor animalis ꝛ labor corpo
reus festinat ad ipsum fe. ephimera cum horripilatione quadam. Qđ
si non succurratur ꝛ cibetur statim festinabit ad ipsum fe. putredinis.

¶ De signis proprijs febrium ephimerarum distinguen-
tibus eas ab alijs. Cap. 6.

DE proprietatibus earum est ꝙ ipse non fiunt a causis anteceden
tibus. ¶ Neqz incipiunt cum coartatione. Et est ꝙ ipse non inci-
piunt ꝺm plurimum cum rigore ꝛ frigore extremitatum ꝛ profundatio
ne caliditatis ꝛ declinatione ad pigritiam ꝛ somnum ꝛ submersionem
pulsus ꝛ subtilitatem eius ꝛ diuersitatem eius ꝛ prauitateꝫ ipsiꝰ. Im-
mo fortasse accidit in principio earum similitudo frigoris ꝛ horripila-
tionis ꝛ punctio cuius causa est vapor chimi mali ꝛ remouetur velo-
citer. Et accidit: sed raro rigor propter multitudinem vaporū ledētiuꝫ
lacertos propter punctionem suam superflua multitudine. ¶ Et est eiꝰ
inflammatio non mordicatiua aspersa: immo bona sicut caliditas cor-
poris laborantis ꝛ ebrij. ¶ Et cum est vrina in primo die digesta ꝛ pul-
sus bonus: tunc iudica ꝙ est fe. ephimera. Et illud ideo quoniaꝫ vrina
non alteratur in ea inquantum ipsa est ephimera. Et est sedimen eius
digestum non decliue ad colorem humoris. Et quandoqz nubes eius
pendēs. Et quandoqz est natans boni coloris. Et quandoqz accidit vt
non equetur color eius tamen eius substantia est equalis ꝛ non altera-
tur color eius: nisi propter id quod associatur ei de causa alterationis
vrine quāuis non sit illic fe. ephimera ex eo quod dicemus in tertiana
ꝛ similibus ei. ¶ Et pulsus est decliuis ad spissitudinem ꝛ fortitudinē
ꝛ magnitudinem: nisi in ea que est a passionibus debilitantibus: ꝛ nisi
fuerit in stomacho humor mordicatiuus aut frigidus aut causa alia đ
his q̄ mutāt pulsuꝫ ꝑter febrē. Et raro quidē diuersificat. Si vo diuer-

sificetur erit ei ordo. Nam si diuersificetur illud tunc erit ppter causam aliam antecedentem febrez aut vicinantem ei: sicut est labor vehemēs: aut mordicatio vehemens in visceribus: ⁊ similia his. Et quandoq₃ accidit vt induref pulsus pp frigus vehemens ⁊ inspissans ⁊ infrigidās aut propter caliditatem solis vehementem exiccantem: aut propter vehementem laborem exiccantem: aut famez: aut angustias: aut vigilias: aut euacuationes. Et quandoq₃ festinat in eo dilatatio ⁊ tardatur constrictio: ⁊ non festinat plus q̄ naturalis nisi raro ⁊ cum velocitate pauca: quoniam necessitas euentationis in eo est vehementior q̄ necessitas educendi vaporem corruptum. vapor nāq₃ in eo non est corruptus cōparatione sui ad equalez: imo est bonus comparatione sui ad eū. ¶ Et cum ambiguus sit tibi pulsus ⁊ constrictio ipsius: tunc scias ex anhelitu. Et pulsus quidem redit post eradicationem eius ad consuetudinez eius naturalem in illo corpore: ⁊ hoc est signum bonum. ¶ Et scias penitus ꝙ quotiens vrina ⁊ pulsus sunt boni significant ꝙ fe. est ephi. Et quando non sunt boni non oportet vt non sit ephi. Multotiens enim in ea est vrina tincta: ⁊ est pulsus diuersus ⁊ debilis ⁊ paruus. ¶ Et de illis q̄ significāt ꝙ ipsa ē fe. ephimera: ē vt sit principiū ei⁹ facile ⁊ leue: ⁊ sit augmentum eius non addens supra duas horas: ⁊ neq₃ associētur statui accidentia vehementia: ⁊ vt non accidant in ea accidētia praua: ⁊ non sit in ea ebullitio caloris vehemens: ⁊ minorentur cuz ea dolores. Qđ si cum ea dolor fuerit capitis aut dolor alius non sit fixus inseparabilis post eradicationem eius: ⁊ hec quidē significant ꝙ ipsa est ephimera. ¶ Et plurimum quidez eradicationis eius fit per sudorem ⁊ humorositatez similem sudori naturali nō humoroso. Et non sit vehemēs superfluitas iterum in quantitate sua: imo appropinquat sudori naturali in quantitate sua sicut est proximus ei in qualitate sua. Si enim videris sudorem plurimum: tunc feb. erit non ephimera. ¶ Et de eis de quibus fe. ephimera experitur est vt ingrediatur balneuz habens eam. Cūq₃ moram fecerit euenire in eo quasi horripilationez non consuetā: scitur ꝙ febris est fe. putredinis: ⁊ egrediatur habēs eā ex balneo illico ⁊ si nihil alteratur a dispositione sua: tunc feb. erit ephimera.

¶ Permutationis fe. ephimere. Capl'm. 7.

Dum expedit vt febrez ephimeram patiens cibetur ⁊ errat medicus super eam ⁊ non cibet ipsum: permutatur feb. in corporibus colericis ad ethicā incēdētem ⁊ in corporib⁹ carnosis ad synocam q̄ est absq₃ putredine: ⁊ fortasse pmutaf ad illā que ē cū putredine. ¶ Et silr qñ necessariū est adiutoriū in aperiēdo poros ⁊ rarificādo corp⁹ ⁊ non fit: fit inflāmatio in humoribus retētis in corpore inflāmatione eius qđ calefacit cū fortitudine eius qđ putrefacit.

¶ De signis pmutatiōis febris ephimere ad febres alias. Cap. 8.

Significatio illi⁹ est ꝙ ipsa d̄clinat absq₃ sudore: aut humorositate: aut cū sudore absq₃ mūdificatione per sudorem. Et est declinatio longa difficilis ⁊ absq₃ mundificatione pulsus. Immo remanet in pul

sit aliquid. Et remanet dolor capitis si fuerit. Et hoc totum significat permutationē ad febrem putrefactionis humoris aut ethicam. ¶ Nā si cause fuerint vehementes: aut prolongetur mora eius: permutabitur ad ethicam. ¶ Quod si ad ethicam permutetur videbis tactū arteriarum calidum valde: ⁊ videbis febrem similem vel fixam: ⁊ in omnibus membris additur calefactio super repletionem ⁊ in tempore acceptionis cibi: aut videbis pulsum servare equalitatem cum duritie ⁊ paruitate. Et videbis signa reliqua que diximus de signis ethice. ¶ Et quando permutatur ad genus febriū qđ nominatur synocha absq̄ putredine: videbis additionem ⁊ repletionē caliditatis ⁊ inflāmationē faciei. ¶ Et quando permutatur ad fe. putredinis apparēt horripilatio ⁊ diversitas pulsus ⁊ paruitas ⁊ coartatio: ⁊ est caliditas mordicatiua sicca ⁊ vehemētia accidentiū. In vrina autē fortasse remanet digestio ex substantia: ⁊ in plurimis nō apparet in ea digestio.

¶ De curationib⁹ febris ephimere fm modū v͞lem. Cap. 9.

In omnibus speciebus febris ephimere oportet vt afferantur sup corpora patientium eas ea que nutriant eos nutrimento bono cū velocitate digestionis: quoniam febriens est eger: ⁊ eger est lesus. ¶ Aut quibusdam eorum conceditur delitiari in eo: sicut patienti ex labore ⁊ angustia ⁊ fame: ⁊ illis in quorum corporibus colera plurima est. ¶ Et qui conqueritur se pati horripilationem in principio deglutiat cibum infusum in aqua aut vino: vt sit magis penetrans. Et isti quidem cibātur etiam in principio fe. ¶ Et quibusdam prohibetur delitiari in ea: ⁊ innuitur eis vt fiant subtiliatiua sicut in patiente ex opilatiōe ⁊ soliditate ⁊ ex apostemate. Et melius quidem est vt postponatur cibatio vsq̄ ad declinationem nisi in illis quos excepimus. Et aqua frigida quidē oportet vt non prohibeatur in principio rei: quoniam virtus est fortis: quare non timetur debilitas eius: ⁊ est melior cura in frigidando. Verū si fuerit illic debilitas in visceribus ⁊ fe. iam extenditur aut fuerit vehemens: tunc melius est vt de ea non multum sumatur. Et conceditur eis balneum cum eorum paroxismus consumitur in febribus ephymeris propter accidentia de quibus est humectatio ⁊ de quibus est sudatio ⁊ rarificatio pororum: ⁊ de eis est infrigidatio in quieta dispositiōe. Et prohibetur vbi timetur casus putredinis. Et non oportet vt euitet balneum nisi habens eam ex opilatione propterea ꝙ balneū generat egritudinem putridam. Et similiter patiens eam ex satietate nauseatiua: nisi in fine rei: ⁊ cum dilatantur pori ⁊ descendit nauseatiua satietas. Illic enim oportet vt balneet. Et habēs catarrum non balneetur nisi sit adustiuus. Et omnes habentes fe. ephimeras oportet vt nō prolongent moram in aere balnei: imo in aqua eius quantum volunt: nisi habentes eam ex soliditate ⁊ ex spissitudine. eis enim cōuenit vt ꝓlongent morā in aere balnei donec sudent. Embrocatio aūt si fuerit infundendo aut liniendo tantum opilat poros. Et in curatione omnis feb. ephimere que est ab opilatiōe extrinseca aut intrinseca fricatio aperit

poros habentis eam: deinde si obuiat humiditati plurime resoluit eã: et si obuiat humiditati parue exiccat eam. Euacuatione autem non indiget aliquis eorum: nisi habens opilationem repletionalẽ: et habens nauseatiuam satietatem: et qui habet febrem ephimeram ex soliditate cuius corpus est repletum.

¶ De speciebus febris ephimere. Capitulum. 10.

De febribus ephimeris sunt que omnino comparantur ad dispositiones animales: Et de eis sunt que comparantur ad dispositiones corporeas. Et de eis sunt que proportionantur ad res que eueniũt de foris. ¶ Et de comparatis ad dispositiones animales est illa que fit ex angustia. Et illa que fit ex tristitia. Et illa que fit ex existimatõe et cogitatione ira et vigilijs et somno et trãquillitate et timore et gaudio. ¶ Et de proportionatis ad dispositiones corporeas sunt ille que comparant ad res que sunt actiones et motus: et de eis sunt que comparãtur ad nõ actiones et motus: et ad contraria eorũ. ¶ Et cõparata ad res que sunt motus est que fit ex labore: et illa que ex tranquillitate: et illa que fit euacuatione. Et de eis est febris ephimera que est cum sincopi. ¶ Et de eis est illa que fit ex fame. Et de eis est illa que fit ex siti. ¶ Et de cõparatis ad ea que non sunt actiones est illa que fit ex opilatione. Et de eis est illa que fit ex nauseatiua satietate Et de eis est illa que fit ex apostemate. Et de eis est illa que fit ex soliditate. ¶ Comparate autẽ ad res que accidunt de foris sunt sicut illa que sunt ex adustiõe quecũq; adustio fuerit. Et sicut que fit ex frigore et soliditate et ex ablutione. Dicã itaq; vnãquãq; earum cum curatione sua.

¶ De fe. ephimera ex angustia et signis eius. Capitulum. 11.

Quandoq; accidit ex motu spiritus ad interiora et occultatione eius in eis propter superfluitatem angustie febris spiritualis. ¶ Cuius signa sunt igneitas vrine: et acuitas eius: ita vt habens eã sentiat acuitatem ipsius propter dominium siccitatis in ea. Et est motus oculi ad clausionẽ decliuis: et est oculus submersus propter resolutionem cum quiete et subclusione. Et facies est tendens ad citrinitatem propter profunditatem claritatis. Et pulsus est ad debilitatem et paruitatem decliuis et forte declinat ad duritiem.

¶ De cura. Capitulũ. 12.

Oportet vt habens eam multiplicet introitum tine: et ponat plurimum sue intentionis in balneatione cum aqua balnei absq; aere eius. Et multiplicet etiam inunctionẽ cum fricatione post illud. Oleũ enim aliquod est magis iuuatiuum ei quam balneum. Et vtatur linificationibus et odoriferis frigidis. Et ponat super pectus suum epithimata infrigidãtia ex mucillaginibus et succis et aquis bonis. Et sumat in potu vinum plurime cõmixtionis: est enim bonum medicamen ei.

¶ De febre ephimera ex tristitia. Capitulum. 13.

Q Uandoq; accidit ex multitudine tristitie propter rem quesitam motus laboriosus spiritum calefaciens faciens cadere in febrez: ¶ Cuius signa sunt similia signis eius que est angustia. Nisi q: motus oculi cum profunditate sua propter resolutionem est ad partem extrinsecam. Et pulsus nō est dimissus depressus: immo est in eo cum debilitate: sed est cū eo saltus. ¶ Et cura eius est sicut cura eius q̄ est ex āgustia.

¶ De febre ephimera ex cogitatione. Capitulum. 14.

Q Uandoq; accidit ex multitudine cogitationis in rebus feb. similis illi que est ex tristitia. Nisi quia motus oculi est equalis nō ad clausionem neq; ad exitum decliuis ⁊ est decliuis ad profunditatem. Et pulsus est diuersus in dilatatione ⁊ constrictione: ⁊ plurimum quidem est equalis. Et facies est ad citrinitatem decliuis. ¶ Et cura eius est cura illius que est ex tristitia.

¶ De febre ephimera ex ira. Capitulum. 15.

Q Uandoq; accidit propter superfluitatez motus spiritus ad exteriora in dispositione ire calefactio superflua adurens spiritum ⁊ feb. ¶ Cuius signa sunt rubedo faciei: nisi permisceatur ei timor: quoniam citrinatur. Et inflatio faciei similis ei qui inflatur in dormitione. Et sunt oculi rubei tendentes exterius propter vehementiā motus spiritus ad exteriora. Et quandoq; accidit quibusdam eoꝝ tremor pp motum humoris: aut pp debilitatē naturarū. Et est aqua rubea acuti tact⁹ ꝓpter acuitatē suam. Et quandoq; est cū ea aliquantuluz claritatis. Et pulsus est grossus plenus pulsans frequens.

¶ De cura. Capitulum. 16.

F Ac eos quiescere. Et fac vt occupent letificantibus ⁊ narrationibus ⁊ vocibus bonis ⁊ ludis mirabilibus. Et fac eos ingredi balneum in aqua tepida non plurimi caloris. Et inungantur plurimū cū aliquo oleo plurimo. Illud enim est magis ꝯueniens eis q̄ aqua calida Et cibentur eis que infrigidant ⁊ humectant. Et prohibeantur a vino omnino: ⁊ nō est eis via ad ipsum.

¶ De febre ephimera ex vigilijs. Capitulum. 17.

Q Uandoq; etiaz accidit ex vigilijs feb. ephimera. ¶ Cuius signa sunt antecessio vigiliarum: ⁊ grauitas palpebrarum: quoniaz fortasse non aperit eas. Et profundatio oculi propter resolutionez. Et inflatio palpebraꝝ propter corruptionem cibi ⁊ multitudinem vaporis. Et conturbatio vrine propter priuationē digestionis. Et debilitas pulsus. Et citrinitas faciei propter malitiam digestionis. Et inflatio eius propter excitationem ex malitia digestionis: sed non est cum rubedine sicut in illa que est ex ira.

¶ De curatione. Capitulum. 18.

C Uratio autez eius est ociari ⁊ quiescere ⁊ dormire. Et embrocare caput cum eis que infrigidant: ⁊ humectant. Et balneum humidum. Et cibi bonoꝝ chimoruz. Et inunctiones humectantes. Et vinuz est ex rebus magis ꝯferētib⁹ eis. Et sumāt in potu ipm sine timore: nisi

fuerit dolor capitis.

¶ De fe. ephimera ex somno et quiete. Caplm. 19.

A Spiritu quandoqz resoluũtur vapores calidi per vigilias et motus. Cũ ergo prolongatur somnus et tranquillitas et nõ resoluũtur: accidit ex eis calefactio spiritus et fe. eius. ¶ Cuius signa sunt ista. Significant enĩ eam antecessio somni. Et tranquillitas plurima: et proprie q̃ nõ est in ↄsuetudine: et cadit ↄtrariũ consuetudinis. Et significat ipsam resolutio vaporosa et pulsus.

¶ De curatione eius. Caplm. 20.

Curatio eius ẽ sudatio in aere balnei. Et ablutio equalis cũ aq̃ calida. Et paucitas cibi et declinatio eius ad id quod infrigidat et humectat ipsam. Et exercitiũ temperatũ. Et nõ opz vt bibat vinũ.

¶ De febre ephimera ex gaudio. Caplm. 21.

Quandoqz accidit ex gaudio fe. sicut illa que fit ex ira. Nisi qr forma oculi est forma gaudẽtis nõ forma irascẽtis. Et est frequẽtia in pulsu minor. ¶ Et cura eius est ꝓxima curatiõi eius q̃ est ex ira.

¶ De febre ephimera ex timore. Caplm. 22.

Quandoqz accidit ex timore febris sm̃ semitam que accidit ex angustia. Proportio nãqz timoris ad angustiam est ꝓprie ire ad gaudiũ: ex hoc qr motus timoris est ad interiora: et ire ad exteriora: et fit subito: et aliorũ modorũ fit gradatim. ¶ Cuius signa sunt ꝓxima signis eius que fit ex angustia. Nisi qr diuersitas in pulsu est vehementior. Et forma oculi eius est forma territi. ¶ Curatio eius est proxima curatiõi eius que fit ex angustia. Et opz vt securet a timore. Et veniat ad eũ cuz nuncijs gaudere facientibus. Et letificãtia sunt iuuatiua ei.

¶ De fe. ephimera ex labore. Caplm. 23.

Labor qñqz peruenit ad summũ in calefaciendo corpus et spiritũ: ita vt fiat fe. nocens opationibus: et est plurimi nocumenti: et grauitas ipsius super vitalem et animalem. ¶ Signa sunt antecessio laboris. Et additio calefactionis iuncturarũ super alia. Et tactus lassitudinis et siccitatis corporis. Et qñqz accidit in fine eius humectatio: si fuerit labor temperatus in eo: idest qñ non est in eo exiccatiuũ aut frigus prohibens sudorem. Sin autẽ labor fuerit supfluus minorat humectatio et sudor: et qñqz seqt ipm tussis sicca propter cõitatem pulmonis. Et quãdoqz declinatio complexionis est. Et pulsus eius paruus debilis et quandoqz declinat ad duritiem. Et vrina est citrina calida ꝓpter motum subtilem et propter resolutionem.

¶ De cura. Caplm. 24.

Curatio eorũ est tranquillitas. Et balneatio in tina. Et inũctio fricando ꝓprie super iuncturas. Et acceptio cibi boni chimi humectantis sm̃ quantitatez qua digeratur de genere carniũ pullorũ et hedi et piscium paruorũ. Et qm̃ virtutes eorũ sunt debiles: tunc nõ opz vt cõfidant de se posse digerere qđ digerebant in dispõne sanitatis: imo minus illo. Et propter hoc cibentur eis quorũ paucum nutrit plurimum:

sicut ea que diximus: et sicut vitelli ouoꝝ sorbilium: et testiculi gallorum sunt eis boni. ¶ Quidam tamen existimauerunt quod opꝫ vt patientium laxitudineꝫ regimen plus subtilietur quam alioꝝ. Sed illud nō est rectuꝫ. Et opꝫ vt sumant de fructibus humidis. Et sumant in potu vinuꝫ plurime cōmixtionis si fuerint assueti: aut iuleb: et aliud si nō fuerint consueti. Et opꝫ vt eoꝝ inunctio sit plurima quam inunctio aliorum cum oleo aliquo vt humectent eorūꝫ membra et iuncture ex siccitate: et iterum vt mollificet illud qđ accidit eis de tensione: et oleum viol. est de oleis melioribus eis. Et opꝫ vt cōmuniter inunctio eoꝝ corpori et proprie capiti collo et spondilibus dorsi et iuncturis oībus et ꝓprie post balneationeꝫ. Et opꝫ vt sternant strata eorū: et aromatiꝫent indumenta eoꝝ et sedilia eoꝝ. Et si indigent iteratione balnei ꝓpter reliquias iterentur omnia que scripta sunt in capitulo suo.

¶ De fe. ephimera ex euacuatiōe. Capl'm. 25.

Quandoqꝫ accidit ex cōmotione humoꝝ post ventris solutioneꝫ motus spirituū superfluus et inflāmans in ipso febrem ꝓp multitudinem lassitudinis que sequit ipsam. ¶ Et qñqꝫ faciunt eam medicine solutiue propterea quod calefaciunt. ¶ Et qñqꝫ sequit flobotomia propterea quod redire facit humiditatem et vaporem et sanguineitatem eorūꝫ ad furiositatem colericam.

¶ Curatio. Capl'm. 26.

Oportet vt subtilietur in retinēdo vrinam per ea que sunt ordinata in capitulis suis. Et vt cibetur eger cum eo qđ confortat plus: et ſm quantitatem qua digerat de eis que infrigidant et humectant. Et sint in eo pōtica stiptica. Et ponant sup stomachū emplastra et embroce ꝯfortantia calefacta nō tepefacta. Nam omne tepidum est mollificatiuum et resoluit virtuteꝫ. Et de hac summa est lana infusa in oleo nardino aut oleo frigidiore eo aromaticato: et exprimat adeo donec separent ab ea partes olei et ponant sup cor et epar ea q̄ infrigidant.

¶ De fe. ephimera ex dolore. Capl'm. 27.

Dolor qñqꝫ calefacit spiritū adeo donec inflammet fe. ¶ Signa. Dolor in capite aut oculo: aut aure: aut dente: aut iuncturis: aut extremitatibus: aut colica: aut emorroydibus: aut aliis doloribus furunculorum.

¶ De cura eius que fit ex dolore. Capl'm. 28.

Regatur dolor cum eo qđ oportet in capitulo suo: deinde curetur cura eius que fit ex labore. Quod si timeatur ex potu vini motus dolorosus: non det in potu.

¶ De fe. ephimera ex syncopi. Capl'm. 29.

Quandoqꝫ accidit ei cui superuenit syncopis ꝓpter cōmotioneꝫ spiritus diuersa calefactio et conuertit in febrem. Et quandoqꝫ remanēt de ea post ablationem timoris in syncopi reliquie. ¶ Signa. Vicinitas syncopis et casus virtutis absqꝫ signis febriū aliarū que nō sunt ex febribus ephimeris. Et pulsus in ea est diuersarū dispositionū:

quandoq3 enim cadit ꝛ destruit: quandoq3 vincit frigus: ꝛ quandoq3 fit velox ꝛ apparet cũ dominat caliditas: ꝛ similat pulsui patientiũ extenuationem exiccatiuam in duritie cũ vermicatione.

¶ Curatio. Capitulum. 30.

Cura eius est cura sincopis. Et dare cibos velocis digestionis boni chimi ꝛ de illis quos sciuisti: ꝛ si indigueris vt des in potu vinum: fac ꝛ non cures de febre. Cũ ergo liberat ex sincopi ꝛ remanet fe. similis ei que est cum extenuatione: curetur cum eo qđ est in canone de infrigidatione ꝛ humectatione.

¶ De fe. ephimera ex fame. Caplm. 31.

Quandoq3 accuũtur vapores in corpore quãdo nõ inueniũt nutrimentũ ꝛ generant febrem. ¶ Et eius pulsus est debilis paruus. Et qñq3 declinat ad duritiem. ¶ Curatio. Cibatio quidem in febre est sicut ex sorbitionibus factis ex kist ordei cu3 oleribus. Et post illas cũ cibis bonis confortantibus. Balneet ꝛ effundat super caput eius aq̃ plurima tepida: ꝛ sedeat in ea: ꝛ humectet corpus eius cũ eis que sunt sicut oleum viol. ꝛ rof. ꝛ cucurbitinum.

¶ De fe. ephimera ex siti. Caplm. 32.

Hec proxima est ei que est ex fame: ꝛ est dignior vt accidat propter defectum eius quo sedatur de aqua caliditas, fortis in vaporib⁹. ¶ Curatio. Dare in potu aquam frigidam ꝛ aquas fructuũ frigidorũ ꝛ proprie granatoru3: ꝛ humectare corpus cum tina: ꝛ si possibilis est ei balneatio cum aqua frigida faciat.

¶ De fe. ephimera ex opilatione. Caplm. 33.

Opilationes fiunt in poris cutis propter spississitudinẽ eius ꝛ paucitatem ebullitionis: ꝛ multitudine3 cibor: ꝛ ꝑpter frigiditatem: ꝛ propter ablutionem cũ aquis frigidis stipticis: ꝛ propter adustione3 solis. Et quandoq3 fit in vijs venarum ꝛ meatibus earum ꝛ orificijs ipsarum: ꝛ cursibus ꝛ vijs earum. Et cum dicitur feb. ephimera ex opilatione non innuitur nisi ad hanc specie3. Nam plerũq3 accidit vt minoretur resolutio ꝛ multiplicetur repletio ꝛ coartatio ꝛ priuetur respiratio ꝛ aggregatur vapor plurimus ꝛ non resoluitur: ꝛ tunc eueniet caliditas superflua. Et dum perseuerauerit eius inflammatio in debilior ex corporibus qđ est spiritus erit fe. ephimera. Cum ergo inflammat in sanguine est species famosa synoche quam dicemus. Et est illa que est de summa febrium humorum. Et non est propter putredinem: immo est propter inflãmationem ꝛ ebullitionem. Quod si pertranseat illud ad putredinem quam facit opilatio ꝛ priuatio respirationis permutatur ad fe. putredinis. ¶ Et huiusmodi quidem opilatio: aut fit ex multitudine humorum, ꝛ sanguinis: aut ex grossitudine eorum: aut ex viscositate eorum: aut propter casum rei de causis opilationis in instrumento non in cursu: immo sicut frigus constringens: aut apostema coartans: aut nascentia rei: aut illud de illis quarum te oportet remorari. ¶ Et hec quidem feb. de febribus ephimeris parum permutatur ad

ethicam: qm̄ corpus in ea est plurime materie. Et in hac feb. iterum est sitis ꝛ inflāmatio ꝛ adherentia caliditatis: ꝛ vrina media inter igneaz. Et hec fe. est difficilis ad cognoscendum: cuius similitudo est proxima similitudini febriū humorum. Et hec fe. quandoq remanet vsq ad diē tertium: ꝛ in eo quod est post ipsum sunt opilationes plurime fortes: ꝛ non sunt inspissantes: ꝛ non condensantes de foris: ꝛ si sunt parue festinat eius eradicatio si nō fuerit error. Et hec fe. iter fe. ephimeras qn̄q accidit ꝛ redit propter fixionem opilationis que est causa quare fiūt ei paroxismi. Et hec quidez fe. multotiens permutatꝛ ad frigus ꝛ horripilationem: ꝛ significat ꝙ ipsa sit putrida. Et cum illa que est ex opilatione facit accidere dolorem post flobotomiā in latere sinistro nō est excusatio iterationis flobotomie pcipue eū sedatꝛ fe. ꝛ pseuerat dolor.

¶ Signa. Qn̄q accidit fe. ephimera nō ea causa primitiua ꝛ est longe declinationis: tūc existima ꝙ ipsa est opilatio: ꝛ proprie qn̄ declinat sine euacuatione ꝛ humectatione. Et verificant existimationem tuam signa repletionis ꝛ in corporibus plurimi sanguinis ꝛ generantibus eū: aut grossoꝝ humoꝝ viscosoꝝ. Et differentia quidem inter ea ambo est: qm̄ si opilationes in eis sunt propter grossitudinem humoruz ꝛ viscositatem eoꝝ significant ea signa nota eis ꝛ non est illic inflammatio corporis ꝛ rubedo ꝛ extensio: ꝛ ad summū signa multitudinis. Et illis in qbus causa est repletio sunt signa repletionis ex rubedine faciei ꝛ exuberatione venaꝝ ꝛ inflatione ꝛ tensione ꝛ alia apparētia. Et si supfluūt opilationes pulsus est paruus: ꝛ si non superfluunt oportet vt minoretur pulsus.

¶ Cura. Cum causa est multitudo humoꝝ ꝛ repletio: tunc oportet vt in principio ꝑperes ad flobotomiam ꝛ euacuationem. Et vt flobotomes eū cū iam nō febrit tūc est meliꝰ. Et qn̄ febrit si nō fuerit necessitas: tūc statio est magis cōueniens. flobotomia enim facit humores currere ꝛ permiscet inter eos. Si aūt non fuerit excusatio: tunc non oportet vt postponatꝛ ꝛ tardetur flobotomia ꝛ euacuatio: deide fiat occupatio in eis que aperiūt opilationes ꝛ mundificant meatus. Et non properes ante euacuationem ad mundificandos meatus ꝛ apertionem: illud. n. fortasse sit causa ad attrahendum humores subito ad quosdaz meatus ꝛ inuiscandum in eis: ꝛ illud est res in qua fiunt errores plurimi: ꝛ fortasse addit in opilationibus si fuerint grossi: ꝛ ꝑprie si meatus in creatione sua fuerint stricti. Cū flobotomia iteꝝ ꝛ euātio qn̄q educāt supfluitates viscosas fumosas facientes coartatione sua hanc febrem: ꝛ ꝓhibeant vt ꝑmutetꝛ ad putredinē: ꝛ ꝑprie cū ad vltimū facis eaz puenire ꝛ facis approximare sincopi. Et si nō sentis mltitudinē humoꝝ: imo sentis opilationes: ꝛ ꝙ ipe sunt accidentes a grossitudine eoꝝ ꝛ viscositate ipsoꝝ: tūc fortasse nō indiges flobotomia supflua: ꝛ euacuatiōe supflua: imo indiges aptione: ꝛ aptio qdem est cū abstergētibus ex medicinis ꝛ cibis. Et ꝑpterea ꝙ egritudo est fe. nō est possibile vt redeas in apiēdo ad abstergentia calida; imo ad illa que sunt inter syrupuz: ace-

tosum purū vsq ad illum qui est cum seminibus ⁊ aqua endiuie vsq ad aquam feniculi. ¶ Et cib⁹ sit ille in quo est ablutio:⁊ nō in quo est viscositas sicut kist ordei. Et zuccarū cum hoc ꝙ ipsum est propinquū cibo est in ipso apertio ⁊ abstersio:non est ergo malum si misceatur cū kist ordei. ¶ Demum oportet vt consideres cum euacuaueris si necessaria fuerit euacuatio eius ⁊ apparuerit diximus an minuatur fe.⁊ deficiat:⁊ an si paroxismos habuerit frangatur ⁊ debilitetur paroxismus eius secundus a primo. Et cōsidera vrinam:⁊ si inuenis eam non priuatam digestione:⁊ in pulsu si inuenis eum non significare putredinē procedes ſm hoc regimen. Et intromitte egrum in die tertio post paroxismum in balneum hora mollificationis paroxismi expectati si fuerit fe. vsq ad quinq horas. Et inunge eū. Et frica ipsum cum rebus in quibus est abstersio equalis:sicut quod est inter farinam fabaꝝ vsq ad farinam horobi ⁊ farinam radicū lilij ⁊ aristologie emollite cum aliquantulo mellis ⁊ aque. Quod si fueris ausus vti fortiori;hoc:tūc vtere spuma baurac. Et si existimas ꝙ balneum alterat naturā eius in aliquo ⁊ facit accidere quasi horripilationem:nō moretur in eo ictu oculi: opilationes enim iste non sunt de genere earū quas aperit balneū. Cū ergo egreditur de balneo nō oportet vt approximet cibo neq vino:nisi post securitatem ex paroxismo. Si aūt exigit dispositio vt cibetur aliquantulum ⁊ non tollat:des in potu id in quo est apium sicut aqua ordei subtilis:plurime aque:pauci ordei:plurime decoctionis decocta cū apio. Nō si paroxismus non iteratur ei:tunc balnea eum secundo si desiderauerit illud ⁊ ciba ipsum. Et si fuerit paroxismus diminutus a paroxismo primo ⁊ vrina fuerit bona:tunc confide in veritate curationis ⁊ paucitate opilationis. Et cura eum post eradicationē eius sicut curasti ⁊ ciba ipsū. Et si venerit paroxismus sicut fuit fortior illo ⁊ vrina nō fuerit sicut oportet:tunc egritudo est tendens ad putredinem ⁊ curatio eius est curatio putredinis.

¶ De febre ephimera ⁊ nauseatiua satietate ⁊ repletione. Cap. 34.

Quandoq accidunt ex nauseatiua satietate vapores mali ex quibus accidit caliditas ⁊ inflāmatur spūs:quare accidit feb. ¶ Et proprie in corporibus colericis. Et in illis qui non habent amplos poros. Nam plurimū superfluitatū earum vaporat vaporationes fumosas. Et minoratur in eis eructuatio acida. ¶ Et de illis qui sunt vehementius dispositi ad illam sunt illi qui incipiunt post nauseatiuam satietatem vti exercitio ⁊ motu ⁊ ire sub sole ⁊ balneatione postꝙ accidit eis hoc:multiplicanē enī in eis vapores fumosi:⁊ ꝓprie quādo habuerit in corporib⁹ suis dolorem ⁊ proprie in visceribus eorū. ¶ De materia vero eructuationis acetose ⁊ in habentibus eam raro ꝯtingit vt generet fe. Si aūt generet erit debilis:imo nō generat. Et existimam⁹ qḋ gnātur ab eructuatiōe acetosa:nō est nisi satietas nauseatiua. ¶ Et isti quidē cū eoꝝ soluūtur nature iuuanē valde:⁊ remouet fe. eorum ꝓpter expulsionē sꝑfluitatis superflue fumose. ¶ Et diuersificatur quidem

curatio

curatio eius cuius retinet natura ex illis & cuius soluitur. ¶ Et si natura illius qui febrit ex nauseatiua satietate leuatur duabus ascellationibus aut tribus: deinde flobotometur: fortis fit super eam fluxus ventris. ¶ Et fortasse fiet fluxus epaticus quē significabunt pulsus cordis & nigredo lingue. ¶ Et similantur accidentia fe. ephimere ex repletione accidentibus febris ex ira. rubent enim oculi & facies valde & fit inflāmatio vehemens & magnificatur pulsus: & fit velox & rubet vrina. ¶ Amplius cum plus remanet non excedit tres dies. ¶ Et scias φ fe. ephimera ex nauseatiua satietate quandoq; venit cum periodis quattuor aut septē: & cū hoc est feb. ephimera: verū pulsus est sanus. ¶ Signa. Signa eius est alteratio eructuatiōis ad acetositatē aut fumositatem. Cum ergo alteratur eructuatio ad sanitatem indicat sanitatem. Et vrina quidem istorum est priuata digestione aquosa. Et quando causa nauseatiue satietatis est vigilia est in facie & faucibus eorum inflatio: & in palpebris eorum est grauitas.

¶ De cura. Capl'm. 35.

Patiens hanc nauseatiuā satietatem non euacuatur quin aut sit natura eius non soluta: aut soluta. ¶ Quod si natura eius fuerit nō soluta: tunc proculdubio oportet vt solues eam. Et si fuerit aliquid cibi: aut fecis: aut grauitatis remanens in stomacho: tunc oportebit vt facias vomere ipsum: deinde solue eum. Et considera vbi inuenit grauitatem. Et considera tunc an sit rectius euacuare illud cum clysterijs & suppositorijs: aut cum aliquo quod bibitur desuper vt soluat: aut deponat: aut digerat. Et significat illud quod rectius est de hoc dispositio eructuationis. Fortasse enim necessariū erit si fuerit cibus stans fortiter: & sit difficilis vomitus: vt non aspiciatur ad febrem: sed administretur diapipereon vt precipitetur & descendat cū digestione: aut administretur quod est debilius eo: & administrētur embroce & emplastra digestiua cognita in ca. digestiōis: & solutiua cognita in ca. solutionis. Cum ergo descenderit: tunc aut egredietur per seipsum aut iuuabit cū suppositorio & tolleret fames super eū tādiu donec non remaneat hesitatio in destructione satietatis nauseatiue: deinde sumat cibum leuem velocis digestionis boni chimi. Et sit intētio ad famē & somnum tantū quod excusat sollicitudinē in alleuiatione repletionis. ¶ Quod si natura fuerit soluta considera an res que euacuatur sit illud qđ est corruptum. Et si fuerit illud: nō retineatur donec totū euacuet tamē vsq; ad postremū eius. Et expecta declinationē paroxismi. Et fac ingredi ipm tunc balneum. Et ciba ipsum nisi fuerit illic superfluum destruens fortitudinem: tunc enim non facias ipsum ingredi balneum: imo ciba ipsū & conforta stomachū eius cum rebus quas scies: quarum quedam scripte sunt in capitulo de solutione ventris. Et de illis est lana infusa in oleo in quo est virtus absinthij aut etiam in oleo nardino postquā fuerit expressa & separata fuerit ab ea maxima pars olei. ¶ Et si perseuerat solutio & inuenis id quod egreditur absq; genere eius quod corru

ptum est administra oleum de cidonijs tepidum recens ſm hunc modum: et oleum de mastice: et non est iterum in oleo nardino cōtrarietas eius. Et fortasse administramus ceratarie: et proprie quando non suffert dispositio stricturam eorum super ventris eorum: et quandoqꝫ indigemus emplastris fortioribus hoc de emplastris predictis in colirica passione: et da ei in potu aquas fructuum si tolleret eas: et da ei ad comedendum illud cuius alleuiatur nutrimentum et facilis sit digestio: sicut testiculi galli et pisces aradrach: et premitte super illud aliquid de fructibus et succis et robub stipticis. ¶ Et si absciditur de appetitu aliquid: admoue ipsum cum eis que sciuisti: et proprie cum eis que fiunt ex cidonijs. ¶ Et cum euacuatum est non est malum vt administres ei electuarium forte de illis que digerunt et confortant stomachum et aperiunt opilationes: et illud post ablationem feb. et accidentium. ¶ Et inter quidam ad flobotomiam est vt non fiat in ea donec declinet: tunc enim fiat: et illud quod prius datur in potu est aqua ordei: et cibus sit sicut ille qui fit de acresta cum cucurbita et amigdalis paucis. ¶ Et infrigidetur locus eius et odoramentum eius trocisci de camphora in quibus non ponitur reubarbarum.

¶ De febre ephimera ex apostemate. Cap. 36.

Febres sequentes apostemata interiora sunt putride: et quandoqꝫ associatur eis ethica et non sunt de numero febrium ephimerarum. Apostemata vero apparentia sicut sunt furunculi: et exiture: vel bubones que eueniunt in ea: et proprie apostemata magna que fiunt in membris glandulosis: et in carnibus que vocantur molles: sicut illa que fiūt in inguinibus a superfluitatibus epatis: et in ascellis a superfluitatibus cordis: et sub aure a superfluitatibus cerebri. Quandoqꝫ sequuntur febres et non euacuantur quin aut fit illud quod peruenit ex eis ad cor donec igneat ipsum calefactio sola: aut cum putredine. Quod si fuerit calefactio sola: tunc erit de genere febrium apostematum intrinsecorum. ¶ Et plurimum quod accidit de istis febribus sequentibus apostemata sequentia causas primitiuas ex vlceribus et scabie et doloribus et percussionibus et casibus ad que expelluntur materie et retinentur in vijs apud carnes molles est de genere febris ephimere. ¶ Et plurimum quod accidit de istis febribus sequentibus apostemata quorum cause sunt antecedentes sicut repletiones et opilationes preterite sunt putride. ¶ Et ſm plurimum fe. sunt radices et apostemata sequentia: licet quandoqꝫ accidat econtrario. Hypocrates nominauit has feb. malignas: que ex his sunt ephimeres. ¶ Et feb. quidem sequentes ea ſm plurimū sunt ephimere. Et si non sunt ephimere sunt male. ¶ Et plurimum quidem harum sequunt apostemata sanguinea. Et quandoqꝫ accidunt sequētes herisipilam et similia ei.

¶ Signa. Signa earum sunt ea que diximus de antecessione apostematum ante eas. Et facies est inflammata et rubea: et est additum in ea

super dispositionem sanitatis: et non est caliditas vehementer mordi-cans: quamuis sit multitudo eius in eis quoniam huius apostemata sunt sanguinea: nisi sint feb. sequentes herisipillam: et tunc istis febribus succedit humectatio: et est pulsus in eis velox magnus frequens propter repletionem: et est vrina aquosa alba propter cursum materierum et apostemata et vlcera.

¶ Cura. Oportet vt antecessio fiat in ea cum flobotomia et fluxu vētris: et curetur apostema cum eo quod oportet in capitulo suo. Et subtilietur regimen: et non bibat vinum omnino: et non cibetur nisi post declinationem completam. Et necessaria sunt ei extinguentia et infrigidātia et humectantia et emplastra infrigidata cū niue super membrū infirmū apostemosum ita vt nō noceāt apostemati: neque faciāt ipm crudū: imo infrigidet via inter ipm et cor infrigidatiōe penetrāte in profundū.

¶ De febre ephimera ex terrestreitate idest quando cutis fit dura vt testa. Capitulum. 37.

Hec febris iterum sequitur priuationem resolutionis propter oppilationes non profundatas: et plures quidem hominum cum dimittunt consuetudines suas balneandi febriunt: et plures eorum sunt illi in quorum corporibus generatur vapor colericus propter complexionem corporum eorum: et ciborum ipsorum et aquarum ipsarum malarum et propter dispositiones eorum antecedentes ex vigilijs. ¶ Curatio eius est extinctio balnei: et sudare in eo post declinationem: et fricari cum eis que sunt sicut furfur et farina fabarum et amigdale amare: et semē melonis et aliquid alusen et baurac. Et sit cibus eius extinguens et humectans: et vinum eius sit plurime commixtionis: et iteret balneū multotiens.

¶ De febre ephimera ex calore. Capitulum. 38.

Quandoque accidit ex calore aeris et calore balnei et similium feb. ephimera: et plurimum illius non accidit nisi ex vehementia caloris solis: et est prima suspensio eius cum spiritu animali: cum primum quod ei leditur sit caput: calefacit enim aer eius et peruenit ad cor vt sit feb. deinde spargitur in totum corpus. Et quandoque fit eius suspensio cum corde propter caliditatem anhelitus et quandoque custoditur caput a calore. Sed illa que ex sole accidit plurimum incipit in cerebro et capite: et propter illud qui non est mundus impletur caput eius: et illa que non fit ex sole sed fit ex diebus canicularibus et ex balneatione et ex alijs impressionem facit in cor.

¶ Signa. Signa sunt causa eueniens ex vehementia inflammationis capitis in parte solari cerebri. Et fortasse est cum grauitate et repletione: si non fuerit corpus mundum. Et magnitudo anhelitus in parte cordiali. Et illud quod apparet de corpore vehementis calefactionis calidius interiore eius. Et de illis quibus scitur illud est quod sitis eius est minor siti illius cuius caliditas est illa caliditas: et

est in hac habitudine cōtraria vel diuersa ei que est ex densitate.
¶ Cura. Est necessariuz vt incipiatur in curatione eius cuz eo qđ infri
gidat ex embrocis super caput ⁊ pectus ⁊ ex oleis frigidis ⁊ ꝓprie oleo
rof. infrigidato super niuem quod fundatur super caput ⁊ pectus ex
loco longinquo. Et detur in potu aqua frigida ⁊ que currūt cursu eius
⁊ sine cessatione eius fiat illud vsquequo declinet se. Cumqꝫ auferꝫ in-
grediatur tinam: ⁊ non tangat eum tina si fuerit cum eo se. ⁊ balnea ip
sum aq̄ tepida: ⁊ non permittas aerem eius calefacere ipsum: ⁊ non ti-
meas ex effusione aque calide super caput eius: quoniam ipsa hume-
ctat ⁊ resoluit febrem: ⁊ necessitas ad balneanduz plus est q̄ꝫ necessitas
ad vngendum. Cum ergo egreditur: tunc frica caput eius cum oleis
frigidis: sicut est oleum rosaceum de nenufare.

¶ De febre ephimera q̄ accidit ex frigore ⁊ balneatōe. Cap. 39.

Quandoqꝫ accidit ex frigore ⁊ balneatione cum aquis frigidis vt
condensentur pori apparentes ⁊ coartentur vapores fumosi ꝺm
ꝙ dictum est in illa que fit ex testuositate: quare accidit feb. Et multo-
tiens perducit ad putridam. Et non perducit ad illam febrem nisi qñ
vapor ꝑfocatus est acutus non suauis. Suauis enim non generat eā.
¶ Signa eius sunt cause. Et ꝙ corpus in ea in primis cum tangiꝫ non
est vehementis caliditatis. Cūqꝫ figitur manus sentitur calor eleuari.
Et pulsus non est in paruitate in qua est illa que fit ex angustia ⁊ tristi-
tia ⁊ fame: quoniam non est illic resolutio. Sed est velox propter neces
sitatem scilicet attrahendi aerem: nisi sit frigus vehemens. Et fortasse
declinat ad duritiem. Et oculus non est profundus: immo quandoqꝫ
est inflatus propter vaporem coartatū. Et vrina quandoqꝫ est alba qm̄
caliditas est prefocata. Et quādoqꝫ est tincta: quoniaz caliditas que re
soluitur ex poris expelliꝫ ad viam vrine.
¶ Curatio. Cooperiantur in febre donec sudent. Cum ergo declinant
ingrediāꝫ balneum ⁊ balneentur cum aqua ad caliditatem decliui
⁊ cuz aere calido. Et embrocentur super ipsos aque in quibus decocta
sint sicut amaracum ⁊ anetum ⁊ sisimbrium: Et fricetur cum eis que di
ximus que abstergunt poros ⁊ mollificant eos. Et postponatur in eis
inūctio vsquequo sudēt. Et fricenꝫ. Et balneenꝫ cū aqua calida valde.
Et opꝫ vt antecedat balneatio cū aqua balneationem cum aere. Dein-
de iungatur cum aliquo ex oleis dilatantibus poros. Et fundaꝫ super
capita eorum sicut oleum de aneto ⁊ keiri ⁊ camomilla. Et cibenꝫ cibis
leuibus ⁊ aromatizentur. Et sumant in potu vinum albū subtile com-
mixtum. Et est melius eis q̄ꝫ aqua propter id quod est in eo de sudatio-
ne ⁊ prouocatione. Et inunctio cum oleo aliquo patientibus ex labore
est magis iuuatiua q̄ꝫ patientibus ex soliditate.

¶ De febre ephimera ex soliditate ⁊ ex aquis stipticis. Ca. 40.

Quandoqꝫ accidit illis qui balneantur in aquis stipticitatem fa-
cientibus sicut super quam vincit virtus aluminis aut draganti
vt vehemens fiat spissitudo pororum apparentium: quare comprimun

tur eorum vapores: et accidit eis quod diximus aliquotiens. Et multotiens quidem perducit ad putredinem.

¶ De signis. Cap. 41.

Significant eas cause. Et quod significatur de nigredine cutis quando ipsa extensa sit preparata preparatione qua preparantur coria: et sicut si tangatur cutis infusa in aqua draganti. Et est dispositio in additione caliditatis post tempus: idest non statim ex tactu cutis: sicut in aliis de illis que accidunt ex oppilatione pororum. Et pulsus est debilior et minor et vehementioris velocitatis. Et vrina est vehementius alba et tenuis sicut vrina mulieris. Et non est in corporibus eorum diminutio. Neque in oculis eorum profundatio.

¶ Cura. Oportet vt curetur cum propinquitate curationis eorum qui sunt ante eos. Uerumtamen eis non datur in potu vinum: nisi post fiduciam vehementie amplitudinis pororum: nisi sit condensatio parua: fortasse enim tunc aperit eam vinum. Et oportet vt subtiliatio regiminis ipsorum sit maior. Et mora eorum in aere balnei: et balneatione eorum cum aqua calida maior. Et oportet vt tardet inunctio eorum plus.

¶ De febre ephimera ex vino. Capi. 42.

Quandoque accidit ex vino febris ephimera.

¶ Cura eorum est cura ebrietatis. Et fortasse indigent solutione cum aqua fructuum et similibus: et flobotomia: et vomitu: et proprie cum perseuerat dolor capitis eorum. Et oportet vt ingrediatur balneum post declinationem.

¶ De febre ephimera ex cibis calidis. Cap. 43.

Cibi calidi faciunt febrem ephimeram. Et sicut illa que est ex sole sin plurimum est cerebralis et in spiritu animali. Et illa que fit ex balneo est cordialis: et in spiritu vitali. Similiter illa que fit ex cibo est epatica et in spiritu naturali.

¶ De cura. Capi. 44.

Cuius curatio est prouocatio cum infrigidantibus notis. Et solutio nature est melior cum siracost et tamarindis. Et rectificare epar cum eis que sunt aque endiuie: et oleum et sirupus acetosus et emplastra infrigidantia ex sandalis et canfora et aqua ro. et oleo et succo eius et ex succis oleorum infrigidatis actu: et extinctio cum cibis frigidis et humidis.

¶ Principium sermonis de febribus putridis: et complementum sermonis est in febribus sanguineis et colericis.

¶ Tractatus Secundus continet capitula. lxviij.

¶ Sermo vniuersalis de febrib⁹ pu tridis. *et cāis eorum* Capitulum primum.


Utredo accidit aut propter cibum malum cum est pre/ paratus vt putrefiat illud quod generat ab eo propter malitiam sue substantie. Aut propterea ꝙ velociter reci pit corruptionez quãuis sit bone substãtie sicut lac. Aut quoniam est aquosus nutrimenti mali: cuius aquosita/ tem recipit sanguis sicut illud quod generatur a fructi bus tardis humidis valde. Aut quoniam est ex illis que non cõuertun tur ad sanguinem bonum: immo remanet humor malus frigidus quẽ abhorret calor innatus: ⁊ succedit ei extraneus: sicut ille qui generatur a cucumere ⁊ citrullo ⁊ piris ⁊ similib⁹. Aut malitia artificij eius. Aut hora ipsius. Aut ordo eius ſm quod scis. ¶ Aut propter opilationem prohibẽtem respirationem ⁊ euentationem propter complexionem corporis malam cum non potest digestionem facere bonam: ⁊ sunt ite/ rum virtutes de illis que non faciunt in cibo aut humore aliquod pro pter priuationem respirationis humorum quare dimittunt eũ crudũ. Et huiusmodi quidem complexio aut generat humorem malum: aut corrumpit quod generat propter abbreuiationem suam in digestione: ⁊ quia mouet eum motu pigro. Et iste cause sunt iuuãtes in generatio/ ne opilationis generantis putredinem. ¶ Aut propter dispositiones extrinsecas ex aeribus malis: sicut est aer pestilentie: ⁊ aer lacunarum: ⁊ locorum infusorum in quibus madefiunt res vt linum ⁊ aspaltum: ⁊ quandoqꝫ aggregatur de eis numerus rerum plurimus. ¶ Et pluri/ mum causarum putredinis humorum est: aut propter multitudinem humoris: aut grossitudinem suam: aut viscositatem sui. Et cause multi tudinis humorum ⁊ viscositatis ⁊ grossitiei humorum sunt note: ⁊ in/ ceptio opilationis est nota. ¶ Ergo quando fecerint opilationes acci/ dit putredo propter euentationis priuationem: ⁊ quando fuerint suc/ cedentes motibus in non hora sua super repletionem ⁊ nauseatiuam satietatem. Et balneationes similiter. Aut sol calidus. Aut sumere ca/ lefacientia super repletionem: ⁊ dimissio cautele obseruationis dige/ stionis in stomacho ⁊ epate ⁊ succurrendi defectui si acciderit propter calefactionem amborum in epithimatibus ⁊ vaporationibus. ¶ Et pu tredo quidem quandoqꝫ est cõmunis corpori. Et quandoqꝫ est in mem bro propter debilitatem suam: aut propter vehementiam caliditatis sue extranee ⁊ sue acuitatis aut doloris eius. ¶ Et humor recipiẽs pu/ tredinẽ: aut est colera talis modi vt ab ea vapor egrediatur qui sit sub/ tilis fumosus valde. Aut sanguis talis modi vt euaporet ab eo vapor subtilis. Aut flegma talis modi vt illud quod euaporat ab eo sit vapor

spissus. Aut melancolia tal's vt illud quod euaporat ab ea sit vapor fumosus purulentus. ¶ Et putredo quidem colere facit tertianã: ¶ Et putredo sanguinis facit continuam. ¶ Et putredo melancolie facit quartanã: ⁊ que currunt cursu eius. ¶ Et putredo flegmatis similiter vt multum facit quotidianam: ⁊ que currunt cursu eius. ¶ Et sanguinis locus est intra venas. ¶ Colera autem ⁊ flegma ⁊ melancolia quãdoq3 putrefiunt intra venas: ⁊ quandoq3 extra venas. ¶ Et quando putrefiunt extra venas: si non est causa alia: neq3 est putredo in aposte mate intrinseco quod det cordi putredinem continuam: faciunt periodos quos diximus. Sed vnicuiq3 accidunt ⁊ eradicantur quãuis flegmatica non eradicetur quin ibi sint reliquie occulte. ¶ Et quando putrefiunt intra venas faciunt adherentiam febris: ⁊ nõ eradicantur: neq3 est proxima ei que eradicatur: immo est assidua inseparabilis. Sed ei est vehementia per quam cognoscitur paroxismus qui est ei. ¶ Et quando putredo est intrinseca dominans super venas omnes aut super plurimum eius quod sequitur ex eis: non sunt forsitan additiões ⁊ diminutiones apparentes. ¶ Cum autem est fm contrarium eius: apparent alterationes manifeste. ¶ Et febris putredinis quidem extrinsece non eradicatur ⁊ redit nisi: quoniam materiei que putrefit superuenit putredo in tempore paroxismi: ⁊ finit eius humiditates ex quibus pendebat caliditas ⁊ resoluuntur ⁊ egrediuntur ex corpore: quoniam non sunt retente in venis: ita vt prohibeat eas illud a cõplemẽto resolutionis ⁊ remaneat cinereitas eius ⁊ ipsius terreitas que non sunt vehiculum febris ⁊ caliditatis: sicut videtur de dispositione cumulorum stercorum paulatim paulatim donec fiat cinis totum: deinde non remanet caliditas: ⁊ quando non remanet in humore adusto per putredinem caliditas: destruitur febris quousq3 aggregetur vice alia ad locum putredinis. Et iam remanserunt in ea reliquie caliditatis ex putredine prima quanuis nõ remaneat materia. Aut propter inuentionem cause prime putredinis in materia secunda fm semitam putrefactionis. ¶ Res ergo putredinis resoluitur fm inuentionem caliditatis non deficientis putrefacientis ⁊ resoluentis ⁊ facientis cinerem ⁊ pertranseuntis ad vicinum donec abscindat terminum ⁊ finiat materiam ⁊ non inueniat vicinum aliud ⁊ remaneat febris expectans materiam aliam ⁊ attrahat ad locum suum. ¶ Cum autem putredo est intra venas: tunc accidit vt sit resolutio completa difficilis. Et non resoluitur putredo per continuitatem que est in quibusdam venis cum alijs ⁊ putrefit omnis res que vicina est ei: deinde resoluit ad vicinũ aliud. Et iterũ illud qđ cõprehẽsũ est in venis est vehementioris continuitatis ad cor. ¶ Et iste quidez febres quibus sunt paroxismi eradicationis ⁊ temporis quandoq3 dimittunt ordinẽ suũ propter diuersitatẽ materierũ in multitudine ⁊ paucitate ⁊ grossitudine ⁊ tenuitate: ⁊ propter diuersitatem in eis in genere: ita vt permutent

quedam materie: ⁊ fiant de genere materiei alterius que diuersificaẗ in eis in specie: non in multitudine ⁊ paucitate ⁊ tenuitate ⁊ grossitie tantum. Et quandoqꝫ fit ex malitia regiminis egri: aut propter debilitatem eius: aut propter multitudinē sensus eius. ¶ Et paroxismi quidem qui eradicantur incipiunt ꝯm plurimum cum horripilatione aut frigore aut rigore ⁊ resoluuntur per sudorem: ⁊ non incipiunt cum frigore: aut horripilatione ꝯm plurimum: nisi aut propter frigus humoris: aut propterea q̄ humor mordicat lacertos: aut propter profundationem caliditatis ad interiora redeuntis ad partem materiei: aut propter debilitatem virtutis: aut propter frigus aeris sicut contingit tempore hyemis: ⁊ illud quod fit ex mordicatiōe caliditatis est dignius vt proportionetur ad horripilationem q̄ꝫ ad frigus: ⁊ plurimū quod' accidit de eo vt sit sicut punctio acuum in omni membro. Uerum resolutio materiei cum sudore est: quoniam caliditas putrefiens vel putrida resoluit humiditatem ⁊ remanet cinereitas. Cum ergo sit illa humiditas non obsessa in venis facilis fit expulsio eius p̄ sudorem in poris: ¶ Paroxismi autem inseparabiles minuuntur ⁊ non eradicantur per sudorem: neqꝫ incipiunt cum frigore nisi propter debilitatem virtutis: aut propter profunditatem caloris innati: tunc enim infrigidantur extremitates ⁊ illud est signum malum: ⁊ in quibusdam febribus componūtur frigus ⁊ horripilatio quoniam materia que putrefit est composita ex frigido ⁊ mordicatiuo. ¶ Et quandoqꝫ componūtur quedam febres putredinis tali compositione qua fiant in forma inseparabiles: ⁊ illud est. verbi gratia. quando incipit humor putrefieri in loco: ⁊ cū superuenerit ei putredo putrefit tota ⁊ consumiẗ ab ea quando incipit humor de genere eius: aut non de genere eius putrefieri: tūc obuiat pₒxismus scd̄us tempori eradicationis paroxismi primi: deinde continuatur residua: ⁊ quandoqꝫ componuntur febres putredinis modis aliis compositis quos distinguam in capitulis suis. ¶ Et paroxismi quidē febriū prolongantur quandoqꝫ ⁊ abbreuiantur. ¶ Prolongatio eoꝝ est ergo aut propter grossitudinem materiei ⁊ viscositatem eius ⁊ multitudinē eius: aut ipsius qetem: aut propter debilitatem virtutis: aut propter debilitatem sensus: aut propter spissitudinem pororū quare non resoluiẗ humor. ¶ Et eoꝝ abbreuiatio est propter contraria eoꝝ. ¶ Et paroxismi iterū festinant ⁊ tardanẗ. ¶ Et tarditas eorū est: aut propterea quia eorū materia est pauca: aut tardi motus ad mineram putredinis propter grossitiem suam: ⁊ hoc qdem est sicut materia quartane. ¶ Et velocitas eorū est: quoniam ipsa est multa sicut flegma: nisi sit vitreuꝫ: qm̄ paroxismi eius quādoqꝫ tardantur: aut subtilis sicut colera. ¶ Et deteriores quidem febres sunt inseparabiles in quibus putredo est intra venas: deinde ille que eradicantur in quibus est putredo in toto corpore: aut in partibus cordis. ¶ Et parum quidem accidit senibus febris valde accensa propter frigus complexionis eorum: ⁊ paucitatem carnis ipsorum. ¶ Pulsus vero dispositiones diuersificantur in febribus

putredinis ẜm diuersitatem earum in generibus suis: et ẜm diuersitatẽ speciei vnius earũ in vehementia et debilitate: et in fortitudine accidentium et debilitate eorũ. ⁋ Et quandoqꝫ accidit ei durities: aut propter apostema calidum vehementis extensionis: aut propter apostema calidum in membro duro: aut propter vehementiam siccitatis: aut cuꝫ dominatur frigus in principijs. ⁋ Et quandoqꝫ fit lenis ꝑpter materiam lenem flegmaticam et sanguineam. Et propterea ꝙ apostema est in mẽbro leni sicut illud quod est in epate: et perspleumonia: et lithargia: aut propter humorositateꝫ cũ expectatur quando vult vt sudet. ❡ Et pulsus quidem fit in principio paroxismorum debilis coartationis ꝑpter aduentũ virtutis super materiam et occupationem eius in mundando et euentando.

❡ De sermone vniuersali de signis febriũ putredinis. Cap. 2.

Significant febres putredinis aduentus causarum antecedentiũ eas: et proprie quando non est in eis causa primitiua. ⁋ Et pulsus et anhelitus cuius constrictio est velox quoniam necessitas est ad mundificandum vehemens valde. Et est caliditas mordicatiua non suauis sicut est caliditas ephimere febris. ⁋ Et plurimuꝫ quidem febrium putredinis antecedit almelileti. Et almelileti quidem est dispositio cui admiscetur caliditas non perueniens ad hoc vt sit febris: et associatur ei lassitudo et pigritia et alices et saltus et cõmotio somni et vigilie et constrictio anhelitus et tensio venarum et hypocundrioꝝ et dolor capitis et pulsatio capitis. Cum ergo prolongatur facit cadere in febres putredinis: aut facit accidere debilitatem et citrinitatem coloris. Et qñqꝫ associantur almelileti antecedenti febres multitudo superfluitatis et mucus nausea et vrina plurima et egestio plurima putrida et grauitas capitis et excitatio. Et accidit frequentia in pulsu nõ a causa intrinseca: immo ex labore aut ira aut alijs. Cũ ergo accidit in eo coartatio tũc iaꝫ peruenit paroxismus. Et coartatio quideꝫ est submersio pulsus et paruitas diuersi in quo accidunt pulsationes magne fortes: et non est velocitas eius fortis. ⁋ Sed diuersitas in principio et in augmento est ex ꝓprietatibus significantibus putredinem: quãuis non appareat in terciana plurima apparitione propter leuitatem materiei. ⁋ Et de signis quidem ꝙ febris sit putrida est euacuatio periodi prime sudoris et humectationis. Ephimera eniꝫ est ecõtrario illius: licet in initio sit in terciana propter leuitatẽ predictam vt sit similis ephimere que tamẽ ephimera non permutatur ad putredinem. Et si fuerit augmentum eius non permixtum non proportionatum non simile. ⁋ Et prolixitas augmenti iteruꝫ significat ꝙ ipsa est putrida. Et additio pulsus in magnitudine ẜm processionem significat augmentuꝫ. ⁋ Amplius si est interpollata incipit cum rigore aut horripillatione: et dimittit ẜm plurimũ cum sudore et humorositate: et resoluitur cum paroxismis: aut est inseparabilis cum tempore. ⁋ Et non est similis ephimere in vrina et pulsu et complemento mundificationis et quiete accidentium. ⁋ Et plurimũ

quidem putride sunt accidẽtia plurima ex siti ⁊ dolore capitis ⁊ nigredinis lingue: ⁊ ꝓprie apostematum: ⁊ multiplicatur inquietudo ex angustia ⁊ agitatione vehemẽti quã facit pugna materiei ⁊ virtutis: quandoqꝫ enim eleuatur materia: ⁊ quandoqꝫ cõsurgit virtus. Et pulsus similiter quandoqꝫ tendit ad magnitudinem ⁊ fortitudinẽ: ⁊ quandoqꝫ ad paruitatem ⁊ debilitatem ⁊ coartationẽ. ¶ Durities autem fit quandoqꝫ. Et non oportet semper vt sit nisi sit cum febre apostema duruz in quocũqꝫ membro sit: aut apostema in membro duro quãuis non sit durum: aut iam acciderit potus aque frigide: aut aliquid aliud de illis q̃ indurant pulsum de illis que dicuntur in libro pulsuum. ¶ Diuersitas autem in principio ⁊ augmento est ex proprietatibus febris putride. Et de significationibus eius fortibus quamuis non appareat in tertiana plurimum propter leuitatem materiei. Et dum non sit pulsus fortis: ⁊ non sit velox velocitate predicta: tunc febris adhuc est ephimera: ⁊ nõ permutatur ad putredinem. ¶ Et est vrina in principio indigesta: aut parum digesta: ⁊ fortasse est acuta. ¶ Et scias ꝙ a febribus acutis interficientibus raro fit euasio: nisi cum contractione membri. ¶ Et quando alleuiatur febris post quietem apostematis in pleuresi ⁊ similibus: tunc scias ꝙ de materia remansit aliquid: ⁊ ꝙ materia declinat ad locum vbi apparet dolor.

¶ De signis inseparabilibus. Capitulum.3.

In continua est diuersitas pulsus que est ſm febrem apparens valde. Et est in plurimo eius non habens ordinẽ neqꝫ pondus. ¶ Et perseuerat: ⁊ non separatur post.24.horas. ¶ Et nõ associatur ei quod diximus de dispositionibus eradicabilibus ex antecessione rigoris ⁊ aliis. ¶ Et de illis que significant eam est eius assiduitas ⁊ vehementia diuersitatis dispositionis eius apud augmentum: minuitur eniz quandoqꝫ ⁊ augetur vice alia.

¶ De rebus in quibus differunt febres putredinis: ⁊ in quibus communicant. Capitulum.4.

Febris que est propter putredinem colere motus est tertianus: siue sit motus principii paroxismi aut principii vehementie. nisi species eius que dicitur adusta cuius motus est occultus valde: ⁊ est sicut inseparabilis conclusa. ¶ Et tertiana quidem pura est acuta propter subtilitatez materiei. Et eius caliditas est magna mordicatiua propter fortitudinem colere. Sed est salutifera: propterea ꝙ colera est leuis super naturam: ⁊ quoniam ipsa facit quietem. Tertiana vero non pura est lõgioris spacii q̃ pura. Et pura quidem raro pertransit septez periodos nisi ab errore. Continua quandoqꝫ consumitur in hebdomada. ¶ Et illa que est ex putredine sanguinis est continua inseparabilis. Et eius calor est plurimus communis cum lenitate non cum mordicatione colere. Et quandoqꝫ peruenit ad statum in quattuor diebus. ¶ Flegmatica accessionem faciens omni die est leuis caliditatis per comparationem ad colericam longaz: propter viscositatem materiei: ⁊ frigus eius

et multitudinem eius: et magni timoris: quoniam habet paruum spacium interpollationis et quietis: et quoniam ipsa associatur corruptioni et debilitati in ore stomachi que non excusatur: et illud est de illis que attrahunt accidentia mala ex sincopi et pulsu cordis et casu appetitus. Et que de ea est inseparabilis est res magis similis ethice: si non esset lenitas pulsus: quāuis quandoqz fiat durus etiam. Et quantum est minus pura est minoris et breuioris paroxismi: nisi declinet cum paruitate sue puritatis ad malitiam. ¶ Quartana autē est nō acuta ppter frigus materiei: longa propter illud. Et fortasse extenditur que de ea pura est anno vno. Et nō pura est breuioris spacij. Uerum in ea non est timor: quoniam quietem facit in spacio longo: et quoniam ipsa nō est talis acuitatis quam sequuntur accidentia vehementia. ¶ Et quartana quidem et tertiana assidua et interpollata consumuntur per vomitum et solutionem ventris aut sudorem aut prouocationem vrine. In continua autem consumitur per huius fluxum sanguinis nariū. ¶ Et scias φ principium prolongatur in tertiana. Et status in ꝯclusa. Et declinatio in incessiua. Et status et declinatio in continua. Et status et declinatio in quotidiana: quāuis raro inueniatur quartana continua: et quotidiana integre eradicationis. ¶ Et febres quādo nō curantur ꝫm qđ oꝫ et ꝑprie apostemose cōuertuntur ad arefactionē: et ꝑprie in febrib9 acutis in quibus oportet vt patientes eas cibentur: et nō cibantur propter intentionem vt perueniat natura super materiam. Aut oportet vt detur in potu aqua frigida: et nō datur in potu propter intentionē vt nō fiat cruda: et non succurritur cum extinctione alia. Quoniam si fuerit alia intentio qđ dicturi sumus in cibatione et dando in potu aquā frigidam fortior duarū intentionū predictaꝝ premittatur super eas ambas: et dimittatur obseruatio illarum duarum.

¶ De significationib9 accidentiū febrium. Capl'm. v.

Scias φ acceptio significationum febriū est ex regimine antecedēte et quomodo fuit. Et ex dispositionibus antecedētibus. Et ex regionibus: et temporibus: et ex etate: et complexione: et ex pulsu: et vrina: et vomitu: et egestione: et fluxu sanguinis nariū. Et ex dispositione febris in rigore: et sudore: et qualitate caliditatis. Et ex paroxismis: et ex dispositione appetitus: et ex dispositione anhelitus: et ex cōiunctis: sicut dolore capitis: et vigilijs: et alienatione: et inquietudine: et alijs. ¶ Febribus enim adsunt accidentia ex quibus significantur dispositiones earum de quibus sunt accidentia significantia magnitudinem earum: et ipsarū paruitatē: sicut qualitas caliditatis: et quātitatis ipsi9. Et de ea est q̄ est mordicatiua vehemēter ex quo pri9 inuadit vsqz ad finem suū. Et de ea est q̄ mordicat in primis: deīde minuit pp resolutionem mārei et lenit. Et de eis sunt q̄ mordicāt. Et de eis sunt quaꝝ caliditas est hūida. Et de eis quaꝝ caliditas est sicca. ¶ Et sunt accidētia que significāt genus eaꝝ sicut accidētia ꝑpria cū tertiana: sicut principiū paroxismi cū pun-

ctione & horripillatione & mordicatione caliditatis in eo. ¶ Et accidentia significātia malitiā earū sunt: sicut inquietudo & alienatio & vigilie. ¶ Et accidētia significantia digestionē & indigestionē sunt: sicut illud qđ diximus de dispōnibus vrine. ¶ Et accidentia que significāt crisim que dicemus. ¶ Et accidentia que significant sospitatem & contrarium eius & dicem⁹ omnia illa. ¶ Et forme insunt iudicia plurima: sicut ille cuius cōuertit color ad plūbeitatem ex albedine & viriditate: & significat frigiditatē humorꝫ & paucitatem coloris innati aut excitationem & inflāmationem: sicut accidit ei cuius causa est satietas nauseatiua. Et sicut velocitas tumitionis faciei: & tornatilitas eius: & tenuitas nasi: & significant aut vehemētiam caliditatis: aut subtilitatem hūmoris & velocitatem resolutiōis eorꝫ: ꝓpter amplitudinē pororꝫ & mot⁹ in seipsis: & exitus eorꝫ a consuetudine: aut casus eorꝫ habent significatiōes & res de illis quas dicemus. ¶ Et accidentiū febrium quedam sunt quorum hora est hora status: sicut alienatio & cōmixtio mentis ꝓpter inflationē capitis. Et de illis sunt quorꝫ hora est principiū: sicut horripilatio & frigus: & sicut ꝓfunditas somni que consequit plurimū principiorꝫ febriū ꝓpter debilitatē cerebri: & declinatio caliditatis ad interiora corporis vbi est materia & multitudo vaporꝫ eleuatorꝫ ab eo per cōmixtionem incipientem in corpore vsquequo resoluit eos inflāmatio: & adiuuat illđ frigus cerebri in seipso & frigus humoris qui vult putrefieri & calefit. ¶ Et res ex quibus scitur dispositio febris & ex qua specie fit sunt. Dispositio febris in acuitate sua: & sua leuitate. Et dispositio febris in hoc ꝙ ipsa accidit a causis primitiuis & antecedentibus ſm conditionem predictam. Et dispositio febris adherētia sua & eradicatiōe. Et dispositio febris in acuitate sua cum rigore & frigore & horripilatione: aut eius contrario & qđ est ex eo. Et dispositio febris in diuisione sua cū sudore plurimo aut pauco. Aut dispositio preteriti regiminis: & etas: & forma: & tempus: & ars: & dispositio pulsus: & vrine.

¶ Sermo de rigore & frigore & horripilatiōe & fractiōe. Cap. 6.

Horripilatio est dispositio in qua inuenit corpus diuersitatem in frigore & punctione in cute & lacertis. Et antecedit eam pigritia & fractio. Et quasi fractio est maneries eius. ¶ Frigus autem est vt sentiat in membris suis & dorsis lacertorꝫ suorꝫ frigus purꝫ. ¶ Rigor vero est vt nō possit continere mēbra sua ex cōmotione & tremore eueniente in eis & motibus inuoluntarijs. Et fortasse est frigus forte. Et nō fit rigor fortis sicut in febribus flegmaticis & quartana. ¶ Et de causis vehementie rigoris est vehemētia virtutis expulsiue in lacertis. Et propter illud quanto causa frigoris est viscosior: est rigor vehementior. ¶ Et sanguis submergitur cum rigore ad interiora. ¶ Et scias ꝙ humor frigidus est quietus: quoniā iam cōsueuit mēbrū in quo est: & quiescit passio eius ab eo quare nō sentitur frigus ab eo. Cum ergo mouet & spargitur sparsione plurima aut pauca ꝓpter aliquam causam scilꝫ ꝓpter caliditatem separantem aut aliud patitur ab eo mēbrū qđ erat nō occurrens

ei ⁊ sentit frigus eius ꝓpter causam cõplexionis diuerse. Et tu quidez sciuisti hoc in radicibus vniuersalibus scientie medicine. ¶ Et multotiens quidem accidit a flegmate vitreo sparso in corpore rigor nõ perducens ad febrem. Et qñqꝫ sunt ei periodi ⁊ nõ est fortitudo eius fortitudo rigoris perducẽtis ad febrem. Et materia que facit lassitudinem rigoris per paucitatẽ suam facit rigorez per suam multitudinẽ anteqꝫ putrefiat: nam si nõ putrefit non perducit ad febrem. ¶ Et qñqꝫ accidit frig⁹ ⁊ rigor ꝓpter subuersionẽ caloris in corpore causa cibi ⁊ que sunt ei similia. ¶ Et rigor ⁊ frigus antecedunt febres: qm̃ humor crudus effunditur ad lacertos in primis ⁊ nocet frigore suo per cõparationẽ ad lacertos: deinde cum incipit putrefieri incipit calefieri. ¶ Et qñqꝫ ancedit rigor febres ꝓpter mordicationẽ humoris ⁊ fortitudinez virtutis expulsiue que est in lacertis: sicut excutitur homo effusione aque calide valde sup cutem: ⁊ proprie cum est salsus. Et fortasse fit nocumentuz eius qõ mordicat eaz vt refugiat calor innatus ad interiora ⁊ dominetur frigus: quare fit cũ mordicatiõe caloris frigus quasi frigus dñetur. Et mordicatio quidem caloris est apud pãniculum tegentem interius. ¶ Et qñqꝫ accidit rigor propterea qꝛ refugit calor ad interiora: sicut fit in apostematibus intrinsecis. Et qñqꝫ significat rigor ⁊ horripilatio sanitatem in febribus inseparabilibus: qm̃ significant ꝙ materia expellit in venis ⁊ egredit. Verum qñ non est cuz digestione ⁊ in hora cretica. ⁊ nõ sequitur eam leuitas est significatio ꝙ expulsio illius quãtitatis nõ est: qm̃ virtus est vincẽs: imo qm̃ materia multa expellitur ꝓpter multitudinem suam. Et de rigore est qui significat mortem: ⁊ est ille quez sequitur debilitas virtutis ⁊ casus caloris innati ⁊ siccitas. ¶ Horripilatio vero fit ex causis paucioribus causis rigoris. ¶ Et commotio anime ⁊ periodi indicat periodũ. ¶ Et senuz quidez febres sunt sepulte. ¶ Et qñqꝫ est causa in longitudine febris grossitudo in visceribus quare resupinetur febriens ⁊ extendat pedes suos ⁊ tãgantur viscera sua. ¶ Et qñ denigratur lingua febriẽtis cuz alleuiatione febris: tunc febris eius est sepulta. ¶ Et qñqꝫ associat febri paralysis: ergo curetur febris in primis. ¶ Et de eis q̃ ꝯueniũt illis est sirup⁹ acetosus ꝑmixt⁹ cũ geleniabiꝫ ⁊ aqua ciceris cũ oleo si tollerat febris. ¶ Et rasio capitis est ex eis que inspissant cutem eius quare reuertunt vapores ⁊ fit fortis febris.

¶ De intentiõe ad curatiões vl'es febriũ putredinis. Ca. 7

SCias ꝙ intentio in medicando has febres: qñqꝫ vertit ad partem febris: quare est necessarium vt infrigident ⁊ humectent. Et qñqꝫ ad partez materiei: vbi necesse est vt maturet vel digerat: aut necesse est vt euacuetur. Et digestio quidem in grossa est equatio eius cuz subtiliatione. In subtili est equatio eius cum ingrossatione. ⁊ quãdoqꝫ contraria sunt illa que reqrit febris de infrigidatiõe: ⁊ illud qõ reqrit humor de digestiõe ⁊ euacuatione ⁊ resolutione. Quandoqꝫ enim est digestiuũ ⁊ euacuatiuũ calidũ: imo est ſm plurimũ ita: ⁊ tũc oportet vt obseruet magis timorosa ⁊ vna duarũ rerum: ⁊ fortasse contrariũ est illud quod

conuenit febri de infrigidatiōe cum eis que sunt: sicut melones indi et reliqua olera ei qd̄ ꝯuenit materiei de minoratione: quare ꝓhibet illud dare ea in potu: nisi vbi non ē materia: et omnino sollicitudo sit vt postponatur aqua fructuū vsq3 ad hebdomadam: et sit contentus aqua ordei. et omnes fructus nocent febricitantibus cum ebullitione sua et corruptione sua in stomacho: et multotiens quidem inuenitur res que digerit et subtiliat et infrigidat cum euacuatione sicut sirupus acetosus. ¶ Et scias ꝙ febris quādoq3 est tante vehementie et acuitatis ꝙ non lz vti regimine cause: imo indiget infrigidatione vltima: et proprie cū nō inuenis virtutem fortem resistentem tollerantem. ¶ Quod si inuenis eam resistentem tollerantem: abscinde causam: et expelle humorem: et abscinde cibum: et non infrigides infrigidatione que prohibeat resolutionem. ¶ Quod si inuenis virtutem deficientē: sis occupatus in equādo complexionem contrariam ei: quare infrigida eam: et viuifica virtutem cū cibo. ¶ Cūq3 fit fortis per viuificationem suam et vincit contrariū suū redi ad cām. ¶ Et cum tu infrigidas de istis febrib9: tunc infrigides eam cū eo in quo sunt stipticitas et exiccatio sicut sunt trocisci infrigidantes: nisi post purgationē et euōnē. ¶ Et scias ꝙ cura febris putride est diuersa a curatiōe febris ethice. Curatio. n. ethice est ꝯtenta super ꝯtrarietatē egritudinis. Et curatio febris putride nō est ꝯtenta super ꝯtrarietatē egritudinis tantū: imo sup abscisionē cause eius: ꝗuis illud qd̄ est ꝯueniēs egritudini et cibationi sit amicum virtuti ex parte sui scilicet virtutis: et inimicū virtuti ex parte: qm̄ est amicum inimico eius: et est materia: quare est adiuuās vtrūq3 eap: quāobrē indigem9 in regimine eius canone. Et nos singulare ca. ei si deus voluerit faciem9. ¶ Scias ꝙ nō est tibi possibile curare febrē nisi cognoueris eā. ¶ Qd̄ si ignoraueris: tunc subtilia regimen. ¶ Et prouide ne occurrat paroxismo nisi ventrem habeat vacuū. ¶ Et non moueas in die paroxismi aliquid quantum possibile est tibi: neq3 cures febrem. ¶ Et o3 vt obserues in omnibus illis dispōnē virtutis. ¶ Qd̄ si fuerit fortis: et fuerit illud qd̄ vincit sanguis: aut cū humore q vicit sanguis: tūc flobotomia est magis ꝯueniēs: et ꝓprie cū vrina est rubea grossa nō citrina ignea ex qua timeat apud flobotomiā victoria colere et acuitas eius. ¶ Deinde fac sequi flobotomiā solonē ventris subtilē: ꝓprie si fuerit illic siccitas cum eis que sunt sicut aqua ordei: et alsiracost pauco: et aqua ordei cum sirupo acetoso. ¶ Et si natura nō fuerit lenis: adde in eo quod est sicut siracost quod sit sicut sirupus vio. ¶ Et sit vltimitas lenificatio: nō fluxus ventris: et non solutio laboriosa. ¶ Et magis dilectum est apud me administratio clysteriorum ſm vltimitatem qua indigetur in virtute. Et de clysteribus cōmunis iuuamenti lenibus est clystere factū ex oleo violato: et succo folior̄ sicle: et vitello oui: et zuccaro ru. et baurac. ¶ Cū ergo lenieris hac lenificatione: forrasse indigebis eo debiliore ꝙ̄ illud quo indiguisti in principio: et illud est quando natura est obediens. ¶ Deinde fac ipsum sequi ea que vrinam prouocet: sicut sirupus aceto-

sus decoctus cum radice apij ⁊ similibus. ¶ Deinde fac ipsum sudare: ⁊ aperi meatus cum illis in quibus non sit calor fortis: sicut cum inunctione ex oleo camomillino ⁊ fricatione cum vino albo: ⁊ cuz aqua dulci tepida. ¶ Et si febris fuerit acuta non inuenis excusationez ab inunctione ⁊ embrocatione. ¶ Quod si inuenis humorez in primis declinare ad stomachum: fac vomere cum eis in quibus non sit diuersitas cōnsuetudinis: imo cum eis que sunt sicut sirupus acetosus cum aqua calida cum natura mouet humorem ad vomitum ⁊ non diuersifices eā. ¶ Quod si fuerit illic declinatio ad intestina ⁊ senseris rugitum ⁊ descensum fecis: tunc adhibe quod soluat ventrem. ¶ Et prohibe eum a somno in principijs febriū: ꝓpter qn̄ est horripilatio aut frigus ⁊ rigor: qm̄ ꝓlōgant sup eū frigus ⁊ rigor. ipa nāqz exꝓmūt materias si fuerint eūtes ad q̄dā viscera: ⁊ ꝓhibēt digestionē humoꝝ. ¶ Apud declinatōez vero est iuuatiuus valde: ⁊ fortasse non nocet apud statuz. ¶ Et nō ꝓhibeas ei aquam frgidam: nisi fuerit humor qui est in eo crudus ⁊ grossus: tunc enim prohibet digestionem. ¶ Et scias ꝙ quādo flobotomia iuuat: deinde vteris via mala: tunc nō purgatur. ¶ Humoris autez colerici digestio est vt conuersus a subtilitate fiat spissus. Et aqua quidez frigida facit illud. Nisi sit stomachꝰ aut epar debile: aut frigidum. Aut sit in visceribus apostema. Aut sit in visceribus dolor. Aut sit cōplexio eius pauci sanguinis. Aut caliditas eiꝰ innata debilis quare debilitatꝫ post potum aque frigide. Aut sit nō consuetus potare aquam frigidā: sicut illi qui sunt de regione calida: isti enim spasmantꝫ velociter: ⁊ associatur eis singultus: ⁊ extenuatus est de hac summa. ¶ Ubi autem materia calida. Aut grossa iam digesta est. Et corpus est carnosum. Et caliditas innata exuberans: ⁊ virtus est fortis: ⁊ viscera sana. Non frigida eorū complexio radicalis. Non insueta aque frigide: imo assueta aqua frigida valde. tunc aqua frigida est melior res. Multotiens enī adiuuat ad expellendum materiam cum solutione nature: aut per vomitum: aut per vrinam: aut per sudorem: aut per oīa illa: quare fit statim vt sanetur. ¶ Et qn̄qꝫ dat in potu medicus de aqua frigida infirmo quantitatez plurimam adeo donec color eius fiat viridis ⁊ tremat que sit saltem perueniens vsqꝫ ad eminam vnam ⁊ dimidiam. Et fortasse conuertitur febris ad flegmaticam. Et fortasse confortatur natura: ⁊ expellit materiam cum sudore ⁊ vrina ⁊ fluxu ventris: ⁊ est sanitas. ¶ Et quandoqꝫ iterum sunt quedam prohibentia: deinde timetur malitia caliditatis ⁊ sitis ⁊ existimas ꝙ peruenitur per eam ad ariditatem vel extenuationem: non prohibeas aquam frigidam. Nam additio apostematis ⁊ cruditas eius melior est q̄ꝫ extenuatio. ¶ Et sirupus quidē acetosus quandoqꝫ etiam sedat sitim ⁊ incidit ⁊ soluit: ⁊ nocumentum ipsius apostemati nō est plurimū sicut nocumētum aque: ⁊ nō est ei vis aggregandi materiam ⁊ inspissandi eam. Et similiter iuleb plurime cōmixtionis. ¶ Et cum nō licet vt bibat aquam frigidam ⁊ fit sudax per eam timeatꝫ ꝙ nō faciat accidere ꝯstrictionē poroꝝ: quarta

Et causa febris alterius:cum euentu opilationis alterius:⁊ fortasse erit vehemētior prima. Et qñ obuiat mēbro debili corrumpit opationē ei⁹. Et multotiēs facit deglutinationē difficilē. Et facit difficultatē anhelitus. Et facit accidere tremorē:⁊ spasmū:⁊ debilitatem vesice:aut renis:aut colon. ¶ Et ille quē plurimū opꝫ ex eis prohibere a potu aque frigide est cui nocet in sanitate suasimo cum videris calefactionē fortē ⁊ cōplexionē calidam ⁊ siccam ⁊ euacuaueris:tunc qñqꝫ cōcedes infusionem fieri in aqua frigida apud declinationē ⁊ apertionē digestiōis ⁊ euacuationem humorum. Et nō est malum vt administret balneum. Et potus vini cōmixti subtilis ⁊ inunctio cum oleis lenificantib⁹. ¶ Et cum administraueris canones predictos in principio accidentium febris:tunc opꝫ post illud vt tu occuperis in digestione ⁊ euacuatiōe que nō est ſm semitā minoratiōis ⁊ desiccationis. Et iam diximus eā:imo ſm semitā abscisionis cause. ¶ Et nō euacues materiam indigestam in calido aut frigido:nisi ꝓpter necessitatē. Fortasse enim multiplicatur euacuatio humoris non ꝑueniens ad statū per digestionē vt euacuet. Et fortasse nocet euacuatio maturationi. Et fortasse ꝑmiscet cū ea malignum cum bono:ꝓpterea ꝙ mouet malignum absqꝫ digestione sua.

¶ Et tu non auscultes virum qui existimabat ꝙ intentio in digerendo est subtiliare:⁊ humor calidus est subtilis:quare non est necesse vt subtilietur. ¶ Res enī sicut dixit:imo intētio in digerēdo est equare substātiam materiei:ita vt fiat preparata ad expulsionem facilem. Et subtile imbibitum ⁊ grossum fixum ⁊ viscosum adherens totum illud non est preparatum ad expulsionem facilem:immo est necessariū vt inspisset subtile:⁊ subtilietur spissum paulatim:⁊ incidatur viscosū. ¶ Et si vir iste non audiuisset in sermone antiquorꝫ de digestione aliquid antequā dixissemus illud ⁊ rememoraret dispositionis digestionis humorū fixorum.s.qr qui de eis subtilis est indiget vt inspissetur:⁊ qui de eis spissus est indiget vt subtilietur:oporteret vt sciretur hoc per illud. ¶ Et quia non oportuit vt in seipso cōsideraret ⁊ diceret:quare vrine in febribus acutis non habent in principijs earum sedimen:deinde fiunt habentes sedimen:⁊ an sedimen laudabile est aliquid nisi humor faciens egritudinē qui iam digestus est. Quare ergo non expellitur in pñcipijs egritudinis ad salutem si est subtilitas vltimum quod intenditur in digestione:ergo necessarium est vt sit in principio febriū sanguinis ⁊ colere sedimen laudabile. ¶ Si autē nature non est possibile expellere illā superfluitatem nisi post horam in qua fit preparatio ad expellendum in vrina:tunc similiter oportet vt sciatur ꝙ arti euacuare humorem ante illam horam in qua apparet digestio in vrina est inconueniens aut difficile malum. Et fortasse mouet ⁊ non operat vltime. Et fortasse miscet malignum cum bono. ¶ Et esset melius homini huic vt bene opinaret de illis qui fuerunt sicut Gal.⁊ Hypo. in eis que scripserunt de hoc:⁊ valde attendere:⁊ tunc rediret ad contradictionem:quia omnis contradictor in primis cum est super veritatem est excusatus:verū melius esset ei

esset ei vt non consideraret in consideratione sua. ¶ Et opinor ꝙ raro
huic viro acciderunt experimēta que profuerūt in hoc capitulo ⁊ acqe
uit in eis. Et huiusmodi qdem experimentis que non sunt ɓꝫ canones
accidit eis vt nec vnum valeat: ⁊ accidit eis vt nec vnum eoꝝ sit signū:
hoc nāqꝫ est ꝯueniens. ¶ Cum aūt materia est plurima mobilis ꝑmu-
tabilis de membro ad mēbruꝫ: ⁊ existimas ꝙ nō est spaciuꝫ in digestiōe
eius: aut fortasse accidit ex ea apostema pleureticuꝫ ⁊ aliud si dimittat
faciet cadere in timorē ante tēpus in quo expectat digestio equalis ꝑ-
culdubio: tūc est necessaria euacuatio eius. Timor enim in hoc est mior
ꝙ̄ timor in illa: ⁊ cū hoc natura mouet ad expellendū eam ꝑꝑ multitu
dinem sui nocumenti. Cum ergo adiuuat natura ꝯuenit ei adiutoriuꝫ
vltimū: quare nō est excusatio eius. ¶ Et scias ꝙ flobotomia quando
est intētio sanguinis. nō est ex genere eius in qua expectat digestio ex-
pectatione que est in solutiuis: ⁊ non expectat digestio nisi in hūoribus
alijs: ⁊ cū postponit flobotomia in principio egritudinis non amplius
est ei intentio: ⁊ fortasse interficit ꝑ aduentuꝫ debilitatis virtutis. ¶ Et
similiter si times victoriā humoris: magis necessaria cautela est euacua
tio: ⁊ si non ē digest⁹ nō moueas nisi in principio. Apud statū vero non
moueas aliqd donec vincat natura ⁊ digerat: ⁊ si ipsa nō mouet moue
tu hora motus eius: ⁊ si ipsa mouet aut mouit tūc dimitte eam ⁊ opera-
tionē eius: ⁊ hoc est illud qd̄ nominauit Hypo. furiositatem vbi dixit.
Oportet vt administret medicina solutiua postꝙ̄ digerit egritudo. In
principio autē egritudinis nō oportet vt administret illud nisi egritu-
do sit furiosa: ⁊ forsitan non est ɓm plurimuꝫ furiosa: ⁊ talis est ista eua
cuatio necessaria que non est in hora sua sicut cibatio necessaria que nō
est in hora sua: ⁊ proportio istius euacuationis ad cessandum ex mali-
tia materie est sicut proportio illius cibationis ad prohibendum virtu
tem a casu suo. ¶ Cum ergo exerces euacuationem tunc considera ho
ram interpollationis: aut horam ipsius temporis: aut frigidiorem ho-
ram que est in die. ¶ Et non euacues per fluxum ventris in die perio-
di. Neqꝫ flobotomes. ¶ Et non agas cum euacuatione artis ꝯtra par-
tem euacuationis nature. ¶ Et non diminuas humorem per rem que
facit statim habitudinē motus periodi. ¶ Et omnino caueatur a regi-
mine grosso in hora periodi ita vt non detur in potu aqua ordei zucca
rum neqꝫ iuleb vt non frangat periodum cum constrictione meatuuꝫ:
quoniaꝫ est timor: imo adiuua. Dicit nāqꝫ Hypo. Medicus adiutor est
nature non impediens eam. ¶ Et oꝫ vt scias ꝙ multotiens indigetur
medicina forti debili: sed eius fortitudo est ex hoc ꝙ soluit humorē vi-
scosum: ⁊ ipsius quidem debilitas est ex hoc ꝙ facit ascellare semel
aut bis. Et non euacuetur plurimum simul ita vt non cadat virtus.
¶ Et consilium quidem meum in flobotomia est vt dimittatur quātum
possibile est. Si autem non est possibile: tunc multiplicatio numeri est
melior multiplicatione quantitatis. Oportet enim vt non euacuet san
guis multum subito: quoniam euacuatur multum de eo cuius non est

necessaria euacuatio:⁊ non est in sanguine excusatio ad euacuationes
quibus fortasse indigetur ⁊ debilitatur virtus a resistendo in crisibus
expectatis.¶ Et scias q̄ quādo aggregatur dolor capitis ⁊ febris:tūc
curatio febris est dignior.¶ Et scias q̄ dolor capitis quando facit redi
re febrem declinatam ad augmentū:quare opꝫ vt sedetur.¶ Et cuꝫ in-
fans lactens febricitat:tunc oportet vt rectificetur lac matris eiꝰ.¶ Et
quando fuerit vrina icteritia in febre significat apostema:quare ē cura-
tio dare in potu aquam ordei aut sirupum acetosuꝫ. Cum ergo acqui-
scit febris intentio sit ad apostema.¶ Et quando fuerit cum febre coli-
ca:non aperietur via in dando in potu aquam ordei:immo ius galli:et
leni ius:⁊ multiplica vnctuositateꝫ eius:deinde detur in potu aqua or
dei si necesse fuerit.¶ De solutiuis vero est potio facta ex tamarindis
⁊ tereniabin ⁊ sirecost:⁊ quandoqꝫ ponit̄ in ea aqua iuleb:⁊ quandoqꝫ
ponitur in ea cassiafi.⁊ fortasse proijcitur desuper scamonea:⁊ fortasse
datur in potu scamonea sola in iuleb:⁊ fortasse est necessarium admini
strare ea que sunt sicut aloes:quādo materia est grossa:⁊ melius quod
est vt abluatur ⁊ nutriatur cum aqua endiuie: ⁊ aqua solatri: deinde
fiant ex eo pillule.¶ Mirabolanos vero citrinos quidam administra
uerunt:sed non inuenitur ab eis intentio ſm quam operent̄: constrin-
gunt enim poros eius post solutionem ventris:⁊ exasperāt viscera eo-
rum. Quod si fuerint necessarij:tunc post digestionem integram.¶ Et
aqua duorum granatorum est maximi iuuamenti expressa cum pulpis
amborum.¶ Et quādoqꝫ in horis desolutiuis que fiunt ex violis ⁊ sca-
monea:ita vt de violis sit quantitas aur̄.i.⁊ de scamonea vsqꝫ ad siliq̄
i.⁊ quandoqꝫ ponitur in eis parum mente.¶ Et quandoqꝫ fit ex infri
gidantibus extinguentibus medicina in qua ponitur scamonea:sicut
pillule huiusmodi. ℞.coriandri spodij ros.añ.ʒ.ß.camphore tosugi.i.
scamonee.xij.partem.ʒ.i.⁊ vsqꝫ ad sextā partem eius.¶ Et detur ī po-
tu eis. Aliud. ℞.siracost.ʒ.ij.tereniabin.ʒ.v.succi pomorum:de semine
succi cidonioꝝ partes equales:coriandri humidi sextam parteꝫ vnius.
Aggrega succos:⁊ submerge in eis siracost ⁊ tereniabin: ⁊ inspissetur
cum eis donec fortasse coaguletur: deinde sume camphore pondus
sexte.ʒ.i.⁊ medietas sexte scamonee.ʒ.i.⁊ pone siracost super ignem ⁊
pulueriza desuper camphoram ⁊ scamoneam:⁊ conseruentur ne resol
uantur cum vapore:deinde dimittatur donec coaguletur per se cuꝫ fa
cilitate:⁊ dosis eius sit a.ʒ.ij.vsqꝫ ad.ʒ.ij.ß.⁊ est possibile vt fiat ex tere-
niabin ⁊ siracost ⁊ zuccaro tabarzet: natif.i.forme que sunt sicut pe-
nidie:⁊ ponitur in ea scamonea ⁊ cāphora ſm quantitatē que cadit in
vna potiōe eius:⁊ cāphore vsqꝫ ad tosugi.i.scamonee vsqꝫ ad sextaꝫ.ʒ.
i.quare fit tunc aie non horribile.¶ Et febricitās quideꝫ in estate febre
frigida nō ingrediatur domum venti proprie quando sudat:vt nō cō-
uertatur materia resolutione sua.¶ Et trocisci q̄dē nō sunt conuenien
tes principijs harum febriū:nisi post digestionem ⁊ euacuationeꝫ.¶ Et
trocisci q̄deꝫ sunt magis cōuenietes ei cuius febris est adherens in suo

stomacho: quasi ipsa sit ethica. ¶ Et dimissio consuetudinis in regimine suo sentit quādoq; febrē: ⁊ nō est tantum nocumentum quoniā causa eius est dimissio consuetudinis in regimine.

¶ De cibatione febricitantium in generali. Cap. S.

Scias ꝙ conuenientiores cibi febricitātibus sunt cibi humidi ⁊ ꝓprie cuius cōplexio est humida ex infantibus: ⁊ grossis. Cōueniūt enim ex hoc ꝙ assimilant cōplexioni: ⁊ ex hoc ꝙ sunt cōtrarij egritudini. ¶ Cūq; accidit febris ⁊ natura est sicca: nō cibes penitus dū nō egreditur pfecte fex. ¶ Et op; vt occurrant eis paroxismi periodici ⁊ paroxismi qui sunt fortes ventribus ipsoꝝ vacuis in qbus nō sit cibus omnino. Nam si cibati fuerint in illa hora occupabit natura in digerēdo ⁊ dimittat digerere ⁊ expellere: ⁊ cōfirmabit egritudo ⁊ prolōgabitur. ⁊ pp illud op; vt postponant cibationē vsq; ad declinationem: ⁊ in eo qd̄ est post ipsam: ⁊ si accidat forte vt hora declinatiōis sit hora consuetudinis in cibo: tunc est melius q̄ esse potest. ¶ Et scias ꝙ de cibatione ⁊ regimine est qd̄ est subtile valde: ⁊ de eo quod est grossum valde: ⁊ de eo qd̄ est inter illa: ⁊ est pars eius decliuis ad subtile plus: ⁊ pars eius declinat ad spissum plus: ⁊ subtile vltimum in subtilitate est prohibitio cibi: ⁊ grossum valde est administratio ciborum sanorum hominū: ⁊ illi qui sequuntur latus eius subtile quod est medium est vt sit cōtentus in cibo succo granatorum: ⁊ iuleb subtili valde: ⁊ post ipsum aqua ordei subtilis: ⁊ post ipsam aqua ordei grossa: ⁊ de oleribus frigidis et humidis: sicut atriplices spinachia ⁊ blitis ⁊ similia: ⁊ postea kist ordei sicut est: ⁊ est mediū: ⁊ illi qui sequuntur latus grossi sunt galli ⁊ galline extremitates: ⁊ subtiliores eis sūt alcubugi ⁊ pulli: ⁊ subtiliores eis sunt alcanzi ⁊ oua sorbilia pauca subtilia: ⁊ pisces parui: ⁊ subtilius eis est kist ordei sicut est: ⁊ subtilius eo panis simile solutus in aqua bene frigida solutione bona subtili. Grossum autem est cibus fortis altacugizar: grossus aūt cibus fortior est eo. ¶ Et kist qdem ordei est bonus cibꝰ ipsum.n. aggregat ad glutinationē ⁊ digestionē suā ⁊ lenitatem ⁊ planitiem ⁊ lubricitatē ⁊ abstersionē ⁊ humectationeē ⁊ ɔtrarietatē febris ⁊ sedationē sitis ⁊ velocitatē penetratiōis ⁊ ablutiōē: ⁊ nō ē in eo stipticitas: quapp nō resi det: neq; figit in poris ⁊ meatibus: q̄uis sint constricti: ⁊ nō est in ea adherētia cū incidit p meri: ⁊ fortasse abstergit spissū flegmatis: ⁊ qn̄ bona sit eius decoctio nō instat oino. ¶ Et antiq quidem vsi sunt vbi necessaria est subtiliatio regiminis subtilioris regimine qd̄ est kist ordei ⁊ aqua eius ⁊ aqua mellis plurime aque: quoniā nutrimentum eius est paruū: ⁊ ꝙ ipsa facit penetrare aquā: ⁊ eius humectatio ⁊ abstersio ⁊ eius apertio ⁊ prouocatio eius est multū ⁊ caliditas eius est cōfracta: ⁊ ipsa proculdubio quandoq; addit in virtute additionem quādam quāuis sit parua: ⁊ sequitur eam sirupus acetosus de melle: sed est grossior ⁊ nutribilior ⁊ fortioris incisionis ⁊ abstersionis: ⁊ nō est in eo de calefactione de nocumēto visceꝝ calidoꝝ quod est in aq̄ mellis. Nunc autem mel canne quod est zuccarum ⁊ proprie mundissi-

catum est meliꝰ melle apis: licet eius abstersio sit minor abstersione mel
lis. Et similiter sirupus acetosus de zuccaro: ⁊ sit sufficientia in sirupo
acetoso: sed fortasse faciet incurrere rasuram intestinorum: ⁊ hoc quidē
timorosum est in egritudinibus acutis. ¶ Et nos ponemus aque ordei
potationem ⁊ sirupi acetosi sermonem singularem. ¶ Et subtiliatio-
nem quidē regiminis egri significat natura materiei: ⁊ possibilitas na
ture in digerendo ipsam ⁊ resoluendo ⁊ euacuando eā. ¶ Et dignior
horarum ad subtiliationem est status: hic enim est vehementia occupa
tionis nature in pugna materiei. Et non oportet vt ab ea recedens oc-
cupetur re alia: ⁊ proprie apud crisim: ante vero illud pugna nondum
est confirmata. Et de illis que significant ⁊ faciunt peruenire ad subti-
liationem: est vt si sit necessitas flobotomie aut resolutiōis ventris aut
clysteris aut sedationis doloris: tunc oportet vt des operam ad consu-
mandum illam necessitatem: deinde ciba si necessarius est cibus: nisi sit
prohibens aliud. ¶ Et ingrossationem quidem regiminis significat vt
requirit virtus. ¶ Et dignior horarum ad ingrossandū est hora in qua
virtus non est valde occupata in materia: ⁊ est principium egritudinis
Et oportet vt succuratur nocumento illius ingrossationis cū sparsio
ne quoniam est leuius super virtute iterum. ¶ Et estas quidē propter
suam resolutionem indiget additione cibationis ⁊ separationis eius.
nam virtus non sufficit ad digerendum illud quod multum est semel.
Et quoniam resolutio in ea est per sparsionem tunc oportet vt cambiū
sit per sparsionem. ¶ Et in hyeme est res econtrario: quoniam propter
paruitatem resolutionis eius non facit indigere cambio multo. ¶ Am
plius si multum dederit cambium subito erit tollerans ipsum ⁊ fortis
apud expulsionem eius. ¶ Et autumnus quidem est tempus malum
⁊ propter hoc oportet vt subtilietur in eo inter conseruationem virtu-
tis ⁊ inter infrigidationem materie: ⁊ spargere paulatī in eo est meliꝰ
⁊ prorsus spargere cum debilitate virtutis est melius egro. ¶ Et scias
ꝙ si nō esset illud quod pertinet virtuti esset magis necessarium vt sub
tiliaretur cibus vltima subtiliatione: sed virtus non suffert illud ⁊ de-
ficit ⁊ cū deficit nō valet curatio. ¶ Curans enim sicut sciuisti est virtus
nō medicus: quī medicus facit puenire instrumēta ad virtutē. ¶ Et cū
intellexeris hoc: tūc oportebit vt cōsideres. ¶ Nā si egritudo fuerit val
de acuta: ⁊ illud est vt vt status eius propinquus: ⁊ existimaueris ꝙ vir
tus nō deficiet in hoc tpe qđ est inter pncipiū eiꝰ vsqꝫ ad statū eius: alle
uiabis occupationē a virtute: ⁊ incitabis eā super materiā: ⁊ nō facias
eā occupari in cibo spisso: imo subtilia regimen statim cū dimissione ci-
bi omnino ⁊ proprie in die cris. ¶ Et si videris egritudinem acutā nō
valde: immo acutā absolute: tūc oportebit vt subtilies regimē: nō in vl
timo: nisi apud statū in die cris proprie: nisi pp causam maximā. ¶ Et
si videris egritudinem cronicam aut propinquam cronice: non subti-
lies regimen. Uirtus enim non saluabitur vsqꝫ ad statum subtiliatio-
ne regiminis. Uerum est tibi necessarium cum hoc in omnibus specie-

bus vt sit principium tui regiminis grossius: et postremum tui regimi-
nis prouenīens ad statum subtilius. Et gradatim procedas in eo quod
est inter illa ita vt virtus sit consueta vsqꝫ ꝓpe statũ: tũc enim intende
super mãm: et si nõ sis occupatus in alio. ¶ Et qñ scis ꝙ virtus est for-
tis tũc fortasse necessariũ facit dispositio: vt sis contentus iuleb solo: et si
non plus saltem hebdomada vna: et proprie in febribus apostematum.
¶ Quod si timueris debilitatẽ sis cõtentus aqua ordei. ¶ Et cuȝ ambi-
gua sit tibi dispositio in egritudine et nõ cognoscis eaȝ: tũc vt declines
ad subtiliationẽ est meli⁹ ꝙ̃ vt declines ad additionẽ: te obseruãte vir-
tutẽ et tollerantiã. ¶ Et illius quidẽ qui existimauit ꝙ cibatio in febre
acuta est melior: quoniã non est intentio in digestione et in euacuatione
cũ volueris: faciat id natura: aut non faciat errorẽ iaȝ te scire feci: imo
qñ times casuȝ virtutis tũc cibatio est melior. ¶ Et de corporibus sunt
corpora colerica que requirũt regimen diuersum ab illo quod dixim⁹:
et ꝓprie qñ sunt assueta comestione plurima: ipsi enim cum non cibant
saltez in principio febris: imo in hora que est prauior ea: et est hora stat⁹:
non vacue sunt dispositiones eorum a duabus rebus. Quoniaȝ cũ ipsi
sint debilium virtutum superuenit ei sincopis et moriuntur in paroxis-
mo. Et si sunt fortium virtutũ cadunt in extenuationẽ et apparẽt super
eos signa ariditatis ex minoratione nasi: et profundatione oculoꝝ: et ꝙ
tempora sunt depressa: et fortasse superuenit eis sincopis ante illud ꝓp
illud qđ effundit ad stomachos coꝝ de colera mordicatiua. ¶ Et sunt
de hominib⁹ quidam qui sunt exuberantis carnis: sed cũ abscindit ab
eis cibus debilitant et extenuationẽ incurrunt: quare nõ tollerãt ꝓhi-
bitionem cibi. ¶ Et omnis cuius calor innatus fortis est valde aut plu
rimus: aut calor innatus est valde debilis: non põt dimittere cibũ. ¶ Et
de eis sunt quibus accidit dolor et lesio in stomacho et dolor capitis ꝓp
cõmunitatem: et isti sunt de hoc genere. Et istis fortasse sufficit aqua or-
dei: et fortasse egent vt misceant succũ granatoꝝ et similia illi vt confor-
tet os stomachi. Et quandoqꝫ est nobis necessariuȝ vt faciamus eos vo
mere cum facilitate ante cibum. Et in plurimis istorum si debilitantur
et proprie si superuenit eis sincopis: causa non est vehementia debilita
tis: immo effusio materiei ad os stomachi. Cum ergo sumunt in potu
sirupum acetosum permixtum cum aqua calida multa aut vinum
permixtum cum aqua multa: euomunt in vomitu humores colericos:
et virtus eorum fit fortis. Cumqꝫ cibantur aliquo robub stipticorum se
dantur. ¶ Et senes quidem et debiles et infantes sunt de genere eorum
qui non tolerant famem. De primis vero senibus sunt qui non sunt ve
hementis tollerantie famis. Et sequũtur eos adolescẽtes: et proprie ha-
bentes solida membra amplas venas in aere frigido. ¶ Et multotiẽs
quidem errat medicus in huiusmodi egrotis ₰m alium modum: quo-
niam ipse prohibet eis cibum in principio rei: et quando appropinquat
status et sciunt ꝙ cadit virtus cibant in illa hora necessario. Jam vero
ergo errauerũt duobus modis. Et si ipsi cibarent eos in principio esset

error ille ⁊ ignorantia infra hunc errorem: ⁊ accidit istis egris vt acci/dant eis catarri nauseatiui ⁊ colerici ⁊ vigilatio propter resolutionem ⁊ priuationem digestionis: ⁊ inquieti fiunt ⁊ alleuiant ⁊ coartātur ma/terie ⁊ virtutes eorum: ⁊ multiplicantur ipsorum vapores: quare au/diunt id quod non est: ⁊ tremunt: et citantur vel saliunt: et permutan/tur in lectis: et imaginantur quod non est: et tremunt vel saliunt labia eorum inferiora propter dolorem oris stomachi: et contristantur anime eorum propter grauitatem materiei.

¶ Canon in dādo in potu aquā ordei et sirupū acetosum. Cap. 9.

Aqua ordei quedam est in qua non est de corpore ordei nisi quod est sicut virtus et forma: et non est ei introitus in curatiōe aut fi/ducia in iuuamento nisi quando est complete decoctionis. ¶ Et que de ea est melior est vt sit aque quātitas sacraiati. 20. et ordei sacraiati. 1. et sit iam reducta proprie ad. 5. assumatur illud quod de ea rubeum est et subtile. Hoc enim est subtile cuius nutrimentuȝ est minus et cuiꝰ hu mectatio est maior et ablutio eius et extractio superfluitatum ab ea et digestio facta ab ipsa est multa equalis. ¶ Et de ea est ī qua est aliquid de corpore ordei et farina eius. ¶ Et magis dilectum mihi in huiusmo di est vt non sit plurimum decoctum: immo ꝯm mensuram que aufe/rat inflationem: et non perueniat ad hoc vt faciat ipsam viscosam ve/hementer: et huiusmodi quidem est pluris nutrimenti et minoris ablu tionis et digestionis: et accidit ei multotiens vt acetet in stomacho fri gido in substantia sua: et si sit in eo calor extraneus multus de malitia complexionis. ¶ Et aqua quidem ordei quādoqȝ est decocta ex ordeo ipso sicut est: et quandoqȝ est excorticatum. ¶ Et melior quidem siru/pus acetosus apud me est ille in quo ponitur zuccarum in vase: dein/de funditur super ipsum acetum forte quod fit de vino tante quantita tis vt eleuetur super dorsum zuccari: immo dimittat ipsum discoper/tum: deinde ponuntur sub vase carbones quieti et cinis calidus donec liquefiat zuccarū in aceto sine ebullitione: deinde colligitur spuma et dimittitur vna hora cum multo calore donec misceatur zuccarum cum aceto: deinde funditur super ipsam aque quantitas duorum digitorum et bulliat vsqȝ ad spissitudinem. ¶ Et aggregare sirupuȝ acetosum et aquā ordei simul est illaudabile: quoniam corrumpit aquam ordei ꝯm plurimum. ¶ Et non oportet vt detur in potu aqua ordei cum siccitas nature adest: immo ante ipsam fiat clystere. ¶ Quod si acetet in stoma cho detur in potu quod de ea est magis subtile. Quod si acetat coqua/tur cum ea radix apij et eius simile. Si vero acetat iterum: tunc necessa rium est vt misceatur aliquid piperis cum ea proprie quando materia nō est vehementis subtilitatis et caliditatis. ¶ Et quando multiplica tur eius inflatio: tūc misceatur cū ea ad calefacieñ. paꝝ aceti vini ace/tosi. ¶ Uerum cū sirupus acetosus in potu datur incidit humores et p̄/parat superfluitates ad expulsionem: et tu consequenter post duas ho/

ras da aquam alkist ordei subtilem predictam vt abluat quod incisit & abstergat id & extrahat ipsum per sudorem & prouocationem. ¶ Et nō est nocumentum si detur in potu sirupus acetosus apud cenam cū iam separatus est cibus a stomacho. ¶ Quandoqꝫ est necessariuꝫ vt premittatur iuleb ante aquam ordei vt addat in humectatione: & illud est cuꝫ vides siccitatem dominantem super corpus & linguā. ¶ Et qñqꝫ est necessarium vt premittatur ante ipsam ad leniendum naturam aliquid de tamarindis ante illud per duas horas.

¶ De curationibus febrium acutarum. Capitulum. 10.

Quod dictum est de regimine lenificationis & prouocationis & sudationis & digestionis deinde euacuationis cum medicina post illud. Et quod dictum est de cibatione post ipsum est illud quod oportuit nos rememorari hic. ¶ At modi extinctionis vehementie caliditatis sunt cum infrigidatione aeris. Et cum infrigidatione cibi. Et cum epithimatibus & emplastris. Et cum medicinis. Et cum retentione eorum que sunt sicut mucillago psilij: & mucillago granorū cydoniorū & succus portulace: & succus liquiritie in ore vt sedetur sitis. Nam assiduare gutturi patientis egritudinem calidam aliquid vt remaneat os humidum et non exiccetur in curis est iuuatiuum valde: et quandoqꝫ iuuatur per administrationem clisteris facti ex succo melonis indi: et cucumeris: e cucurbite: et portulace cum oleo rosaceo: et cum aliquantulo camphore iuuamento maximo. ¶ Et opꝫ vt sit aer infrigidatus quantum possibile: et eius infrigidatio est per prohibitionem frequentie: et per suspensionem flagellorum multorum: et per positionem niuis plurime: et si domus est proximi temporis exquo linita fuerit luto et ꝓprie illo in quo ponitur loco palee cotum papyri:: tunc est melius: et quandoqꝫ preparantur in ea manationes vt fontiuꝫ: et rorationes et currit in ea aqua dulcis. Aut stratus est super lacunam coopertam cum reti: et est stratus super quem dormitur ex tabari et his similibus: et reliquus stratus est ex extremitatibus salicum et cydoniorum et myrti aspersis aqua ros. viol. et nenufaris et ros. viol. Et ponūtur quādoqꝫ calathi in quibus sunt ordines de frustis fructuū boni odoris frigidorū: sicut malorum acetosoꝝ & cydonioꝝ & minoꝝ pirorum boni odoris aspersis in aqua ros. & nenufare: & salicibus super que sunt puluerizata sandali & rose & cāphora: & super que iā distillatū est parum vini odoriferi: tūc est illud qđ est vltimum. ¶ Hoc est regimē aeris. ¶ Regimen autē cibi iaꝫ sciuisti. ¶ Et si volūtas adest vt cū infrigidatione sit lenificatio: tūc detur aqua cucurbite & aqua melonis indi ꝓprie & aqua cucumeris: & lactuca cū aceto est vltima. ¶ Et qđ cōueniens est ad sedandū sitim eoruꝫ est foca factum ex pane simile cū aqua casei accepta ex dogo post colationem vehemētem. ¶ Et si adest volūtas vt cū sedatione sit retētio: tūc detur succus granati muzi & acetosi & aqua acreste & aqua mori de sce-

mi ⁊ aqua acetoſitatis limonis non ſalſi ⁊ aqua acetoſitatis citri ⁊ que
ſunt his ſimilia: ⁊ aqua cereſculi ⁊ eſt berberis. ¶ Epithimata vero ⁊ em
plaſtra ſint ex ſuccis notis ⁊ proprie aqua ro. aut ſucco roſarū recētiū
cum ſandal: ⁊ camphora ⁊ aq̄ coriandri ⁊ endiuie. cum iſtis.n. eſt infri
gidatio plurima: ⁊ mucillago pſilij cum aceto ⁊ aqua roſ. eſt huius ge-
neris. ¶ Et embrocare epar cū infrigidantibus eſt res maxima ⁊ ma-
gis iuuans. Nam cum equatur eſt in eo maior pars rectificationis. Et
fortaſſe rectificat aquaz. ¶ Et quādo illic eſt catarrus ⁊ tuſſis aut in ca
pite eius eſt grauitas aut tenſio: ſignificat multitudinē vapoꝝ. Quare
oportet ne fundatur ſuper caput aqua aut acetuz: imo occupetur cum
inclinatione capitis ſuper vapores aque ſm ꝙ diſpoſitio facit illud ne
ceſſarium. ¶ Si vero non fuerit catarrus neq; aliqd eoꝝ que diximus:
tūc adminiſtra de embrocis ⁊ epithimatibus que ſcis. ¶ Et nocibilior
embroca in huiuſmodi diſpoſitiōe repletionis capitis eſt mulſio lactis
ſuper caput. fortaſſe enim facit accidere apoſtema in capite ⁊ perdi-
tionem. ¶ Et magis ſalua horarum embrocationis capitis cum reple-
tione eius eſt vt ſit vapor colericus non humidus: imo in huiuſmodi
hora fortaſſe non nocet applicatio lactis: imo confert. Et cognoſcit ex
diſpoſitione ſomni ⁊ vigilijs ⁊ humiditate ſupioꝝ partiū nariuz ⁊ eaꝝ
ſiccitate. Cum ergo videris ſomnum aut profunditatem ſomni: aut hu
miditatem ſuperioꝝ partium nariuz: tunc caue embrocationez ⁊ mun-
ctionem: ⁊ ſtude in attrahēdo materiaz ad inferiora. ¶ Et cuz videris
rubedinem in naſo ⁊ facie vehementē: tunc non erit maluz vt ſcias cur
rere ſanguinem ex naribus. ¶ Et infrigida epar cum emplaſtris. ¶ Et
cū infrigidas caue ne occurras cū infrigidatione vehemēti hora ſudo
ris ⁊ reſolutionis: imo oportet vt obſerues illud: fortaſſe eniz ſit cauſa
in elongatione egritudinis: licet quandoq; ſit longitudo egritudinis
ſaluior ꝙ ipſius acuitas. ¶ Et oportet vt caueas in febribus acutis ca-
ſum raſure quoniaz addit in debilitate virtutis: ⁊ terretur natura a re
ceptione ſuperfluitatum ad inteſtina: ⁊ ab expulſione earum ab eis pp
victoriam ſuperfluitatum. Et fortaſſe redeunt ſuperfluitates ad ſupio-
ra ⁊ ledūt hypocūdria ⁊ inflant ea ⁊ ledūt caput. ¶ Et quandoq; eſt in
potu papaueris iuuamentum mirabile in inſpiſſando materiam ſubti
lem. quare digerit in faciendo ſomnum.

¶ Rememoratio accītiū q̄ difficilia ſunt in febrib⁹ acutis. Cap. II.

LOquamur itaq; in primis de accidentibus que vehemētia ſunt in
febribus: ⁊ de curatione eorum: ⁊ feſtinemus ad diſtinguenduz fe
bres acutas. Et hec quidez accidentia ſunt ſicut rigor ⁊ frigus ⁊ horri
pilatio: ⁊ ſicut ſudor plurimus: ⁊ ſicut fluxus ſanguinis narium ſuper
fluus: ⁊ ſicut vomitus laborioſus: ⁊ fluxus ventris debilitans: ⁊ ſicut ſi
tis que nō tolleratur: ⁊ ſicut profunditas ſomni ſuperflua: ⁊ ſicut vigi
latio inſepabilis: ⁊ ſicut aſpitas lingue: ⁊ offuſcatio oris: ⁊ ſicut ſternu-
tatio continua: ⁊ dolor capitis prauus: ⁊ tuſſis frequēs: ⁊ ſicut caſus ap
petitus: ⁊ boliſmus: ⁊ ſicut appetitus caninus: ⁊ ſingultus.

¶ De regimie rigoris ꝛ horripilatōis cū supfluūt. Cap. 12

Quod est de hoc sequens sudorem rectificatur velociter ꝛ non indiget regimine. Et cretico non oportet vt contrarium fiat per remotionem: ꝛ non est de illis que debilitant ꝛ faciunt aliud. ¶ Et quandoqꝫ sedatur cum ligatione extremitatum: ꝛ fricatione facili: ꝛ cum calefactione coopture: ꝛ cum vnctione de oleo de aneto ꝛ de camomilla si indigetur eo. ¶ In forti autem quādo perseuerat: siue sit in febribus siue sit in aliis: oportet vt ligētur extremitates in locis plurimis. ¶ Et inunctio fiat cum oleo camomellino ꝛ radice lilij. ¶ Et sunt de hominibus qui confortant illud cum eis que sunt sicut cardamomum ꝛ castoreum ꝛ ruta ꝛ sceha ꝛ calamentuꝫ ꝛ baurach ꝛ piper ꝛ piretrum. ¶ Et quandoqꝫ pertransit illud ad administrādū linimēta ex synapi ꝛ assa fetida. ¶ E quandoqꝫ decoquuntur medicine iste in aqua: deinde coquatur in ea aliquod oleum. ¶ Et aqua eruce fortis in hoc capitulo per se sola aut cum oleo aliquo quod decoquitur cū ea. Et similiter decoctio ozimi ꝛ aqua eius.

¶ Confectio olei boni. Caplm. 13.

Sumatur anetum siccum ꝛ mirrha ꝛ ruta ꝛ calamentuꝫ ꝛ piper ꝛ piretrum: coquantur in vino decoctione vltima: deinde decoquatur colatum in tanto quantum est medietas eius de oleo sisamino vsqꝫ quo consumatur aqua ꝛ remaneat oleum ꝛ administretur inungendo. ¶ Et de oleis fortibus in eis in tali qualis est rigor quartane est oleum de costo ꝛ oleum de sceha ꝛ oleum de abrotano ꝛ oleum de lilio ꝛ oleuꝫ de mirrha ꝛ ponat in vnc.i.olei.pondus.ʒ.iij.pipis ꝛ.vi.ʒ.i. piretri tritoruꝫ. ¶ Et administretur absynthiū decoctuꝫ in oleo aliquo: aut oleū oliue in quo decoctum est apium. ¶ Et introitus in oleum leuis caliditatis est iuuatiuus valde: ꝛ fortasse necessarie sunt potiones. ¶ Et multotiens sedatur cum aqua calida leuis caliditatis ꝛ cum curatione super vaporem eius. ¶ Et quando non sedatur per id si materia est grossa decoquantur in aqua anisum calamentū ꝛ semen apij ꝛ mastix ꝛ eruca ꝛ anetū ꝛ similia. ¶ Et balneetur in aqua in qua decocta sint ea que sunt sicut sceha ꝛ abrotanū ꝛ calamentū ꝛ anetum ꝛ squinantū et ruta et sansucus et costus et semina calida. ¶ Et omnes medicine fortis prouocationis sedant rigorem. ¶ Et de medicinis sedantibus rigoreꝫ maximum in quartana et similibus sibi est vt bibatur de costo aure.i.cum aqua calida. et de agarico quantum de ipso in aqua calida: et in agarico est iuuamentum. ¶ Et quādoqꝫ ponitur cum eo parum opij: quoniā facit dormire et facit sudare et ꝓhibet vehementiā rigoris et alia. ¶ Et iterum ireos quantitas aurei.i.in aqua calida. ¶ Et de compositis est tyriaca diatesseron: et electuaria alia: et dyacyminuꝫ: ꝛ diacalamētuꝫ: ꝛ diapipereon: et sirupus de melle in quo feruēt sicut assa ruta et piretꝛ et piper. ¶ Pillule experte que dantur in potu ante rigorē per horam vnam infirmo erecto vel stante super lectuꝫ suū vel scamnū suū et aere eius calefacto cū igne et cooptimēto: quoniā temperant ipsuꝫ aut phi-

bent quarum confectio. ℞. storacis myrrhe opij oppoponaci omnium ana partem .1. conficiantur cum butyro: et sit dosis eius quātitas fabe. ¶ Et iterū sumant oppoponaci castorei dauci asse piretri opij añ. partes equales: fiat sicut primo fit. ¶ Descriptio bona. ℞. oppoponaci serapini aniudez et cimini carmeni et seminis apij pipis añ. aur. .1.5. semis iusquiami albi croci aristologie castorei euforbij myrrhe ameos zinziberis omniū ana pōdus tertie .3.1. semis halmel piretri oiuz añ. aur. .1. conficiant cum melle: et dosis eius sit auellana cuz aqua calida valde. ¶ Et fortasse est necessariū in eo vt detur in potu vinuz calefactū et cibi calefacti. ¶ Et solutio ventris cū eis que sunt sicut hiera et diacidonten et dyasinicon. Immo qñ est rigor paruus: et pprie sine febre detur ān potu pillule fetide qm̄ ipse sunt sanitas eius.

¶ Regimen sudoris superflui in febribus. Caplm̄. 14.

Oportet ne sudor creticus quantuz possibile est restringat. ¶ Cum aūt euenit necessitas et ptransit terminū: tūc opz vt euentet et infrigidetur locus. ¶ Si aūt nō excusat: tunc sup instrm̄ positus quo pueri vel iuuenes solent in aere ꝯcuti cōmoueat in loco frigido. ¶ Et nō opz vt occupet in exiccando illud qđ rorandū egredit faciendo exuccationē post exuccationē: nā illud est occasio ad illđ puocādū et multiplicādū: et fortasse attrahit sincopiz. Nā ei⁹ abstersio addit in ipz: et ei⁹ dimissio restrigit ipm. ¶ Et oz vt inūgat euz cū oleo ro. forti et oleo myrtino: aut cū oleo de salicib⁹ et cū oleo de balaustijs. Aut fiat oleū cū aqs i qb⁹ decoquunt cydonia pōtica et mala pontica et rose et balaustie et charabe cōtritū sicut puluis qui apparet in radio solis et similia qm̄ restringit. ¶ Et qñqz restringit acetū mixtū cum aq̄ et succus acreste et decoctio balaustiaꝝ et decoctio gallaꝝ et decoctio myrti et succus salicis est mirabilis et aque semperuiue. ¶ Et cū res fit vehemēs liniat cū mucillaginibus frigidis et cū gūmi: et pprie cū emplastrat his duob⁹ et euētat. ¶ Et quando vehemēs fit res oz vt ponat nix sup extrema: et sola sint in ea extrema, aut balneet cum aqua frigida si suffert eam.

¶ Regimen fluxus sanguinis nariū superflui. Cap. 15.

Oportet vt nō pperet ad phibēdū illū q creticus est quantū possibile est. ¶ Cū aūt est necesse phibere fluxū sanguinis nariū in febribus acutis: tunc liga extrema: et pone ventosas sup latus qđ sequtur latus fluxus sanguinis nariū. Deinde ꝯsequēter adhibe regimē illius loci. fortasse enim possibile erit tibi vt infrigides et restringat p illud: et ante vel nō ponas vētosas desup: et distilla in nasuz aliquas distillationes pdictas in caplo flux⁹ sanguis nariū: et cū nō est phibēs aliqđ infrigida caput cū infrigidātib⁹ predictis in eo: et qñqz aduenit patiētibus quartanā fluxus sanguinis nariū: quare oz vt iuues cū facietib⁹ fluere sanguinē ex narib⁹ scitis: in ipso enim est sanatio quartane. Si vero superfluitatē timuerimus: faciemus sicut illud qđ fecimus.

¶ Regimē vomitus qui accidit eis: Caplm̄. 16.

Creticus iterū nō abscindat nisi apud necessitatē. Et ſm plurimū

abscindat in eis p vomitũ: ⁊ p adiutoriũ eis quo extrahit humor nociuus: sicut est sirupus acetosus ⁊ aqua calida. Et qñq₃ est necessariũ vt confortet virtus: quare ponat loco sirupi acetosi puri sirupꝰ acetosus cũ seminibꝰ. ¶ Et si humor est imbibitus ⁊ grossus: tũc oꝫ vt fiat solutio dando in potu qđ est sicut aloes ⁊ hiera. ¶ Et qñ nõ ẽ imbibitus fortasse cõfert hiera ⁊ aloes. ¶ Et si est imbibitus nõ grossus: mũdat ipm sirupus acetosus cũ aqua calida: deinde equat ip₃ post illud aqua granatoꝝ q̃ bibat. Qđ si euomuerit eã bibat ipsa₃ vice alia donec equetur ⁊ quiescat. Et silr sirupꝰ de menta cũ granis granatoꝝ: ⁊ fortasse sedat ipsu₃ in frigidatio stomachi. ¶ Et nõ oꝫ vt approximet rebus ponticis ⁊ sedantibus vomitũ cũ ponticitate sua ⁊ acetositate sua stiptica ille q vomit pp humorẽ imbibitũ: q₂ est malu₃: ⁊ addit imbibitioni. Sed non imbibito fortasse faciẽt eũ deijcere deorsum q̃uis sit grossus. Et fortasse iuuabunt virtutẽ stomachi ad expellendũ cũ per supiora. ¶ Et qñ assiduauerit vomitus de colera ⁊ nõ fuerit de genere imbibiti: tunc vtere stipticis: ⁊ ꝓprie emplastris iuuãtibus factis ex corticibus granatoꝝ ⁊ gallis ⁊ his silibus cũ vino pmixto aut aceto pmixto. ¶ Et ad vomitũ quidem colere nigre superfluũ submergat spongia in aceto ⁊ ponatur super stomachũ. Qđ si necessariũ fuerit aliqđ fortius: administra medicinas predictas in capitulo retentionis vomitus.

¶ Regimen fluxus ventris qui accidit eis. Caplm. 17.

Iam singulr in caplo fluxus ventris locuti sumus in hac intẽtiõe Ergo redeamus ad illud. ¶ Et de illis que ꝯferunt ex via ciboꝝ sunt almes torrefacti: ⁊ lentes torrefacte: ⁊ coriandrũ: quodcũq₃ horũ duoꝝ fuerit elixet: ⁊ fundat aqua ab eo: ⁊ ꝓprie qñ fit acetosum cũ granis granatoꝝ quoniam est bonum.

¶ Regimen sitis eoꝝ superflue. Caplm. 18.

Oportet vt inungat caput cu₃ oleo frigido valde qđ fundat super ipsu₃: ⁊ ponat sup caput si nõ fuerit qđ ꝓhibeat. ⁊ cũ aquis infrigidãtibꝰ: ⁊ retẽtiõe mucillaginis seminis cydonioꝝ pmixte cũ oleo ro. vltimo. Aut infusiõis prunoꝝ ⁊ medullaꝝ cucumeris ⁊ alked ⁊ cucurbite ⁊ seminis lactuce nigre ⁊ radicũ liquiritie: ⁊ pillulaꝝ descriptaru₃ in antidotario ad sitim. Et de illis que masticant est almosofat ⁊ sunt tamarindi: ⁊ sitis quidem qñq₃ fit ex frigore: ⁊ abscindit eam somnus. ¶ Et qñq₃ fit ex calore: ⁊ abscindunt eam vigilie.

¶ De ꝓfunditate somni que accidit eis. Caplm. 19.

Oportet vt remoueant a ꝓfunditate somni cũ fabulis ⁊ his similibus per voces: ⁊ ligentur membra eoꝝ inferiora ligatione dolorosa: postq̃ nõ fuerit qđ ꝓhibeat. ¶ Et superponat colliriũ subtile si nã fuerit restricta ⁊ in hora quietis ⁊ tpe assiduitatis: ⁊ ventosetur qđ est inter ambas spatulas ⁊ spondiles.

¶ De grauitate capitum eoꝝ. Caplm. 20.

Oportet vt alienetur ab eis emulsio lactis super capita eorum: aut effusio olei super ea: aut embroca: aut caputpurgium. . Immo

sunt conuenienti vaporationibus factis cuz embrocis ex camomilla: et sint in eis viole et furfur et his similia.

¶ De inquietudine hntium febres et aliorum. Cap.21.

Or facere vero oleum viol. cuz oleo de semine lactuce et oleo nenufarino: et oleo de cucurbita: et adherere aliquid de stupefacientibus famosis super tempora: et incuruare caput super vapores humectantes: et odorare nenufar et poma mandragore et alsehesebran aspersum ex longinquo: et embroce humectantes: et res quas scis: et similiter si non fuerit quod prohibeat detur in potu syrupus papaueris et lohoc eius. Deinde multiplicentur inter manus eius candele et eleuentur voces cum fabulis: et ligentur cum institis extremitates eius ligatione dolorosa parum cum ansis que resoluantur velociter. Deinde precipiatur ei vt dormiat et claudat oculos. Cumque dormit parum extinguantur candele: et cessent voces: et soluantur anse quoniam dormiet: et cum inuenit leuitatem et quietem ex paroxismo aut vehementia: assiduet ablutionem faciei cum aqua in qua decoctum est papauer nigrum cum aliquantulo mandragore et radice eius: et cum est illic humor baurachius: confert aqua in qua cocta sint sisimbrium et mellilotum et alhacuen et papauer abluendo faciem et incuruando super vaporem eius.

¶ De dolore ventris qui accidit eis. Cap.22.

Fit ex effusione colere ad stomachum: et si accidit in principio prohdi eius: detur in potu parum syrupi de malis cum syrupo acetoso.

¶ De asperitate lingue eorum. Cap.23.

In essentia quidem viscositatis fricetur cum brusco aut cum virgis salicis cum oleo amigdalino et zuccaro tabarzet donec mundetur: aut cum spongia et pauco sale et oleo ro. in hoc non est alleuiatio multa infirmi: et post illud cum eius asperitas est non propter viscositatem: imo a siccitate oportet vt teneat in ore suo sebesten: aut nucleos prunorum: aut saltem qui asportantur de india: et est in colore salis et dulcedine mellis: et sumat de eo secundum quod dixit Archigenes quantitatem fabe vnius: et grana cydoniorum sunt ex eis que humectant linguam: et prohibent ei offuscationem. ¶ Et oportet vt non ponantur puluinaria multa: neque resupinetur dormiens: nam hec duo exiccant linguam.

¶ De sternutatione assidua que accidit eis. Ca.24.

Quandoque magnificatur nocumentum sternutationis assidue cum eis: ledit namque eos: et replet capita eorum: et debilitat eorum virtutes: et fortasse facit fluxum san. nariuz. Quare oportet vt fricetur eorum frons et collum et nasus: et aperiantur ora eorum: et fricentur eorum palata cum vehementia: et fundantur capita eorum: et conuertantur: et premantur eorum extrema: et fundantur in aures eorum olea tepida ad caliditatem parumper decliuia: et humectentur lacerti eorum et ipsorum mandibule: et ponantur super eorum ceruicibus puluinaria calefacta: et non excitentur a somno eorum subito: et minuantur a puluere et somno: et omni in cuius dolore est acuitas: et olfaciant sauich:

⁊ lutum alnalachi: ⁊ spongiam marinam.

¶ De dolore capitis qui accidit eis. Capl'm.25.

LIga extremitates eorum ⁊ proprie coxas ⁊ cū instita liga: ⁊ frica pedes eorum. Et supponantur eis collyria trahentia materiā ad inferiora: ⁊ conforta capita eorum cum infrigidantibus notis: ⁊ si non fuerit quod prohibeat ex coriza aut tussi: embrocentur capita ipsorum cum decoctione rosarum ⁊ violarum ⁊ ordei aut foliorū salicis ⁊ his similium: ⁊ similiter oleo ros. ⁊ oleo de salicibus. Et quando non excusat hoc tunc permisce embrocas infrigidantes cum lenitiuis: sicut camomilla: ⁊ stupefactiuis sicut est papauer: ⁊ non mulgeas lac nisi cum remouetur febris. Si autem virtus fuerit fortis mulgeas lac caprinū: ⁊ si fuerit debilis mulgeas lac muliebre: Et caue lac apud repletionē humidam facientem profuuditatem somni: ⁊ similiter caue humectātia. Et tu non administres humectantia: nisi vbi est vapor fumosus et caput siccum ⁊ parum somni. Et quando multiplicatur repletio in capite ex vapore humido trahe eum ad iuferiora cum collirijs ⁊ clysteribus: ⁊ stringe membra inferiora ita ꝙ testiculos.

¶ De tussi eorum. Capitulū.26.

TUssis plurimum accidit eis ex calore: aut siccitate. Quare oportꝫ vt teneant in oribus suis pillulas bichikhias: allohoc de papauere facta cum medullis fructuū frigidis ⁊ amilo ⁊ his similibus. Et vtātur ceratarijs infrigidantibus factis ex oleo ros. puro ⁊ ex mucillagine psilij ⁊ succo portulace ⁊ alijs.

¶ De destructione appetitus eoꝝ. Capl'm.27.

QUandoqꝫ est causa eius humor in ore stomachi: quod scitur ex eo quod dictum est de destructione appetitus. Et euacuatur per vomitum aut solutione ventris. Et multotiens iuuatur cum intromissione digitorum in gutture ⁊ commotione stomachi: ⁊ proprie cum vomitu expellit colericam rem aut acetosam. ¶ Et quandoqꝫ est ex vehementia debilitatis: quare curetur complexio que facit eam cum eo qđ scitur. Et oportet vt approximes eis odores bonos excitantes appetitum: sicut odor sauich infusi cum aqua ⁊ aceto. Et detur eis electuariū proportionale febricitantibus: ⁊ parum vini ⁊ succi fructuum ponticorum boni odoris. Et lambant aliquid de aceto gelatine pisciū aut edi ⁊ his similium. Et ponantur super stomchum post dies primos emplastra facta ex fructibus. Et sint in eis absynthium ⁊ aloes ſm ꝙ scis. Et inunctio eius cum oleis bonis est iuuatiua.

¶ De bolismo eorum. Capitulum.28.

OPortet vt curenṫ cū odoramētis ⁊ luto alnalachi et armeni infusi cū aceto. Et odorent almososat et panē mundū calidū et carnes assatas. Et stringe eoꝝ extremitates. Et extēdes aures eoꝝ et capillos ipsoꝝ. Et ꝯforta eoꝝ cerebra cū embrocis infrigidātibus et humectātibus. Plurimū nāqꝫ bolismi eoꝝ est ꝓp destructionē oris stōachi ꝓpter cām cōicantē ramis qui adueniūt eis cum sensu et est corpus durū ⁊

induratur: verum sensus non vltimatur cum eo.

¶ De nigredine lingue eorum. Capitulum.29.

Oportet vt nõ dimittatur super linguam nigredo: imo fricet cum eo qđ scis: & si nõ eleuabunt ad caput vapores maligni & faciẽt cadere in sirsen. ¶ De appetitu eorum canino. Capitulum.30.

Curatur cum vnctuosis frigidis & dulcibus.

¶ De sincopi q̃ accidit eis. Capitulum.31.

Quandoq3 accidit eis syncopis in principio febriu3: propter effusionem colere ad stomachos eorum. Quare oportet vt detur eis ante paroxismum: aut apud paroxismum frustum panis de simila cu3 aqua granati & aqua acreste. ¶ Et scias q̃ quando aggregantur syncopis & febris: tunc sincopis est dignior curatione. & si idiget pauco vino detur permixtum cum tribus.3. vini antiqui. & si non: sirupi malorum antiqui cuius resoluta est superfluitas. & flobotomia quidem multotiens addit in syncopi. & clistere leue est magis conueniens. & vomitus est iuuatiuus eis. & constrictio crurium & ponere manus & pedes in aqua calida. ¶ Et cum euadunt tunc de sollicitudine est vt cibentur sauich ordei in frigidato in quo sint genera granatorũ.

¶ De cõstrictione anhelitus eorum. Capitulum.32.

Constrictio anhelitus accidit eis: aut propter spasmum & siccitate3 que accidit eis in lacertis anhelitus: aut propter materia3 prefocatiuam descendentẽ ad guttur eorum: aut propter debilitatẽ que dominatur neruis venientibus ad membra anhelitus. ¶ Et prima quidem curatur cum vnguentis vel emplastris humectantibus. ¶ Et secunda cum eis que prohibent strangulationẽ. ¶ Et tertia cũ equatione complexionis in cerebro: & in vnctione colli cum eis que infrigidant & humectant: & super stomachum iterum ex eis que sunt sicut rasura cucurbite & portulace & sandali cũ oleo ro. & similibus ei.

¶ De vehemẽtia tristitie eorum: Capitulum.33.

Quando multiplicatur tristitia causa oris stomachi & aduẽtu humoris mordicatiui in eo: tunc infrigida stomachos eorum cũ eis que scis de cibis. & inungat. & dormiant in loco primo motibus aque strato extremitatibus arboru3 & fructetis frigidis & odoriferis frigidis: & nenufare: & rosis: & exparsionibus frigidis factis ex fructibus odoriferis frigidis & sandalis. ¶ Et multotiens quidem conferunt in eorum tristitia clisteria frigida facta ex aqua cucurbite & citrulli & succo portulace & semperuiue cum oleo ro.

¶ De difficultate deglutiẽdi q̃ accidit eis. Capitulum.34.

Difficultas deglutiendi cum accidit eis: & fe. fuerit conclusa: tunc flobotomia paulatim fiat. & equatio fiat ad retrahendum. & suppositoriũ est melius q̃ plurimũ solutiuũ desuper.

¶ De frigore extremitatũ qđ accidit eis. Capitulum.35.

Multotiens profundat calor eorum: & infrigidant eorum extrema. Et tendit calor submersus ad caput. Ponant ergo extremitates in aq̃

calida: et non bibant aquam frigidam.

¶ De sermone febris colerice. Caplm. 36.

Febres colerice tres sunt: tertiana cõtinua: tertiana piodica: et causon. ¶ Et tertiana qdem piodica: aut est pura: et fit a colera pura. Aut nõ pura et fit cũ putredine colere grosse substantie pp cõmixtionẽ colere cum flegmate cõmixtione aliqua complexionali vnita: et propter hoc diuersificatur ab hemitriteo: cum hemitriteũ faciant due materie separate: et hanc faciat materia vna que in seipsa est pmixta: cuz cuius calore pmiscetur aliquantulũ frigoris qd grauat suaz putredinẽ et suam resolutionẽ et suã digestionẽ: et pp illud qdez fiunt in hemitriteo duo paroxismi: et tertiane nõ pure poxismus vnus. Et hec qdẽ non pura qñqz plongatur tpe longo et circiter medietatẽ anni: et qñqz perducit ad mollitiẽ et magnitudinẽ splenis. ¶ Causon vero est de genere cõtinue: qm drĩa inter eius vehemẽtiã et eius tepoꝛez est insensata et accidentia eius sunt vehemẽtia: et causa est acuitas materiei et multitudo cũ eius casus sit circa coꝛ et in venis oris stomachi aut in ptibus epatis ppꝛie ad summum in mẽbris nobilib⁹ vicinis cordi. ¶ In tertiana vero colera est in carne: et ad ptes cutis. ¶ Et in ꝯtinua est sparsa in venis coꝛporis q̃ elõgantur a coꝛde. ¶ Et vehemẽtia qdẽ sitis: et angustia: et inquietudo: et impatiẽtia: et aliẽatio: et nausea: et amaritudo oris: et siccitas labioꝛ: et scissio eoꝛũ: et doloꝛ capitis multiplicantur in febribus colericis: et est natura in pluribus eaꝝ ad siccitatẽ decliuis: qm materie motus ẽ ad supiora: aut ad illud ad qd apparet de coꝛpoꝛe et cute.

¶ De tertiana absolute: et noĩatur triteus. Caplm. 37.

Paroxismus tertiane incipit in pꝛimis cũ hoꝛripilatione vt pũctura acus: deinde infrigidat: et incipit facere rigoꝛẽ difficilez valde difficilioꝛẽ reliqs rigoꝛibus: nõ frigidũ: aut cũ pauco frigoꝛe: et non est frigus eius nisi pp ꝓfundationem caloꝛis ad interioꝛa ad ptẽ materiei: et inuenit sicut puncturas acuũ: et hic quidẽ rigoꝛ cũ vehemẽtia sua est velocis sedatõis: et tu iã sciuisti causaz huius rigoꝛis: et fit rigoꝛ eius in tribus diebus pmis foꝛtioꝛ et vehemẽtioꝛ: et in quartana econtrario: et iteꝝ rigoꝛ incipit cũ foꝛtitudine: deinde lenitur paulatiz et minuitur velociter: et in quartana econtrario. ¶ Et sudoꝛ multiplicatur in tertiana cũ dimittit. ¶ Et fit vrina in rubea tendens ad igneam in qua nõ est multa grossitudo. Aut est nõ pura: et fit vrina eius cruda aut grossa. ¶ Et tertiane caliditas est saluioꝛ caliditate causonis: et quanto pꝛolixi⁹ manus tangit coꝛpus non additur inflammatio: immo quandoqz minuitur inflãmatio eius: et in causonide additur inflãmatio. ¶ Et accidentia que accidunt in eis in tertiana sunt vigilie sine grauitate in capite: nisi in quibusdam nõ puris et sitis et furoꝛ et ira et odium locutiõis. ¶ Et est pulsus eius acutus velox per comparationem ad reliquas febꝛes: et non est equalis constrictionis et dilatationis: quoniam humoꝛ debilitat eũ: et addit ei diuersitatem apud statum: et diuersitas in eo est sub ea que est in alijs cuz duritie; et est pulsus foꝛtioꝛ in ea; immo diuersitas

n eo non est ſm plurimum: nisi diuersitas propria cũ febre ⁊ alijs: ⁊ in principio quidem est necessarium vt coartetur pulsus vsq; ad horaz dilatationis febris: ⁊ tunc confortatur ⁊ fit velox ⁊ frequens ⁊ eius diuersitas non est multum superflua. ¶ Et quandoq; significant ipsaz etas ⁊ consuetudo ⁊ regio ⁊ ars ⁊ forma ⁊ tempus ⁊ multitudo euentus tertiane ĩ illa hora. ¶ Cum ergo cõponunt̃ due tertiane sunt paroxismi euenientes omni die. ¶ Qui ergo considerat tertianaz per paroxismũ errat in ea: imo oz vt attendantur significationes alie quas dicemus. ¶ Et patientibus quidem tertianam accidunt vigilie: ⁊ amor solitudinis: ⁊ multotiens sentiunt ebullitionem apud epar.

¶ De differentia inter tertianã purã ⁊ non purã. Cap. 38.

Pura est subtilis: leuis: cuius paroxismus consumit̃ a quattuor horis vsq; ad. 12. horas: ⁊ nõ addit sup̃ eas multum: ⁊ si addit additione multa: tunc est non pura: ⁊ est ſm plurimũ perueniens ad septem horas. ¶ Et calefit in ea corpus velociter: ⁊ vides caliditatem procedere ex corpore: ⁊ extremitates adhuc sũt frigide. ¶ Et similiter pura nõ addit cum nõ accidit error supra. 7. periodos. ¶ Et quandoq; ꝯsumit̃ propter subtilitatẽ sue materie in paroxismo vno in quo accidit vomitus aut ventris solutio mundificans. ¶ Et apparet digestio in vrina in primo die: aut in tertio: aut in quarto: aut in septimo. ¶ Si autez addit super septez periodos additionẽ plurimã: tunc est de genere nõ pure. ¶ Et similiter si prolongatur spaciũ sui rigoris. ¶ Et est additio suorũ paroxismoꝝ ⁊ antecessio eorum adinuicez ſm ordinem seruantẽ ꝓportiones similes: ⁊ in non pura est illud diuersuz nõ rectũ. ¶ Et similiter quando assimilant̃ paroxismi ſm terminuz vnum: ⁊ reliqua signa elongationis febris etiam sunt de illis que scis. ¶ Et cum vides principiuz cum rigore ſm ꝙ determinauimus: ⁊ statum cum sudore exuberanter tũc nõ dubites quin ipsa sit pura. ¶ Et in pura q̃dem cum eam habens bibit aquam ordei ꝓcedit quod est in corpore eius cuz vapore humido quasi ipse velit sudare ⁊ qñq; sudat. ¶ Et cũ non pura inuenitur grauitas plurima in capite. ¶ Et extensio. ¶ Et prolongat̃ rigor donec ꝑuenit ad vigintiquattuor horas: aut triginta horas vsq; ad horã suaz. ¶ Et tepescit donec cõplentur quadraginta hore: ⁊ per quãtitatẽ additionis paroxismi super. 12. horas est eius elongatio a paruitate. ¶ Et in tertiana q̃dem nõ pura tardat̃ apparitio digõnis. ¶ Et nõ apparet in forma offuscatio neq; extenuatio. ¶ Et fortasse non eradicatur cum sudore copioso. ¶ Et fortasse non incipit cum rigore. ¶ Et nõ est caliditas cum multa fortitudine: neq; est augmentum eius equale: imo ẽ q̃si ipsa addat̃: deinde ꝓcedit ⁊ minuit̃. ¶ Et accidẽtia seua: minorãt̃ ĩ ea.

¶ De tertiana continua. Cap. 39.

Cognoscitur per vehementiaz paroxismoꝝ tertiane: ⁊ ꝑ vehementiam accidentium tertiane: ⁊ apud Gal. quidem cũ sanguis putrefit fit de hoc genere: ⁊ de eo fiet sermo post.

¶ De cura

¶ De cura tertiane pure. Cap. 40.

Oportet rememoreris illud qđ dedimus tibi de radicibus in cura-
tione febrium de solutione ventris: ⁊ cibo: ⁊ in omnibus capitu-
lis: ⁊ fabrica super illud. ¶ Et tu quidem non auscultes sermonē eius
qui concedit in principio solutiua fortia ⁊ myrabolanos ⁊ his similia:
nisi illud qđ diximus. Immo oportet vt properes in primis ⁊ lenias le-
nitate quadam cū eis que diximus illic. ¶ Sicut sunt tamarindi quā-
titate. xl. ʒ. qui infundantur in aqua calida in nocte ⁊ colentur: proijci-
antur desuper siracost aut tereniabin aut aqua duorum granatorum.
¶ Et sicut decoctio lubleb cū terentabin ⁊ passulis enucleatis. ¶ Aut in
fusio prunoꝝ cū tereniabin: aut siracost. ¶ Aut sirupus viol. ⁊ viole cō-
dite. ¶ Et fortasse facit mucillago psilij cum quibusdam sirupis sicut
est sirupus prunoꝝ lubricitatem ⁊ lenificationem ⁊ cum decoctione lē-
tium cum iuleb. ¶ Aut clisteria lenia sicut est clistere cum decoctiōe al-
tee ⁊ iuiube ⁊ sebesten ⁊ radice lilij ⁊ oleo viol. ⁊ succo sicle ⁊ baurach
ſm modum quem scis. Et illud quando necessitas tangit ad ipsaꝫ. Re-
ctum nāqꝫ est ne in potu detur quod est sicut sorbitio ordei: neqꝫ ei simi-
le: neqꝫ cibi: nisi natura iam lenificata: ⁊ si vētris solutio in principio in
febre tertiana pura minoris sit malitie q̄ eius simile in alijs lꝫ sit eius
malitia iterum maxima. ¶ Et quando est possibile vt flobotomes vsqꝫ
ad tres periodos fac. ¶ Similiter quando times ꝙ sit egritudo furio-
sa ⁊ facis illud: erit illud qđ accidit de errore si accidit minus q̄ aliud.
¶ Et opꝫ vt nō moueas in die paroxismi aliquid nisi ꝑꝑ necessitatem.
¶ Et nō cibes nisi apud cōditiones ꝓdictas. ¶ Aut ꝓuoces vrinā cum
emulsione seminū: ⁊ opꝫ superueniat ei paroxismus dum est famelicus ⁊
non est in stomacho eius aliquid. ¶ Immo oportet vt sumat in potu si-
rupū acetosum omni mane: ⁊ post duas horas aquā ordei in die in qua
non est paroxismus. ¶ Et sirupus quidem acetosus post paroxismum
est cōueniens. ¶ Et similiter ponere pedes in aqua frigida ad trahen-
dum residuū caloris. ¶ Et ego magis diligo vt sit in sirupo acetoso: ⁊ ꝓ
prie in postremis emulsio seminum frigidorum predictorū: ⁊ ante paro
xismum per tres horas aut quattuor. ¶ Et detur in potu iterum post
paroxismum aqua ordei. ¶ Et quando necessaria est subtiliatio regimi
nis: detur in potu sicut aqua granatorum: ⁊ aqua melonis indi: ⁊ his si-
milia: ⁊ gradatim fiat eius regimen ſm modum predictuꝫ. Et quotiēs
appropinquat status subtilietur. Et in diebus primis cibetur cum kisk
ordei ⁊ pane trito cum aqua frigida: aut sicut est: aut emulctum ex eo
qui fit ex lacte acetoso ⁊ lentibus. ¶ Et quando cibus acetat in stoma-
cho non detur in potu de aqua ordei que non est valde subtilis ali-
quid. ¶ Et si necessarium fuerit dare ipsum in potu: confortetur paruꝫ
cum decoctione radicis apij. ¶ Si autē stomachus fuerit frigidior illo
⁊ febris non magna ⁊ non pura ponatur parum piperis ſm consilium
Hyp. ¶ Qđ si signa significauerint ꝙ crisis est propinqua: tūc sufficiat
ei aqua ordei: ⁊ aq̄ granatoꝝ dulcis ⁊ muzi: ⁊ sirupꝰ acetosus. ¶ Et fru-

ctus qdem qui diligunt eis sunt granata dulcia ꝛ muzi: ꝛ pruna matu-
ra ꝛ imatura. Melon vero indus ē res maximi iuuamēti cū hoc ꝙ ipse
soluit ꝛ prouocat ꝛ frangit vehemētiaȝ caloris ꝛ facit sudare: ꝛ fortasse
nō nocet nisi parum: ꝛ ex oleribus cucurbita ꝛ cucumer ꝛ alkhehedij ꝛ
lactuca. ¶ Et scias ꝙ intentio in eo quo cibant patientes tertianā: aut
est humectatio sicut datur eis in fine de extremitatibus alterlugi ꝛ de te
sticulis gallorum ꝛ cerebellis hedoꝝ cuȝ quibus nō est nausea ꝛ vitellis
ouoruȝ: aut est infrigidatio ꝛ humectatio simul sicut in kist ordei. ¶ Et
nō vltimes infrigidatiōe multa ꝛ proprie in principio: nisi inuenias in-
flāmationē vehementē: aut timeas conuersioneȝ eius ad causonidem ꝛ
continuam. ¶ Quod si ꝯsequat crisis ꝛ videris digestionē in vrina ꝛ est
sedimen laudabile qđ cognouisti: tunc si excusat bene est: ꝛ si non: cura
tūc cum eo quo iuuat natura ex ꝓuocatiōe vrine aut solutione ventris
aut vomitu aut fluxu sanguinis nariū: ꝛ non agas cōtra ipsam in hoc.
¶ Quod si nō inuenis declinationē manifestaȝ: tūc euacua cū solutiōe
ventris. Nam de illo est scamonee sexta. ʒ. i. in iuleb. Aut decoctio myra
bolanoꝝ cum tamarindis ꝛ tereniabin ꝛ passulis ꝛ radicibus ꝛ cassiafi
stula ſm ꝙ sciuisti: ꝛ tibi inest vt confortes eas cum fumoterre ꝛ sene et
scamonea: ꝛ de illis que conueniunt eis tm̄ sunt trocisci de spodio solu
tiui. ¶ Descriptio. ℞. myrabolanoꝝ citrinoꝝ enucleatoꝝ pōdus. ʒ. iiij.
zuccari tabarzet pōdus. ʒ. xx. scamonee pōdus sexte. ʒ. i. bibat cū aqua
frigida: ꝛ post illud curent cū euacuatiōe. ¶ Et si fuerit illic caliditas
superflua: ꝛ inflāmatio maxima cuȝ iam euācueris: tūc non erit ei malū
dare in potu aliqđ de extinguentibꝰ fortibus de illis que dicta sunt in
regimine acute: ꝛ fortasse conferunt ei empl'a ex eis. ¶ Balneo vero opȝ
ne approximet nisi post digōnē. Post digōnē aūt ꝛ apud declinationeȝ
est ipm melius eis: ꝛ ꝓprie cōsuetis quāuis error in intromittendo eos
in balneo anī digōnem saluior est: ꝙ̄ suum siḱe cum alijs. ¶ Et opȝ vt sit
balneū eoꝝ tēperatū boni aeris q̄ sit humidus in quo sudent cū facili-
tate: ita vt nō inflāmentur eoꝝ corpora: ꝛ inungant cum oleo vio. ꝛ ros.
cōquassato cū aqua: ꝛ non prolongent in eo morā: imo egrediant velo-
citer: nam iteratio est eis conueniētior ꝙ̄ stationis prolongatio: ꝛ si apꝰ
exitum infundant aqua tepida stent in ea ſm quātitatē declinationis.
Deinde cum egrediuntur conuenit eis vt bibant vinum album subti-
le multa cōmixtione ꝑmixtū: ꝛ cooperiantur in locis suis: sudabunt eniȝ
sudore vehementi: ꝛ si quid residuū fuerit digeretur: ꝛ post illud cibēt
cibis infrigidantibus ꝛ humectātibus et oleribus que sunt illius mo-
di. ¶ Et nō timeas post declinationē potare eos vinū plurimū ꝯmixtū.
Vinuȝ enim fractū per cōmixtionē confert quātitati residui eius in re-
soluēdo illud cuius necessaria est resolutio: ꝛ succurrit aque penetranti
cum fortitudine sua ꝛ ꝑmixtione eius quod est in eo de calefactiōe pau
ca: quare infrigidat vehementer et humectat. ¶ Et si fuerint illic acci-
dentia sitis et dolor capitis et vigiliarū et aliorum: iaȝ tibi preterijt eoꝝ
cura. ¶ Et quando post crisim remanet aliquid caloris inseparabilis

tunc tibi superest vt administres sirupum acetosum cum succis diure-
ticis: aut in quo decocta sunt semina et radices diuretice.
¶ De cura tertiane continue. ¶ Et scias quod cura tertiane continue est cu-
ra tertiane: sed est decliuior ad obseruationem dispositionum digestio-
nis: et ad infrigidandum cum sirupo acetoso facto cum seminibus: vt
semine citrulli: et semine endiuie proprie cōtritis: et post ipsum post du-
quintide sextam.ʒ.i. hierepigre.ʒ.ß.agarici.ʒ.ß. informentur pillule cū sirupo acetoso mellino ꝛ sumantur in potu. ℣ Et de illis sunt pillule de mastice ꝛ de aloe. Quod si materia fuerit ad caliditatem declinis sumantur de trociscis de spodio solutiuis.ʒ.iij.trocisci de turbith. aur.i.scamonee aur.ß.succi eupatorij aur.ij. Et dentur in potu ꝫ quātitatem virtutis. Et iterum eupatorij absynthij capilliueneris ꝛ myrabolā: fumiterre passularum mundatarum equales sumantur partes et dentur in potu ꝫm quantitatem necessitatis. ℣ Et si non suffert corpus solutionem ventris perueniatur ad diuretica ꝛ subtiliatiua ꝛ sudare facientia. Et de summa illorum quibus indigetur. tunc est infusio aloes cum melle. ¶ Et quando declinat egritudo non est tunc introitus balnei ante cibum malus. ℣ Cibi autem eorum sunt subtiles sicut acetum ꝛ oleum. Et quandoqꝫ ponitur in eis paruꝫ almuri ꝛ proprie in fine eiꝰ. ℣ Illi autem qui sunt fortiores sunt altaragi ꝛ pulli ꝛ alcubugi ꝛ his similia post declinationem. Et oportet vt ponanꝶ in eis ꝛ proprie apud digestionem ea in quibus est incisio sicut acetum ꝛ synapis ꝛ almuri. ℣ Et si fuerit flegma acetosum malum viscosum porrum ꝛ aqua ciceris sunt de melioribus cibis eis. Et quandoqꝫ ponuntur in eis cyminum ꝛ anetum ꝛ oleum. Et iterum beguerid facta ex sicla ꝛ almuri ꝛ aceto ꝛ oleo abluto ꝛ alchauguamac sicut kēmac de capparibus ꝛ remach de aneto ꝛ origano ꝛ ansuden ꝛ asparagis. ℣ Et deuitentur olea in quibꝰ est infrigidatio ꝛ humectatio. ℣ Et hora cibi est post tepores paroxismi ꝛ eradicationem eius: ꝛ ante paroximum ad minus.iiij.horis. ℣ Mēsura autem somni eorum est vt sit equalis vigilijs: ꝛ sit digestio materiei ad somnum ꝛ resolutio ad vigilias. ℣ Et balneum quidem est vehementis nocumenti nisi post declinationem. Et succurritur vomitui eius quando superfluit. Et oportet administretur in illo quod fit sicut miua: ꝛ sirupus de granatis cum mentha simul cognitus. Et si necessarium est fortius: sumantur de granis granatorum muzorum.ʒ.x. ꝛ thuris albi ꝛ masticis amborum.an̄.ʒ.v.menthe.ʒ.vij. decoquantur in.ij.libꝫ.aque in qua sint folia menthe donec minuatur: ꝛ succurratur fluxui ventris eius cum superfluit cum retentione eius cum eis que sciuisti de stipticis regimentalibus ꝛ medicinalibus. ¶ Sed eius quidem debilitationi succurritur vt cibetur successione eius pullis assatis ꝛ in patellis coctis: et vt adhibeantur suffumigationes et odores viuificantes. ℣ Et si acciderit inflatio in facie ꝛ extremitatibus iuuantur cuꝫ administrantur huiusmodi trocisci. ℞. anisi ꝛ lacce ablute amborum.an̄.pondus.ʒ.v.amigdalarum excorticatarum croci marmacor omnium.an̄.ʒ.iiij.seminis apij seminis feniculi floris squinanti omnium.an̄.ʒ.iij.floris eupatorij.ʒ.iij.spice.ʒ.v.hierepigre.ʒ.vij. rosarum ʒ.x.fiāt ex eis trocisci ꝛ administrenꝶ: et fortasse indigebis eis q̄ sunt sicut omnorusia ꝛ dyalacca ꝛ medicamē de amigdalis amaris. ¶ Et ad lōgitudinē febris. ℞. rosarꝫ pōdus.ʒ.x.masticis ꝛ spice ꝛ feniculi ꝛ semis apij ꝛ seminis endiuie ꝛ succi eupatorij ꝛ succi absynthij omniuꝫ.an̄.ʒ.

iiij.spodij.ʒ.v.fiant trocisci ꝛ sit dosis ex duabus.ʒ.vsqꝫ ad.v.cū.ʒ.x.de geleniabin in decoctionis feniculi quantitate vnc.ij. Et ameos confectum cū melle est magni iuuamēti in huiusmodi loco. Et fortasse indiges pp lōgitudinē frigoris fricatione. Et modus in ea est vt incipiat ab humeris ꝛ inguinibꝰ qñ spargit caliditas in manibꝰ ꝛ pedibꝰ ꝛ calefiūt ¶ Si aūt senserit similitudinē lassitudinis fiat pmutatio ad fricationē dorsi. Et qñ vehemēs fit calefactio q̄ necessaria est in eis: tūc dimitte eaꝫ ad aliud mēbrū. Et de oleis bonis eis est oleū dulce in quo nō est stipticitas ꝛ oleū camomillinū ꝛ oleū de aneto decoctū in vase duplici. Cum ergo ꝯpleueris tūc absterge oleum aliqͦd vt nō angustief ꝛ nō est maluꝫ si fricationē siccā sequaf fricatio cuꝫ oleo aliquo. ¶ Et de illis, q̄ seruāt stomachos eoꝝ vt nō debilitenf sunt vnguēta inuncta capiti stomachi que sunt sicut camomillinū ꝛ oleū nardinū ꝛ oleū anetinū ꝛ fortiꝰ illo alnazoki. Et de emplastris iuuatiuis est vt decoquaf camomilla cuꝫ re pauca masticis decoquēdo cū vino cuꝫ duplo sui de melle. ¶ Et si acciderit appetitus: tunc melius est vt nō administref vinū soluꝫ: immo in quo decocta sunt sicut camomilla ꝛ dactili ꝛ mellilotū ꝛ absynthium.

¶ De cura flegmatice continue que nominatur latica. Cap.60.

EST cura facientis paroxismum omni die. Et differt ab ea: qm̄ oꝫ vt in illa sit administratio subtiliātiū calidoꝝ cū facilitate. ¶ Et hoc si fuerit cōtentus eis que sunt sicut sirupus acetosus ꝛ geleniabin ꝛ iuleb de melle ꝛ aqua eius ꝛ aqua feniculi ꝛ apij ꝛ radicum triuꝫ sine dubio confert. Et quandoqꝫ confert eis kisch de aneto ꝛ kisch de capparibus ꝛ ꝑprie cum vestigijs digestionis. ¶ Et preparenf cibi eorum in obseruatione tempoꝝ ꝛ diuersitatis eius ꝛ fortitudine virtutis ꝛ debilitatis eius preparatione cuius rememoratio preterijt. ¶ Et de medicinis bonis ad eos sunt trocisci de decem generibus. ¶ Et iterū de medicinis exptis ad eos est illa que. ℞. rof.ʒ.vij.succi liquiritie fumiterre spice omnium añ.ʒ.iiij.masticis.ʒ.iij.karabe.ʒ.iij.anisi.ʒ.ij. preparenf. ¶ Iterū trocisci eupatorij.ʒ.iiij.rosarū.ʒ.i.ꝛ tertiā spodij.ʒ.ij.ꝛ.5. ¶ Et iteꝝ trociscoꝝ absynthij quoꝝ descriptio. ℞. assari se.apij.anisi amigdalaꝝ amaraꝝ suchaha bedeoard succi eupatorij spice masticis oium añ. ʒ.ij. ¶ Et iteꝝ eupatorij vnc.iiij.rof.rub.lib.i.spice lib.5.spodij vnc.iiij.

¶ De cura empialos ꝛ lipparie. Capitulum.61.

CUra eaꝝ propinqua est cure quā diximꝰ ꝛ sunt ambe associate vini vie. ¶ Et opꝫ vt incipiaf in primis a sirupo acetoso mellino ꝛ zuccarino. ¶ Et precipiaf in eis ambabꝰ vt administref rob acreste decoctū cū melle ꝛ sirupo rof. deinde fiat gradatio de via sumēdi in potu semina ꝛ aquas eoꝝ ad infusionem aloes: ꝛ trociscos de rosis cum mastice: ꝛ pillulas de aloe ꝛ hierapigraꝫ: ꝛ pillulas de eupatorio. ¶ Et oportet vt in eis ambabus simul stomachi sollicitudo habeaf. Et admi

nistretur vomitiuū cū aqua faseoloꝝ ꝛ raphani ꝛ anisi ꝛ calamēti ꝛ diuretica. ¶ Et de solutiuis iuuatiuis est illd qd fit ex mirabolanis nigris ꝛ citrinis ꝛ turbith ꝛ zuccaro. ¶ Et de illis q̄ ꝯferūt eis iuuamētū magnum sunt clysteria decliuia ad acuitatem: ꝛ in qbus ponunt medulla cartami minoꝛ ꝛ anetum ꝛ camomilla ꝛ alhasce ꝛ mellilotuȝ ꝛ almuri ꝛ mel. Et regimen lipparie indiget subtilitate plusq̄ regimen alteri⁹.

¶ De cura febris cum sincopi humoꝛosa. Capitulum. 62.

HEc febris est difficilis cure. ¶ Et modus in curatione eius est euacuatio gradata ex subtili ad foꝛtem ꝛ pꝛopꝛie quādo natura non respondet ex se. Tunc enim cum clysteribus munda qd est in intestinis ꝛ venis ꝓpinquis eis ex superfluitate. Et administra in residuo subtiliationem cum fricatione. ¶ Et Gal. qdem dixit ꝙ deficit ab euacuatione plm eoꝝ nisi cuȝ fricatione: ꝛ melioꝛ modoꝝ in fricatione eoꝝ est vt incipiat a coxis ꝛ cruribus descendēdo a superioꝛi ad inferius: ꝛ administretur illd cū mantili aspero abꝛadente cutē: deinde pmutet ad manus descendendo ab humero ad spatulam ita vt igneatur cutis: deinde ad doꝛsum ꝛ pectus: deinde redeat ad crura ꝛ reuertat ad oꝛdinem pꝛimum. Et ponat medietas tempoꝛis eoꝝ fricationi ꝛ medietas tēpoꝛis eoꝝ doꝛmitioni si possibile est. ¶ Et ad summū canō curatiōis eoꝝ est subtiliatio nō calefactio valde: ꝛ de illis que cōferunt eis sunt subtiliantia sicut aqua mellis cum virtute ysopi ꝛ seminis apij in matutinis ꝛ similibus eis. ¶ Quod si fuerit illic fluxus ventris superfluus decoque mel decoctione vehemētioꝛe ꝛ nō solues nisi parum temperatum. ¶ Et sirupus acetosus mellinus iterū cōfert eis: in estate quidem ꝛ cōsuetudine potus aque frigide permixtus cuȝ aqua frigida: ꝛ in hyeme opoꝛtet vt non sumat eam in potu penitus: ꝛ sit contentus aqua calida ꝛ assumere caliduȝ ex potibus est melius eis nisi apud necessitatē estus estatis ꝛ vehementiam caloꝛis plurimi. ¶ Et conuenientius quo potātur ad sitim est sirupus acetosus mellinus. ¶ Et vinum confert eis in pꝛincipio ꝛ pꝛopꝛie si fuerint febꝛes eoꝛum sanguinee: sed paruȝ sunt ꝛ pꝛopꝛie in senibus: ꝛ necessarium est eis vinum post cibum. ¶ Et tibi qdem necessarium est vt consideres pulsum habentium hanc egritudinem semper: ꝛ cum videris eum incipere debilitari ꝛ cadere subito ciba cum pane infuso in vino commixto si non pꝛohibet apostema in visceribus. Cum ergo associatur ei huiusmodi egritudo non est curationi modus neq̄ȝ fiducie locus: scilicet quādo accidit huiusmodi alteratio in pulsu. Et hec quidem cibatio est ex eis que necessaria sunt quando vehemens fit sincopis: verum opoꝛtet vt pꝛohibeatur illud. Cibus autem super quem fit doꝛmitio est aqua oꝛdei super qua non addatur nisi cum cadit virtus. Et si additur tunc sit panis infusus in iuleb aut aqua mellis. ¶ Et balneum quidem est de rebus nocibilioꝛibus istis. ¶ Et calidum ꝛ frigidum valde ex aere cum calido enim non fit securitas de cursu humoꝛum ad pulmonem ꝛ ad coꝛ ꝛ ad cerebꝛum ꝛ frigi-

dum prohibet digestionem eius ꝛ addit in opilationez eius. ¶ Quod si fuerit in ea humor colericus aliquis: tūc si facilis est vomitus ꝛ leuiatur est iuuatiuus valde. Et ad vltimū meli⁹ est vt assidue ꝓficiat in ea.

¶ De cura febris cum sincopi minuta. Capl'm. 63.

Oportet vt emplastref pectus eius cum sandalis ꝛ aqua rof. ꝛ viuificef cum cibo paulatim. ¶ Et sit cibus eius sicut panis de simila infusus in aqua granatorum infrigidata si desiderat ipsum: ꝛ similiter in aqua de fructibus. Si autem indigetur ad virtutem almosofat factis ex pullis cum aceto ꝛ aqua acreste ꝛ oleribus frigidis ꝛ proprie coriandro erit iuuamentum in hoc si exhibeatur.

¶ De regimine nocturne ꝛ diurne. Capitulum. 64.

Regimen ambarum est regimen flegmaticarum neq; est diuersitas in eis.

¶ De quartana periodica. Capitulum. 65.

Plurimum quartana est periodica. Et minoratur casus quarta ne inseparabilis. ¶ Cause vero quartane sunt ea que generant melācoliaz postea putrefaciūt eam. Et tu iaz sciuisti totū illud. Et sciuisti ꝙ melācolia alia est que est fex sanguinis: ꝛ alia est que est adustio eius et eius humorum. Et sciuisti ꝙ de illa est sanguinea: ꝛ de illa est flegmatica: ꝛ de illa est colerica: ꝛ de illa est adustio ipsius melancolie naturalis. ¶ Et existimauerūt quidam hominuz ꝙ quartana non generatur ex melancolia naturali quoniam ipsa non putrefit. ¶ Et huius quidē sermo non oportet vt auscultetur. Immo de proprietatibus omnis humiditatis est vt putrefiat quāuis rarificetur in preparatione. ¶ Et plurimum quidem euenit in successione egritudinis febrium diuersarum putridaꝝ ꝑpter diuersitatem humorum ex quibus generanf: ex quorū putrefactione cuz addunf ꝛ nō euacuanf multiplicaf melancolia: deinde cum putrefit est quartana: ꝛ multotiens quidem accidit successione splenis: ꝛ cum hoc ipsa ſm plurimum non euacuatur ex dolore splenis aut duritie eius. ¶ Et saluior quartana est illa que non accidit ab apostemate splenis aut alijs: aut cum qua non est apostema splenis. ⁋ Quartana enim que euenit ab apostemate splenis: aut cum qua est apostema splenis multotiens perducit ad hydropisiz ꝛ perniciē ⁋ Et quartana que salua est liberat ab egritudinibus malis melancolicis sicut melancolia ꝛ epilepsia. ⁋ Et in ea est securitas a spasmo quoniam humor est siccus. ⁋ Et ſm plurimū est egritudo salua. ¶ Et quādo nō accidit in ea error non addit supra annum. Et quādoq; perdurat. xij. annis ꝛ quod est infra eos. Et que ex ea longa est perducit ad hydropisim. ¶ Et scias ꝙ autumnus est inimicus quartane.

¶ De signis. Capitulum. 66.

Signa sunt ꝙ quartana incipit in primis cū frigore paruo: deinde incipit frigus eius addi: postea minoraf parū apud statuz sicut in flegmate. ⁋ Cūq; calefit corpus nō est caliditas vehemēs licet sit maior

& magis apparēs q̄ illa que est in flegmatica. Ipsa enī cū difficultate sua & inflāmatione nō inflāmat inflāmatōe de qua curat sicut ignis in lignis grossis: & nō cōphendit super corpus totū: imo est illic caliditas cū horripilatione: & in hoc est grossitudo humorū: & est cum frigore et aliquantulo dolore quasi frangat ossa: & est illic contractio propter quā strident dentes: verum non sicut in flegmatica: quapropter perducit illud ad debilitatem visus. Uerum lenitur apud digestionem quoniam malitia minoratur sicut fuit in principio parumper. ¶ Et de signis q̄rtane sunt cause eius antecedentes ex febribus que prolongate fuerunt & ex splene aut dolore. ¶ Et de signis quartane etiam sunt dispositio complexionis & significationes melancolie & etas & tempus & cibus et forma & consuetudo & que sunt his similia. ¶ Et periodus ei⁹ est. lxxij. horarum. ¶ Et multotiēs est febris tertiana in estate quidem & fit quartana in hyeme ¶ Et multotiens perducunt febres diuerse ad febres pmixtas in quibus non est ordo propter diuersitatem residui humorum remouentium post febres. Cum ergo status confirmatur s̄m cinereitatis additionem confirmatur super quartanam. ¶ Et illius quidē que est a flegmate adusto sunt paroxismi longiores: & accidit eis frigus s̄m plus successione assiduationis: & est sudor tardior: & vrina grossior: & durities venarum minor: & fit s̄m plurimum successione febriū flegmaticarum. ¶ Et illam que est a sanguine adusto antecedunt signa sanguinis & febris eius & rubedo vrine: & significant ipsam forma & etas et tempus: & fortasse erit post febres sanguineas. ¶ Et in illa que est a colera adusta est pulsus vehementioris velocitatis & frequentie: & incipit cum horripilatione & frigore in carne & siti & sudore: & quandoq̄ fit ira & sudor & inflammatio & significant ipsam forma tempus & etas: & quādoq̄ significant ipsam q̄ ipsa fit successione febrium colericarū. ¶ Et pulsus in quartana est decliuis ad duritiem propter siccitatem humoris. Ipse enim trahitur ad interiora quasi ipse esset pulsus senis: & ad equalitatem dum nō mouetur: & si moueatur diuersificatur pulsus valde propter grossitudinem superfluitatis: & fit mundificatio eius apparens apud teporem: & est significatio completa super quartanā: & multotiens accidit in eo dyastoles inequalis & sistoles vehementis necessitatis s̄m contrariam eius quod est in tertiana: & pulsus quidem quartane melior est pulsu flegmatice in paruitate & frequentia: sed est similis ei in tarditate: & apud inceptionē paroxismi additur tarditas sua & frequentia: & diuersitas eius est maior diuersitate reliquarum febriū: deinde incipit magnificari & fieri frequens & velox. ¶ Et vrina in quartana est similium horarū in priuatione digestionis propter frigus materiei & grossitudinem eius nisi apud statum bonum: Uerum dispositiones eius & colores eius diuersificantur: & illud ideo quoniam melancolia generatur ex humorib⁹ diuersis. ¶ Et de signis digōnis quartane est leuitas tremoris. Urina aūt in p̄ncipio est alba ad viriditatem decliuis cruda cui nō est digestio. Et post principiū diuersificatur eius

dispositio propterea ꝙ plurimũ melãcolie est generatũ ex humorib⁹ diuersis ⁊ est apud declinationem nigrum. ¶ Et sudor in quartana est plurimus per comparationem ad flegmaticam ⁊ non multiplicat per comparationem ad alias. Et sitis minoratur in hac febre: nisi sit a melancolia colerica.

¶ De cura. Capitulum. 67.

Consideretur in hac egritudine: an sit melancolia flegmatica: aut melancolia sanguinea: aut melancolia colerica: aut melancolia melancolica. Deinde rege vnamquãqꝫ earũ cũ eo qđ ei est conueniens de illis q̃ dicemus. ¶ Uerũ omnibus speciebus suis sunt iudicia in quibus cõicant: ⁊ illud est ꝙ ipse minuũtur in principio: quare necesse est vt attendatur an sit sanguis dominans in ea: ⁊ proprie quando q̃rtana est a melancolia sanguinea. Tunc enĩ flobotometur ⁊ extrahatur sanguis ẜm quantitatem necessitatis. Et fortasse exigit multitudo eius: vt extrahatur de eo res plurima. Et quando non est necessaria flobotomia. tunc flobotomia est nociua inquantũ debilitat: ⁊ inquantum educit contrarium melancolie: ⁊ inquantuꝫ mouet humores ad exteriora. ¶ Et si oportet euacuetur a principio de humore faciente febrem aliquid ad alleuiandũ ⁊ mundificandũ. Illud enim apud digestioneꝫ est ẜm ꝙ innuam ad ipsum: ⁊ si post paroxismũ per diem. ¶ Et non oportet vt fiat ꝓuocatio in primis cũ fortitudine. Et oportet vt administrẽtur mollificantia. ¶ Et si tibi non videt bonũ vti potionibus: administra loco earum clysteria conuenientia. Sed opꝫ vt sint leuia. Et non conceditur confortatio eoꝝ nisi quando consequit egritudo statim. Et si medicus iam presumpserit ⁊ solutione eduxerit melancoliam in ꝑncipio aliquotiens solutione forti ⁊ ꝓhibuit egritudinẽ penitus: sed est rectũ ab errore. ¶ Et oportet vt ꝓhibeat in die paroxismi a cõmestione: ⁊ ꝑcipiat ieiuniũ: ⁊ prohibeatur ab aqua frigida ille die. Et est necessarium in reliquis diebus vti carne teiugi aut pulli in primis teiugi vsqꝫ ad tres vel quattuor periodos. deinde pulli: tunc enim pullus est melior. ¶ Et sit medicina in die paroxismi geneliabin confricatum cum aqua calida in die bis aut ter. Sint qꝫ. ʒ. iiij. geleniabin cum. ʒ. x. sirupi acetosi. ¶ Et tu q̃dem scis ꝙ qñ melancolia est colerica: tũc opꝫ vt administretur in ea qđ soluat eaꝫ ex genere myrabolanoꝝ ⁊ viole. ¶ Et si est flegmatica oportet vt administret in ea aliquid in primis in quo sit virtus polipodij ⁊ epithimi ⁊ similium. ¶ Et scias ꝙ aqua casei est bonum vehiculum ei qđ administrat de virtutibus predictis. Et fortasse confert administratio eius solius cum est caliditas violenta. nam geleniabin ⁊ aqua eius colata cuꝫ decoctione sua forti est loco ipsius: ⁊ proprie quando est stomacho debilitas: aut est illud qđ vincit humor frigidus. ¶ Et vomitus iterum ⁊ ꝓprie ante cibum ⁊ post cibum ⁊ est conuenientior ⁊ proprie in die paroxismi ⁊ ante paroxismum: ⁊ proprie qñ melancolia est flegmatica est de rebus iuuantibus in ea: ⁊ non in principio tantum: imo ⁊ in omni hora. ¶ Oportet ergo vt nõ laboretur in

principio & in principijs digestionis vsq; ad aduentum complement digestionis in euacuando superfluitatem cum eo qđ calefacit cum fortitudine: neq; cum eo qđ exiccat cum fortitudine ex medicina & dimissione ciborum: neq; cum eo quod debilitat ex solutione ventris: neq; iterum cum eo quod debilitat in principio ex subtiliatione regiminis. ¶ Et scias q quando incipit quartana in estate aut hyeme: tunc oportet vt in potu detur in primis de aqua ordei & secaniabin vt apiat vias opilas prouocatione & consumatur velociter: & illud est post periodum antecedentem tribus horis aut quattuor. Et cum accidit quartana in hyeme. tunc non est modus vt dentur in potu trocisci. ⁋ Et scias q res frigide & humide facilis digestionis boni chimi sunt conuenientes huic egritudini inquantu; est febris: & ex hoc q sunt contrarie vni duarum qualitatum melancolie que est siccitas: quare oportet vt administrentur iterum vbi non timetur nocumentum digestionis. Et nõ sit quantitas ex qua timetur nocumentum in digestione aut misceatur cum eis aliquid qđ earum frigiditatem tẽperet: & nõ minuat earũ humiditatem: & iste sunt res calide cum equalitate. ¶ Et alienetur omne frigidum & siccum. ¶ Et res humide & frigide huic egritudini conuenientes sunt sicut endiuia & lactuca & melon & persica quandoq;. Et nõ oportet vt deuitentur huiusmodi nisi aut propter vehementiam frigoris: & est inuentum sicut in lactuca: & non est inuentum sicut in melone dulci. Aut propter vehemẽtiam prouocationis perducẽtis ad ingrossationem sanguinis: & illud est inuentu; in melone dulci. Aut propterea: q; preparata sunt ei qđ permisceat putredinẽ & est illud inuentum in persicis. Et oportet vt obserues huiusmodi. ¶ Cibi vero calidi cum equalitate cum additione in humiditate sunt iuuantes valde: & ꝓpterea cum volunt equationem caliditatis eorum vbi non diligitur vt per ea fiat iuuamẽtũ ad digestionẽ cũ frigidis & hũidis: sicut cõmixtio ficuu; cũ endiuia. ¶ Et nõ ẽ malu; in p̄mis sumẽ ea in qb⁹ ẽ salsedo & acredo & incisio cũ nõ timet icremẽtũ caliditatis. ¶ In fine aũt egritudis non est excusatio illi⁹: & trocisci de absynthio iuuatiui sũt vsq; ad finẽ egritudinis. ¶ Et de illis quibus fit iuuamentum est sessio in aqua calida dulci ante cibum omni die: & balneatio que humectat & non facit sudare neq; excitat caliditatem: & continuatio delitiaꝝ & quietis: & abhorrere exercitiu; & motus corporales & animales. ⁋ Et omnes iste febres indigent humectantibus & diuersificant in quantitate infrigidationis & calefactionis. Et necessitas sua qua indigent exiccatiuis est propter illud qđ est in eis de virtute incisionis & abstersionis & solutiõis & nõ ꝑp exiccatione;. ¶ Et oportet vt obseruetur stomachus cũ emplastris bonis confortantibus que sunt inter virtutem caliditatis & subtilitatem eius ſm qđ exigit dispositio. Et obseruent splen & epar & regant vt nõ indurẽt & apostement: & fortasse est necessariũ ad ꝓuocandũ vomitum vti aqua raphani cũ semine suo que misceant cum sirupo acetoso. Et

fortasse iuuatur cũ antecessione comestionis sicle ⁊ eius qđ salitũ est de piscibus ⁊ synapis ⁊ his similiũ ante ipsuȝ. ¶ Et adiuuatur post illud cum potu aque multe: deinde fiat successio cũ sirupo acetoso ⁊ euomat. ¶ Et de illis que conferunt ei est vt sumat ipsum in die paroxismi: deinde euomat super ipsum: ⁊ securitatem facit a nocumẽto febris qđ est propter frigus ⁊ rigorem ⁊ acuitatẽ febris si sumat allea ⁊ mel ⁊ bibat sirupum acetosum mellinuȝ ⁊ impleat cibo: deinde sumat aquam calidam ⁊ euomat. Cum ergo consumitur paroxismus cenet rem paruam ⁊ balneetur in mane. ¶ Et si sumat ante paroxismuȝ. v. horis cibum vt euomat: fortasse iuuabit illud lȝ non euomat. ¶ Et vomitus ante paroxismum quicũqȝ humor sit: aut alleuiat paroxismum: aut eradicat ipȝ. ¶ Et de regimine bono est ꝙ ieiunet in die paroxismi si non est qđ ꝓhibeat: ⁊ non sumat cibum donec consumatur paroxismus. ¶ Et ingredietur balneum die scđo siquidem fuerit digestio ſm descriptionem: ⁊ si non fuerit digestio nõ fiat in ea nisi effusio aque calide quãtitate quã delectat corpus ⁊ humectat minus ꝙ̃ vt perueniat ad hoc vt liquefiat ex ea humor. ⁊ in die tertio administretur vomitus propter illud quod superfluit de cibo ⁊ qđ resoluit balneum: ꝗ̃uis oporteat vt administret vomitus in die paroxismi iteruȝ. Qđ si melancolia fuerit sanguinea iuuabitur cum flobotomia ex basilica. Deinde per euacuationem subtilẽ cum eo in quo ponũtur de mundificantibus sanguinem: sicut virtutes suchaha ⁊ bedeoard ⁊ polypodij ⁊ fumiterre ⁊ myrabolanoꝝ chebulorũ ⁊ hoc qdem genus velociter recipit curationem. ¶ Et si fuerit melãcolia colerica: tunc tibi inest vt administres infrigidationem ⁊ humectationem vltimas ex medicinis ⁊ cibis: et administra aquam temperatam sedendo in ea ⁊ abluendo. ⁊ fiat lenificatio nature in principio cũ eis que sunt sicut illud quod fit ex violis: ⁊ quod fit ex aqua casei cum virtute polypodij: aut sirupus acetosus cum epithimo ⁊ sirupus rosa. ⁊ aqua iuleb ⁊ cassiafi. ¶ At vero solutio eius integra separat post. 20. dies: quoniam digestio apparet in eo. s. quando materia est melancolia colerica: deinde fiat gradatio ad illud qđ subtiliat ⁊ incidit. ¶ Et si necessaria est rectificatio stomachi: tunc fiat cum inunctionibus et oleis et epithimatibus que non pertranseãt virtuteȝ camomille et absynthij ⁊ melliloti ⁊ similium: si ieiunium plurimum vsqȝ in dieȝ periodi: quãdoqȝ iterum est ex eis que non conueniunt ei: ⁊ si sit in die periodi sufficiat eis de cibo parum modicum: ex mundificatiuis iuuantibꝰ sunt ea quibus est decoctio myrabol. ⁊ epithimi ⁊ sene i sirupo acetoso in quo decocte sunt viole: ⁊ fortasse sumitur in potu ente in eo asse in ieiunio proprie in die paroxismi: ⁊ euomat ipsum si nauseat cum anima eius. ¶ Et si fuerit melancolia flegmatica redeat ad sirupũ acetosum mellinum cum aqua apij ⁊ feniculi ⁊ similium: et si necessaria fuerit lenificatio misceatur cum eo in principio virtus solutiua flegmatis de virtutibus turbith ⁊ polipodij: et fiat gradatio pauca ad virtutem agari-

ci. Et fiat vt vomat cuz sirupo acetoso mellino de seminibus ⁊ his sim
libus vsquequo incipiat digeri: ⁊ fit vaporatio stomachi ⁊ eius empla
stratio cum eo quod est fortius: ita vt cum dactilis ⁊ ficubus ⁊ similib⁹:
⁊ similiter inunge ipsum cum oleis calidis perueniendo vsq3 ad oleuz
de costo. ¶ Et fortasse est necessarium in eo prouocare vomitum cuz si-
rupo acetoso: ⁊ sit in eo virtus sinapis ⁊ ellebori albi. Immo fortasse est
necessarium vt in potu dentur cum dispositione sua cum non timetur
debilitas dispositionis virtutis. ¶ Et si fuerit melancolia melancolica
pura de genere fecis sanguinis: tunc rectificatur solutio eius in ꝑmis
cum aqua iuleb ⁊ penidijs: ⁊ est conueniens administratio geleniabin
mellini ⁊ zuccarini: ⁊ in fine eius euacuetur cum eis que sunt sicut de-
coctio mirabola. citrinoꝝ et nigroꝝ ⁊ fumiterre ⁊ passularum. ¶ Cum
ergo egritudo digesta est tunc bonum est flobotomare ex basilica. ¶ Et
administretur vomitus super cibum cum fortitudine aut leuiter s3 ho
ram ⁊ necessitatem: ⁊ oportet vt assiduet ipsum quoniam est radix ad
euacuationem cum medicinis ⁊ clysteribus fortib⁹. ¶ Et medicine que
administrātur in huiusmodi hora sunt epithimum ⁊ polipodiuz ⁊ aga
ricum ⁊ sticados ⁊ lapis armenus ⁊ lapis lazuli abluti ⁊ non abluti ⁊
succus foliorum centauree cum sirupo mellino. Et fortasse necessarius
est elleborus niger. Et fortasse infundantur in colerica sene et fumus-
terre cum epithimo ⁊ in sirupo acetoso: deinde habes consilium tunc
apud euacuationem. Et da in potu flegmatice ⁊ melancolice ex ea ty-
riacam ⁊ mitridatum ⁊ medicamen de assa ⁊ sulphure. Et piper soluz
bibatur in aqua. Et de illis est sinapis que administretur non assidue:
immo in omnibus tribus diebus ⁊ in primis ⁊ ante illud in spacio lon
giore ⁊ similiter dyapipereon ⁊ similia illi de electuarijs. ¶ Et non fe-
stines cum aliquo horum ante digestionem. nam si tu dederis in potu
tyriacam ⁊ similia illi: in primis compones quartanam cum quarta-
na: ⁊ fortasse attrahes egritudines alias: et proprie in hyeme. ¶ Et in
fine eius si necessaria fuerit flobotomia aude super eā. ¶ Inquit Galie.
Sanaui gentem plurimam ⁊ quartana ita. Dedi eis in potu post dige
stionem solutiuum: deinde dedi eis in potu succuz asynthij: deinde de-
di eis in potu tyriacam. Et dico ꝙ assa ⁊ piper singularia sunt iuuati-
ua valde quando apparet digestio ⁊ peruenit status. Et ciba illum fa-
hane ⁊ albune ⁊ keniculi capparis ⁊ sinapis ⁊ almuri ⁊ omnibus in q
bus est virtus solutiua cum fortitudine: ⁊ fortasse erit tibi necessariuz vt
des ei in potu post quadraginta dies omni mane quātuz efl nabac vna
de eis q̃ sunt sicut medicamen de assa: ⁊ omni sero similiter: cum febris
non fuerit acuta ⁊ materiei radix non fuerit colera. ¶ Et de trociscis
iuuatiuis in hac hora ⁊ apud declinationem sunt trocisci ſm hunc mo
dum. ℞. succi eupatorij ⁊ croci amborū. aā. pondus. ℨ. iij. scolopendrie
aristo. ⁊ lactuce ⁊ reubarbari ⁊ spodij oiuz. aā. ℨ. v. ⁊ se. acetose: ⁊ se. por
tul. ⁊ ro. ⁊ spice. ⁊ se. cuscu. ⁊ anisi ⁊ se. apij ⁊ radicū capparis et grano
rū alben et se. feniculi oium. aā. ℨ. iiij. conficiant cū aq̈ apij ⁊ fiant troci-

sci ⁊ dentur in potu cum aqua feniculi ⁊ endiuie ⁊ cuscute: ⁊ hec qdem medicina iuuatiua est modis pluribus: ¶ Et si digeritur materia: tūc fac istud. ℞. myrrhe. ʒ. xv. spice. ʒ. xiiij. agarici costi floris squinanti oīum aā. ʒ. v. petrosellini. ʒ. xv. anisi. ʒ. x. conficiantur cum vino antiquo ⁊ cū melle et zinzibere. et sit dosis eius qn̄tum est nux. et qn̄doq; dant in potu in fine et conualescentibus et apud paucitatem nocumēti in ea et multitudinem caliditatis cū subtiliatione materie medicinam huiusmodi ℞. seminis iusquiami albi mandragore amborum. aā. siliquam. i. et asse circiter tertiam fabe. i. ¶ Et de hoc genere est vt sumantur item calamēti domestici aurei. iiij. et seminis vrtice aur. xx. et epithimi aur. i. fiāt trocisci parui valde et sit dosis. ʒ. i. ¶ Et ex eis que bona sunt eis est vt administret post apparitionē digestionis vsq; ad finē eius istud. Sumat passularū de scemi aut de alacoen et allei siluestris et myrti vel myrabolani recentis oīum. aā. pars. i. et decoquant in aqua dulci postq̄ infusa sunt in ea. deinde bulliant exq̄site et coletur et det de ea vnc. i. ¶ Et iterum seminis apij et anisi et cordumeni oīū. aā. ʒ. v. origani siluestris eupatorij oīum. aā. ʒ. vij. ameos. ʒ. iiij. suchaha. ʒ. iij. passularum. ʒ. x. decoquantur in tribus libris aque vsquequo redeat ad lib. i. ¶ Et de illis q̄ bona sunt eis ē vt sumant ameos spice et calamēti oīū. aā. ʒ. x. ⁊ carui et anisi amborū. aā. ʒ. vij. et asse pondus. ʒ. v. et zinziberis pōdus. ʒ. iiij. et cassie pondus. ʒ. iij. conficiant cū sufficientia mellis. et sit dosis eius pondus. ʒ. i. cū aqua apij et feniculi. ¶ Trocisci huiusmodi. ℞. succi eupatorij. ʒ. x. scolopendrie spodij feniculi spice croci oīum. aā. ʒ. v. lacce et reubarbari oīum. aā. ʒ. iij. semis cucumeris et semis portulace oīum aā. ʒ. vi. fiant trocisci cum aqua apij et sumant in potu cum sirupo acetoso. ¶ Et iterum ad flegmaticam myrrhe. ʒ. xxxv. croci petrosilini amborum. aā. ʒ. v. spice. ʒ. iiij. ʒ. castorei. ʒ. iij. anisi. ʒ. iij. ʒ. semis apij et carui amborum. aā. ʒ. iiij. amomi corticū cassie storacis oīum. aā. ʒ. ij. et tertiā fiseleos adriani cōfectionis oīum. aā. ʒ. i. et tertias duas. ¶ Et qn̄ vehemens fit rigor est vomitus cum aqua tepida et sirupo acetoso ad illud iuuatiuum. ¶ Quod si virtutes eius nō obedsūt: tunc cum eis quorum rememoratio precesserit s'm horam. ¶ Et fiat vaporatio cum embroca in qua decocta sunt sceha et camomilla et similia homie cooperto cū pānis laneis aggregantibus calefactionem.

¶ De rememoratione solutiuorum quibus indigent post digestionem. Caplm. 68.

Chebulorum. ʒ. v. epithymi absynthij amborum. aā. ʒ. v. myrabolanorum citrinorum succi eupatorij emblici oīum. aā. ʒ. iiij. semis apij et anisi et seminis feniculi oīum. aā. ʒ. ij. fiat ex eis decoctio: et soluatur cū eo cū facilitate. ¶ Aut sumat absynthij pondus. ʒ. x. myrabolanorum chebulorum et epithymi oīum. aā. ʒ. viij. et fumiterre pondus. ʒ. vij. et suchaha et cētauree maioris amborum. aā. pōdus. ʒ. vi. eupatorij et radicis squinanti amborum. aā. pondus. ʒ. v. decoquātur cum quinq; lib. aque donec redeat ad lib. i. ¶ Pillule leues. Quādo administrant in oībus

quinqꝫ diebus semel sunt iuuantes in ea ꝛ sunt experte. ℞. epithimi ꝛ turbith amboꝝ. aā.ʒ.x.carui anisi amboꝝ aā.ʒ.vij.ameos.ʒ.viij.seminis apij ꝛ feniculi amboꝝ aā.ʒ.iij.polipodij.ʒ.vi.agarici albi qđ facile teritur.ʒ.viij.salis indi.ʒ.v.hierepigre.ʒ.xv.fiant pillule cum aqua mēte ꝛ sit dosis.ʒ.i.ʒ.℄ Et cū materia est flegmatica conferunt iste pillule ℞.epithimi agarici ameos omniū.aā.ʒ.viij.seminis apij anisi feniculi omniū.aā.ʒ.iij.salis naptici.ʒ.v.hierepigre turbith amboꝝ aā.pōdus ʒ.x.dosis pondus.ʒ.ij.ʒ.℄ Et quādo est cū dolore splenis iuuatur hoc medicamine ꝛ soluit eum cū facilitate.℞.scolopēdrie.ʒ.xv. agarici.ʒ. xij.mirabolanoꝝ nigroꝝ hiere aā.ʒ.x.chebuloꝝ absynthij omnium aā. ʒ.viij.suchaha beedoard camepitheos succi eupatorij omniū aā.ʒ.vij. fructus tamarisci radicum capparorꝫ amboꝝ aā.ʒ.v.ʒ.seminis apij anisi seminis feniculi omniū aā.ʒ.iij.fiat confectio aut pillule.

℄ De cibatione patientiuꝫ q̄rtanaꝫ. Capitulum.69.

Rectius est vt inclinetur regimen eorū in primis septimanis vsqꝫ ad tres septimanas ad subtiliationē quandam: preter ꝙ destruat virtutē. Et illud est vt abstineāt a carne ꝛ alzuhumec. hoc enim minorat eoꝝ materias ꝛ alleuiat eos ꝛ abbreuiat spaciū egritudinis eorum. ℄ Et post illud necessariuꝫ est virtutē viuificare cum eis que sunt sicut pisces alredradu ꝛ oua sorbilia ꝛ pulli ꝛ alteiugi. ℄ Cum ergo puenit ad tempus in quo sequūtur in ea alzuhumec ꝛ non minoraf egritudo: tunc necessariū est custodire virtutem ꝛ cibare cum eo qđ est fortius ex carnibus gallinaꝝ ꝛ pulloꝝ ꝛ arietum ꝛ hedoꝝ ꝛ auium mollis carnis sicut sunt pulli ꝛ alduragi ꝛ pisces boni q non sunt magni. ℄ Et scias ꝙ conditio in eo ex quo cibatur habens quartanaꝫ est ꝙ sit aggregans ꝓprietates. Quarū vna est vt nō sit cruduꝫ: imo resoluens cruditatem quam facit accidere melancolia. Et scđa est vt nō sit grossum imo subtilians grossum. Et tertia est vt non sit ꝯstrictiuū imo soluens vētreꝫ. Et quarta vt sit sanguis ex eo generatus laudabilis: ꝛ plurimum quidem est in ea illud qđ habet caliditateꝫ ꝛ humiditatem. ℄ Et tu iam sciuisti qūo cibetur ante paroxismū ꝛ per quot horas ꝛ quare illud. Et sciuisti iterum ꝛ qn̄qꝫ necessarius est cibus: ꝛ in paroxismo eius ꝓpter causam predictam. ℄ Uerum rectius est vt eueniat febris ventre vacuo vt non occupetur natura cum materia alia: nisi cum materia egritudinis donec expellat eam: ꝛ vinum sit purum subtile.

℄ De cura quartane continue. Cap. 70.

Dispositio huius febris est fm ꝙ enunciauimus ante ipsaꝫ. ℄ Et canon in ea est homogeneus canoni quartane interpollare: ꝛ nō diuersificaf nisi ab ea in reb⁹ paucis. ℄ De illis est ꝙ declinatio in illa ad equalitatē in calefaciētibus ꝛ ad infrigidationem in hac est melior ꝓpter adherentiā febris. Quare oportet vt administrenf in curatione eius ea que sunt sicut sirupus acetosus cum seminibus ꝛ geleniabin ꝛ aqua de radicibus equalis ꝛ suppositoria cum melle. ℄ Et de illis est ꝙ flobotomia in hac est magis necāria qm̄ materia ē magis cōprehēsa

n venis. ¶ Et de illis est q licētia in carnib⁹ in hac egritudine est maior. ideo caue hoc.

¶ De febre sextana ⁊ septena ⁊ similibus illis. Cap. 7i.

Et nominanť phitanos: ⁊ qdaȝ nominant hmōi febres reuolubiles. ¶ Iste gn̄antur ex materia homogenea materiei quartane: sȝ est minor ⁊ grossior. ¶ Et plurimū quidē fiunt ex melancolia flegmatica. ¶ Sextanam aūt ⁊ septenam ⁊ que sunt post illas Hypo. dixit. Et Gal'. dixit ego nō vidi in vita mea aliq̄ ex eis: neqȝ vidi quintanā nudā fortē: ⁊ neqȝ est febris nisi quasi occulta. ¶ Inquit ⁊ nō est longinquum quin sit cā in septena. verbi gratia ⁊ nouena regimē qd̄ qn̄ administrať ⁊ curritur sup ipsuȝ facit febrē. naȝ iteratio facit necessario in huiusmodi horam illam febrē: ⁊ si dimittereť ⁊ rectificareť non faceret. Est ergo cā in pīodis eius ⁊ in ipsius iterationibus reiteratio regiminis: ⁊ pīodi eius nō sunt periodi materie q̄ effundať ⁊ eius reditiones. ¶ Inq̄t. Oportet ergo vt obseruеť in experientia huius egritudinis hec intentio ita vt nō accidat error: q̄uis Gal'. sit q̄si negans aduētū haȝ febriuȝ ⁊ quasi q sit necessariū vt sit hmōi febris alia radix. ¶ Veȝ Hypo. iam verificauit sermonē in intentionē septene ⁊ nouene: ⁊ non est illud manifestum mirabile: neqȝ manifeste impossibilitatis ita vt sit necessariuȝ redire in eo ad administrandum. ¶ Et sermones quidē quos locutus est Hypo. in capitulo harum febriū sunt q septena est prolixa ⁊ non est mortifera: ⁊ nouena est longior ea ⁊ non est mortifera. Et dixit q quintana est deterior febrium quoniam fit ante pthisim ⁊ post ipsam. Et dixit Galienus in ea sicut scitis. ¶ Et ego quidem opinor huic sermoni modum quendam. Et est vt sit pthisis significans ethicam ⁊ sit sermo eius quintana subiectum propositionis indefinite non significantis cōmunitatem: ergo est quasi dicat q de quintana est vna species deterior febrium. ergo est significatio huius sermonis eius q cum febres prolongaň ⁊ ɔmiscentur ⁊ diuersificaň ɔueniunt plurimū ad inflammandum mēbra principalia ⁊ ad ethicam: ⁊ de ꝓprietate harum febriū est vt stent in fine suo sm̄ ordinē vnum: ⁊ plurimuȝ illius super quartanam: ⁊ iam testificati sumus eam q̄ntanaȝ. veȝ ipsa perducit ad quartanam qn̄ in humoribus est exuberatio ⁊ in humiditatib⁹ multitudo. Cūqȝ liquefactio iam multiplicať ⁊ euacuatiōes sensate ⁊ insensate frequētes fiunt nō remanet in humoribus cinereitas: nisi illud qd̄ minus est ⁊ grossius: ⁊ illud facit esse necessarium vt sit paroxismus tardior ⁊ fiat illa que fuit quartana quintana: ⁊ in huiusmodi qdē dispositione fortasse erit corpus preparatū vt inflammeť ⁊ fiat ethica. Et iteruȝ ethica quando antecedit nō est longinquū quin faciat accidere in humoribus cinereitatē quandam ꝓpter prauitatē suam in postremis ethice ⁊ accidit illi cinereitati putredo quare accidit febris ⁊ iam destruxit febris ethica corpus. Est ergo mala ex hoc q ipsa est signum adustionis humoris de quo uō remansit nisi parum ⁊ fit adustus parū ⁊ ex hoc q ipsa est causa additionis febris ⁊ duplicationis eius. ¶ Et non oportet

vt negentur egritudines quas nõ cõtingit videre in tempore quodaz: ⁊ quadam regione. nam hoc genus nõ ꝯprehendit per multitudinem. ¶ Neqꝫ iterum opꝫ vt dicat ꝙ si est quintana tunc necesse est vt sit materia quinta. Nam melancolia generat qntanam: nõ ꝓpter hoc ipsum ꝙ ipsa est melancolica: imo ꝓpterea ꝙ ipsa est pauca grossa: ⁊ iam non prolongatur quin sit in quibusdam corporibus melancolia grossa pauca cui accidit putredo. ¶ Et nõ cõuenit alicui vt dicat possibile est flegmate vt fiant ei paroxismi alij qñ ingrossat ⁊ minorat: qm̃ concessio est res ampla ⁊ raro sit possibile vt necessario consequat eius ꝯtradictio. ¶ Amplius nõ est dispositio in ꝯcessione eius quod nunqꝫ videt ⁊ non audit neqꝫ de quo testificat experimentator aut sapiens: sicut cõcessio eius qđ testificat qualis Hypoc. Et iam retulit mihi fidelis qdam se vidisse nouenam. Quintanam vo nõ multotiẽs vidimus ⁊ non cogimur ꝓpter hoc dicere ꝙ illic sit humor alius.

¶ De cura specierꝫ huius febris. Cap. 72.

Approꝑinquat huius febris cura cure quartane flegmatice. ¶ Et indigetur in curatione eius superfluo ieiunio ⁊ subtiliatiõe cibi ⁊ regiminis: ⁊ somno digerente vt resoluatur per illud materia grossa ⁊ digeratur: ⁊ iterum indiget ingrossatione regiminis vt non destruatur in eo virtus ⁊ sunt ista duo sicut duo contraria: ⁊ propterea ꝙ febres iste non faciunt accidere lesionem virtutis non curamus si subtiliemus regimen ⁊ faciamus egrum vti ieiunio vno tempore ⁊ succurrimus illi sicut ostendimus ita vt cibemus cum eo cuius bonuꝫ est nutrimentum ⁊ velox sit ⁊ multiplicatur: ⁊ in quo non est ingrossatio materiei neqꝫ additio in ea. ¶ Et de curationibus magis conferentibus ad illud est vomitus cum elleboro ⁊ semine raphani ⁊ raphano ⁊ elleboro ⁊ semine attriplicis ⁊ nuce vomica: ⁊ euacuatio cum hieris ⁊ post illud administratio tyriace ⁊ eis similiuꝫ. ¶ Et confert tunc sudatio cũ medicinis ⁊ cum balneo calido absqꝫ administratione aque ⁊ absque administratione humectantium.

¶ Tractatus tertius.

¶ De ethica. Capitulum. j.



Iam sciuisti ꝙ in mẽbris sunt humiditates diuersaruꝫ specierꝫ de quibus sunt humiditates preparate ad nutrimentũ ⁊ humectanduꝫ iuncturas. ¶ Ex illis ẽ ergo illud qđ est repositũ in venis. ¶ Et de illis est illud qđ est sparsuꝫ in membris sicut ros: ⁊ iste sunt due diuisiones: ⁊ prima earuꝫ est materia febris putredinis aut febris ebullitionis: sicut sciuisti cum nutrimentũ totum nõ expandat qñ est immo remanet de eo illud quod est in semitꝫ expandẽdi ⁊ remanet

qđ eſt in ſemita recondendi. ⁋ Et de illis ſunt humiditates proximi tē poris coagulationi: ⁊ ſunt humiditates q̄ fiūt actu nutrimentū: ſ. attra cte ad locū qđ eſt permutatio eiꝰ qđ eſt de eo reſolutū ⁊ fiūt additio ī eo ſimilis illi: verūtamen tempus curſus eaꝝ propinquū eſt: ergo ſūt non coagulate. ⁋ Et de eis ſunt humiditates cum q̄bus continuanť partes membroꝝ ſimiliū partiū in principio creatiōis ⁊ per ipſam deſtructōez perueniūt ad ſeparationē. ⁋ Et ſimilitudo humiditatū primaꝝ ē oleū lucerne effuſum in lucerna: ⁋ Et ſimilitudo ſcđarū eſt oleum imbibitū in corpore lychinÿ. ⁋ Et ſimilitudo tertie humiditatis eſt humiditas q̄ continuantur partes coti de quo factus eſt lychinius. ⁋ Et cū inflam mantur mēbra radicalia ⁊ ꝓprie cor eſt illud ipſa egritudo que eſt ethi ca ſm ꝙ ſciuiſti. ¶ Et caliditas quidem epatis qn̄qꝫ ꝓducit ad ethicā: verum nō eſt ipſa ethica: imo ethica eſt illa que eſt cā cordis: ⁊ ſimiliter eſt diſpoſitio pulmonis: ⁊ ſtomachi. ¶ Uerum dum ipſa ꝑmanet finiē do humiditates que ſunt in digeſtione prima in mēbris ⁊ ꝓprie cordis ſicut finit candela oleum infuſum in lucerna: tunc eſt gradus primus appropriatus noīe generis qđ eſt ethica ⁊ grece ethicos cuꝫ non habeat in ſpeciebus ſuis nomē. ¶ Et cum finit humiditates que ſunt diuiſiōis prime ⁊ incipit reſoluere humiditates que ſunt diuiſiōis ſecūde ⁊ finire eas ſicut finit flāma oleū eūatū in lucerna ⁊ incipit finire ibitū in corpꝰ lychinÿ: erit gradus ſcđs ⁊ noīať duburē ⁊ foroſinos ⁊ hꝫ latitudineꝫ ⁊ principium ⁊ mediuꝫ ⁊ ſtatū. ⁋ Ampliꝰ nō rectificať ille qui cōſequitur ſtatum aduburem ⁊ parum recipit curationem niſi deus velit ⁊ ꝓprie quādo peruenit ad hoc: vt caro minuatur. ⁋ Cum ergo finiuntur iſte ⁊ incipit finire humiditates que ſunt diuiſionis tertie ſicut incipit flam ma adurere corpus lychinÿ ⁊ humiditates eius radicales eſt egritudo gradus tertÿ ⁊ nominať curuatiuꝰ ⁊ almukaſif grece. ¶ Et hec quideꝫ egritudo eſt ex febribus que non habent paroxiſmos neqꝫ horas paro xiſmorū. ¶ Et quidam dixerunt. Febres ethice aut pendent cum humi ditatibus propinqui temporis cum coagulatione. Aut cum eis que ſūt ſicut caro. Aut cum membris radicalibus duris ſicut ſunt oſſa ⁊ nerui. ¶ Et ſi ex ſermone iſto intelligitur ꝙ pendent ſm ſemitamꝰꝙ finiūt qđ in eis eſt de humiditate radicali continuata eis erit hec: ⁊ intentio pri ma equalis ⁊ ſi ſignificat ꝙ primū qđ finit ethica eſt humiditatis ꝓpin qui temporis cum coagulatione nō erit ſermo ſanus. ¶ Et ethica qui dem quandoqꝫ accidit poſt febrem ephimeram. Et quandoqꝫ accidit poſt febres putridas ⁊ apoſtematum: ⁊ longinquuꝫ eſt vt accidat ethi ca incipiendo: quare ſunt membra radicalia iam inflammata ⁊ non in flammatur humor neqꝫ ſpiritus ante illđ: imo oportet vt calefiant illa in primis: deinde ſm proceſſioneꝫ dierū calefiant iſta niſi accidat cauſa fortis valde: ⁊ cauſa quidem vna quandoqꝫ eſt cauſa febris ethice: ⁊ qn̄ qꝫ eſt cauſa febris ephimere ſm vehementiaꝫ mutationis ſue ⁊ debilita tem ſuſpenſionis ſue ſicut ignis: nā ipſe obuiat lignis ſꝫ duos modos: quorum vnus eſt ſm modum ꝙ calefacit ea et finiat in eis: et ſecundus

eſt ſm

est ẽm semitam inflãmationis. ¶ Et febris quidez putredinis et aposte matis permutatur multotiens ad ethicam ꝓpter vehementiam febris et vehementiam subtiliatiõis cibi in ea prohibitiõe aque frigide et paucitatem obseruationis lateris cordis cum vnctionibus et emplastris et epithimatibus et propꝛie in egritudinibus membroꝝ vicinorum cordi sicut dyaphragmatis. Et multotiẽs facit cadere in eaz necessitas medico propter casum virtutis ⁊ frequẽtiam sincopis ad dandum tn potu vinum ⁊ aquam carnis ⁊ medicinaz de musco ⁊ his similia. ¶ Et qñqꝫ componitur ethica cum febribus putredinis ⁊ apostematũ. ¶ Et ethica quidem in principio rei est difficilis cognitionis ⁊ facilis curatiõis. Et in fine sui est facilis cognitionis et difficilis curationis. ¶ Et finis aldubuꝛẽ non recipit curationem penitus.

¶ De signis. Capitulum.2.

Pulsus quidem est minutus durus frequens debilis fixus ẽm habitudinem vnam. ¶ In tactu vero eorum est illud quod sentitur de caliditate minus caliditate sinochi ⁊ ei similium inflãmataꝝ in materia. Et in principio dum tangitur est magis suauis. Et cum remanet super eum manus hora vna apparet cum fortitudine ⁊ mordicatione. Et non cessat augmentari: ⁊ est calidius quod est in eo locus venaruz ⁊ arteriarũ: ⁊ est eorum caliditas similis non enim minuitur. Verũ ipsa quãdo superuenit ei cibus augmẽtatur velociter: ⁊ fit fortis pulsus valde ⁊ incipit magnificari: ⁊ ꝓpter illud accidit stultis medicorum ꝙ prohibent eis cibum propter illud quod accidit eis de eo ex accidentibus quare perdunt eos. Sicut augmentatur flãma propter iniectionez olei ⁊ sartago cum effunditur aqua super eam: ⁊ iste quidem significatiões eius sunt fortes: ⁊ cibus in reliquis quidem febribus procul dubio non incendit hac incensione: sicut inuenitur huic: quamuis necessario faciat diuersitatem per motus nature: ⁊ hec inflammatio non non est sicut incensio reliquarum febrium post coartationem: neqꝫ ẽm periodos notos: immo cum comedunt ⁊ in quacunqꝫ hora sit: ⁊ est habens egritudinem non vehementem discernens illud quod est in eodem de caliditate: quoniam facta est complexio membro conueniens. Et iam sciuisti in libro primo qualitatem dispositionis in huiusmodi. Verum ipsa apparet apud susceptionem alicuius ciborum propter vehementiam suam. ¶ Et de significationibus permutationis febris ephimere ad febrem ethicam est vehementia fortitudinis caliditatis in.iij.valde. Nã ẽꝫ plurimum incipit febris post.x.horas declinare. Cũ ergo pertransit febris duodecim horas: ⁊ nõ apparent signa declinationis: imo ꝯtinuat vsqꝫ ad tertiũ omni die ⁊ fit fortis: tũc illa est ethica. ¶ Et de significatiõibꝰ ꝯpõnis ethice cũ febribꝰ putredinis ẽ remissio caliditatis sicce post finẽ declinatiõis: ⁊ post sudorẽ exuberantez: ⁊ additio in arefactione ⁊ extenuatione ẽꝫ illud qꝺ facit necessariũ illa egritudo ⁊ vnctuositas in vrina ⁊ ẽgestione. ¶ Et si fuerit ethica illud qꝺ apparet ⁊ occultum aliud significat ipsum coarctatio accedẽs in paroxismis huiusmodi.n.est nã

fnuētuz in ethica oīno. ¶ Et scias ꝙ quando incipit ethica retenta cū stomacho quare corrumpit complexionez epatis per vicinitatem.

¶ De signis alduburen. Capitulum. 3.

Signa vero alduburen sunt ꝙ qñ febris expellitur alduburen vehemens fit durities pulsus ꝛ ei⁹ debilitas ꝛ pultas ipsius ꝛ ei⁹ frequentia ꝛ ꝓprie qñ cā casus in ethicā est apostemata qđ nō resoluitur. nam illud. s. frequentia additur valde: ꝛ similiter velocitas ꝛ fit pulsus eius de genere eius q̄ noīatur cauda muris. Qđ si fuerit ex potu calidi vini erit loco caude muris acualis. Et nō erūt accidētia aldubellati vehementia valde: nō enim dat ei spaciū vsq̧ ad huiusmodi. ¶ Et apparent in vrina vnctuositas ꝛ petala ꝛ incipit oculus ꝓfundari. ¶ Cuz ergo alduburen perūenit ad statū fit fortior ꝓfundatio amboꝝ oculoruz. Et multiplicat lippitudo sicca: ꝛ crescunt extremitates ossium oīs mēbri ꝛ in facie: ꝛ planantur tempora: ꝛ tenditur cutis frontis: ꝛ destruitur color cutis: ꝛ fit quasi sit super eā puluis quidam ex adustione solis ꝛ perducit ad grauedinem eleuandi supercilia: ꝛ fit oculus somnolentus ꝛ clausus absq̧ somno: ꝛ subtiliatur nasus: ꝛ elongantur pili: ꝛ apparent pediculi: ꝛ videtur venter iam minorari ꝛ adherere cum dorso quasi sit cutis sicca que iam attracta est: ꝛ attrahitur cuz ea cutis pectoris. Cum ergo curuantur vngues ꝛ arcuantur: tunc iam venit ad statū ꝛ incipit tendere ad occasum: ꝛ cum incipit tendere ad occasum liquefiunt cartilagines.

¶ De cura ethice. Capitulu3. 4.

Intentio in curatione febris ethice est infrigidatio ꝛ humectatio: ꝛ vnaqueq̧ eaꝝ completur cum approximatione suarū causarū ꝛ expulsione causaꝝ sui cōtrarij. ¶ Et fortasse est cā vnius earum cā ꝯtrarij alterius sicut cā infrigidationis: ipsa enim quādoq̧ est cā exiccationis que est cōtraria humectationi sicut infrigidatio cum trociscis camphoratis ꝛ illis que sunt ex spodio ꝛ his similibus. ¶ Et fortasse humectatio iterum est causa calefactionis que cōtraria est infrigidatiōi sicut vinū ipsum humectat sed calefacit: quare oportet vt obseruetur illud. ¶ Et si necessitas vocat ad fortem infrigidationē: nō erit nisi cuz re cui coniungitur aut quā precedit aut cui succedit res in qua est virtus humectationis. ¶ Et similiter cum vocat necessitas ad fortem humectationem velocem in ea sicut aqua carnis ꝛ vinum: tunc oportet vt adiungatur ei aut antecedat eam aut sequatur eam illud in quo est infrigidatio. ¶ Et si fuerit causa ethice apostema aut lesio in membro; tunc necessarium est curare ipm in primis. ¶ Et qui diligit ꝯponere regimē ei⁹ ex diuersis modis ꝯueniētibus ei in quo febris fit vehemēs valde: tunc necessariū est vt incipiat ꝛ det in potu trociscos caphoratos ꝛ que currunt cursu eorum cum sirupo acetoso diluculo in ortu solis: sicut aqua ordei in cancris si nō abhorret eos: ꝛ cuz iuleb ꝛ aqua granatoꝝ. Et admixtionē mucillaginis psilij: si nō fuerit ꝓhibens aliq̄d pp stomachum ꝛ alia. ¶ Et regimē infrigidās est per illud qđ sciuisti de potibus infri-

gidantibus ꝛ de oleribus infrigidātibus ꝛ trociscis sicut trocisci de cā phora ꝛ emplastris ꝛ vnctionibus ꝛ his similibus ꝛ infrigidatione aeris eoꝝ ita ꝙ in hyeme. Si aūt non tollerat alleuieꝛ ab eo ignis. Infrigidatio naq̄ȝ aeris eorum est melior res. Et sicut vestire eum cuȝ sandalatis ꝛ cāphoratis: ꝛ facere ipsum odorare illud in quo sunt rose ꝛ camphora ꝛ sandali: ꝛ fructus frigidi ꝛ sehesebran ꝛ lilium cum aqua rosacea: ꝛ vaporatio cū sudore ꝛ balneo. ¶ Et oportet vt nō prolongetur retentio emplastroꝝ infrigidantiuȝ valde super mēbra propinqua valde mēbris anhelitus. fortasse enim infert illud anhelitui ꝛ voci nocumentum magnū. ¶ Et opȝ vt declinet ad quieteȝ ꝛ somnū ꝛ tranqllitatem ꝛ gaudiū: ꝛ custodiatur eger ab eo qđ facit ipsum irasci ꝛ qđ facit ipsuȝ tristari ꝛ quod facit ipsum angustiari ꝛ a fame ꝛ siti longa. ¶ Emplastra infrigidantia q̄bus oportet eos vti sunt aromatica. Nam ipsa sunt propinquioris iuuamēti ꝛ proprie super pectus ꝛ que sequūtur ipsum. ꝛ sint infrigidata: ꝛ nō sit in eis stipticitas. Stipticitas enim cū hoc ꝙ ipsa facit accidere exiccationem prohibet virtutē medicine ꝓfundari. ¶ Et opȝ vt assidueꝛ permutatio vt nō remaneat medicamen ꝛ calefiat cū obseruatione vehementie infrigidationis eius. Nam cū ipsum infrigidat vehementer nō elongatur quin debilitet membrū. ¶ Et quando est prope mēbra anhelitus nō est longinquū quin impediat dyaphragma ꝛ alia ab emissione anhelitus cū facilitate. ¶ Et de regimine humectante sunt cibi leues ꝛ fructus ꝛ robub: ꝛ vnctiōes: ꝛ emplastra: ꝛ odoramenta: et caputpurgia: ꝛ quies: et tranquillitas: ꝛ vt non inferatur ei violentia in fame aut siti.

¶ De rememoratione medicinaruȝ infrigidantium eos. Capl'ȝ. 5.

Ille vero que de eis sunt infrigidantes aut humectantes oēs sunt nutritiue: aut vincit in eis nutribilitas sicut aqua ordei decocta cū cancris ex parte cancri. Et oportet vt euellantur extremitates cancrorum ex pedibus suis ꝛ corporibus suis ꝛ abluantur cum aqua frigida ꝛ sale bono cum cinere vicibus tribus ꝛ supra donec mundificentur et purgentur a grauitate sui odoris: deinde decoquanꝛ in aqua ordei: ꝛ sicut aqua lactis vaccini de quo extractum est butyrum: ꝛ sicut succi olerum elixatorum predictorum in capitulis febrium acutarum sicut mucillago psilij. ¶ In aceto autem est vehemens exiccatio ꝛ virtus resolutionis: quare oportet vt bibatur cum eo quod resistit duabus proprietatibus. s. per cōmixtionem aque multe: aut cum quibusdam humectantibus ꝛ lenificantibus. ¶ Et proximum quidem est vt lac asine sit cum humectatione sua infrigidans: ita vt quidam faciant meliorem infrigidationē eius super infrigidationē lactis vaccini de quo extractū est butyruȝ. Verū ip̄m ꝯuenit ei q nō hȝ febreȝ periodicā: neq̄ȝ māniā: neq̄ȝ humore preparatū ad putredinē: ꝛ opȝ vt caueaꝛ spissuȝ lac: ꝛ de illis que ꝯferūt eis est ȝuccarū: ꝛ cū senseris putredinē accidenteȝ ex lacte: tunc solue cū facilitate: ꝛ si timueris calefactionē: tunc abstine ab eo aliquot dieb': ꝛ cura in ea cum trociscis ꝛ age fructuū: deinde itera lac. ¶ De

dicine vero infrigidātes que non habent humectationez sunt sicut tro
cisci noti narrati.s.trocisci canforati ⁊ trocisci de dactilis ⁊ succis frigi
dis.¶ Et sicut trocisci huiusmodi. ℞.spodij boliarmeni.an̄.ʒ.iiij.rosa
rum.ʒ.vi. seminis portulace ⁊ citrulli ⁊ cucurbite ⁊ karabe oiuz. an̄.ʒ.
iij.fiant ex eis trocisci ⁊ sit dosis pōdus.ʒ.ij.⁊ sunt boni valde.¶ Et ite
rum alij proximi eis.℞. arnoglose amili ⁊ gummi dragaganti omniū.
an̄.ʒ.iij.boliarmeni spodij amborū.an̄.ʒ.iiij.papaueris.ʒ.v.rosarū ⁊ se
minis cucurbite ⁊ citrulli ⁊ portulace oium.an̄.ʒ.vi. granoꝝ cydonio
rū excorticatoꝝ ⁊ semis melonis ⁊ cucumeris oium.an̄.ʒ.vij. succi liq
ritie pondus.ʒ.x.ꝯficiant cum mucillagine psilij. ¶ Unctiones vero:
⁊ epithimata:⁊ emplastra infrigidantia: ⁊ odorāmēta : ⁊ caputpurgia
infrigidantia sunt illa que tu sciuisti. ¶ Et meliores vnctiōes sunt cū
oleo ō cucurbita:⁊ de papauere:⁊ nenufare:⁊ salicibꝰ:⁊ violis. ¶ Stra
tus autem infrigidantes ⁊ humectantes sunt qui sunt plani valde de
corijs aspersis aqua roſ.aut de genere eius qđ fit in tabastren. ⁊ sit im
pletio eius illud qđ non calefacit imo sit de genere lini pectinati ⁊ re
nouati assidue.¶ Aut sit stratus de corijs q̄ iam sunt impleta aq̄ postq̄
sint super ea rectificationes que applanent aquam bene ⁊ prohibeant
eius inequalitatem:⁊ sit stratus prope aquas ⁊ cursus earum:⁊ sub eis
folia arborum frigidoꝝ ⁊ humidoruz scilz de salicibus ⁊ semperuiue:⁊
olera humida ⁊ odorifera frigida sicut rose ⁊ folia arborum frigidoꝝ
⁊ preputia vitis ⁊ his similia.

¶ De rememoratiōe medicinaꝝ humectantiū eos. Cap.6.

Illarū quidez que sunt cum infrigidatione rememoratio iam p̄te
rijt.¶ Et restat nunc considerare in qualitate dandi in potu gene
ra lactis:⁊ lac de quo extractū est butyrū:⁊ in qualitate administratio
nis tine ⁊ balnei:⁊ administratione vnguentoꝝ ⁊ oleoꝝ ⁊ epithimatū ⁊
reliqui regiminis. ¶ Et nos q̄dem iam docuimus modū dādi in potu
genera lactis in cap.pthisis ⁊ siccitatis stomachi : quare oȝ vt sit illud
canon. ¶ Et nō ē lac post lac mulieris sicut lac asine postea lac capraꝝ
cuius pascua opȝ esse ex herbis ⁊ oleribus frigidis humidis sicut scis.
Nam ipsum ⁊ proprie lac asine eradicat ethicaȝ si fuerit ei eradicator:
⁊ non est electio super ipsum si nisi prohibeat putredo accidens:aut ex
pectatio materiei comprehensę:⁊ lac quidem iuuatiuuȝ est eis a princi
pio ethice vsq; ad finem eius:⁊ lac mulieris sugendo sumptum conue
nientius est oibus:⁊ canon in dando in potu lac de quo extractum est
butyrum est proximus illi iterum:⁊ melius q̄dem est vt incipias a.ʒ.x.
vsq; ad.xxx.⁊ qđ est supra eas si fuerit virtus adiuuās ⁊ tibi iest vt cō
misceas cū eo aliq̄d de trociscis infrigidantibus : ⁊ tibi inest vt addas
supra summā p̄dictam in potione prima ⁊ postrema si fuerit potēs vir
tus sup digestionē. ¶ Tina aūt illa est melior que est tepida in qua non
est caliditas multa:⁊ est cū hoc cū virtutibus oleꝝ ⁊ herbaꝝ infrigidā
tiū ⁊ humectantiū:⁊ nō fit ita vt rorificet:nedū q̄ sudare faciat; ⁊ nō lȝ
vt vapor tine sit calidus;⁊ si n̄ eēt qđ p̄hiberet administratōeȝ tine frīde:

nō eligeref sup eā. Uex qd̄ ꝓhibeat ab hoc ē debilitas corpoꝝ eoꝝ: ⁊ eorū extenuatio. In p̄mis v̄o reb⁹ fortasse sanat eos istud. Uex debilitatē corpis sanat iā illud cū īfrigidatōe pauca quā facit in ꝯplōne ei⁹ q̄ possibile ē vt curef. ¶ Qd̄ si fuerit debilis illo timef ꝙ cadat in ethicaz senilē ⁊ illō ꝭm min⁹. Uerūtn̄ cū illo tardaf magis tp̄s mortis: ⁊ fortasse viuit cū ea tēperie cui ē q̄titas: ⁊ multotiēs q̄dē ē rectior pmutatio ei⁹ ad illā ethicaz. ¶ Illud aūt in quo sumus de relatione tine rectius est vt fiat inceptio in ea cū aqua que est calidū ad terminū: ⁊ fiat gradatio ad frigidam ⁊ ad tēperataz frigidam tollerabilē. Hec eniz gradatio facit corpus susceptibile aque frigide: cū lesio non fiat nisi p aduentū contrarij in cōplexione subito: ⁊ iterū corpus acq̄rit ex aqua calida similitudinē teneritatis ⁊ tollerat cū ea aquā frigidaz. Et si iteref tina in die tribus vicibus erit rectū: ⁊ opz vt administref cū facilitate vt nō cadat virtus: ⁊ si sumpserit aquaz ordei an̄ tinaz duabus horis erit ꝯueniēs: ⁊ si p̄mittat tinā post emulsionē lactis sup corpus ei⁹ ꝭm ꝙ dicemus vt dilatet tina meatus cibi: deinde suscipiat aquā ordei ⁊ q̄ sunt ei similia postea expectet: deinde administref aqua tine vt dilatef cibus erit bonum. ¶ Et administref post tinā ⁊ balneū īūctio cū oleis infrigidantibus ⁊ humectātibus: sicut oleo viol. ꝓprie qn̄ factū est ex oleo de cucurbita: similiter oleo nenufarino: ⁊ oleo d̄ cucurbita. ¶ Et si pmutef post tinaz ad illud qd̄ est decliuius ad frigus parū tollerabile deinde inungaf. ¶ Et si p̄mittaf inunctio ⁊ festinef: deinde igrediaf aquā frigidaz parū erit rectū ⁊ illud ꝭm tollerantiā ⁊ nō est malū gradari in eo. ¶ Et melior quidē horaꝝ huius actionis est post digestionem cibi: ⁊ si possibile est vt submergaf post tinā calidam in aq̄ frigida subito absq̝ gradatione est magis vltimū ex parte cure: ⁊ magis forte ex parte timoris. ¶ Et effusio eius cū facilitate est minoris timoris q̄ submersio infirmi in ea subito ⁊ minoris iuuamenti: ⁊ sit frigus ꝭm quantitatem frigoris aque estatis que est inter tepidā ⁊ illā que est vehementis frigoris. ¶ Et si premittaf emulsio lactis sup mēbra sua si nō fuerit debilis: aut ei⁹ qd̄ mixtū est aqua si fuerit debilis: deinde si administref tina erit rectū. Nā emulsio lactis sup corpus est vehementis humectationis: ⁊ genera q̄dē lactis bona ad emulgēdū sunt p̄dicta: ⁊ opz vt emulgeantur ex vbere. ¶ Et dignius est vt fiat fixio sup inunctionē fricando ex medicinis predictis corpori toti ⁊ iuncturis. ¶ Ingressio aūt balnei nō ꝯcedif ei: nisi fuerit ita ne sudare faciat: neq̝ igniat: neqz alteret anhelitū: ⁊ sit calidū aque eius minus calido sui aeris: ⁊ sit caliditas aque eius ita vt delectet ⁊ nō ledat ⁊ nō faciat sudare: ⁊ qn̄ nō est in corpore eius materia preparata putredini ⁊ proprie cū illud ē ⁊ nō digestus est cibus: imo oz vt sit illud cū volūtas est vt expandaf digestū ei⁹ in corpe: et non ꝓlonget moraz eius in eo imo separaf ab eo velociter: et qn̄ separaf ab eo sumat aliquid de humiditatibus ⁊ de sorbitiōibus q̄ nō nocēt ei factis ex ordeo et lacte: et quando accidit ei in balneo sitis sedet eaz cū aqua ordei et aq̄ alraib et lac sit lac asine: et oz vt sit introitus in balneuz: dein-

de exitus eius ab eo scdm modum vt non sit labor in eo omnino. Et iaz enũciauimus illud in locis aliis et iterabim⁹ de illo cõditionẽ. ¶ Oportet vt permutet ad balneũ in lecto portato in quo sunt strati strat⁹ ingeniose: ita vt perueniat cum eo ad primã domum: et permutet ad illud qd ex duobus pannis factum est plenum lana vel coto et dicit grece pedetolene qd cõueniẽs est balneo et exuat vestimentis suis in ea: aut i media si nõ fuerit calida: et non moretur in aliqua earuz nisi quãtitate pmutationis et anhelitib⁹ paucis: et iã exutus vestimẽtis: deinde ingrediat ad domũ scdam et tertiã: verũtamẽ non sit vehementis caliditatis et stet in ea qntitate qua tollerat tinã. ¶ Hoc est illud qd dictũ est et quod magis est dilectum mihi est vt sit tina eius in domo media temperata. ¶ Cum ergo separat a tina frigida coopiatur mãtili aut sarca habente duas tunicas et pmutet ad stratũ suum et lectum suuz cuz sua sabana: et exiccetur sudor eius cum mantili et inungatur et cibetur.

¶ De cibatione habentium ethicam. Cap. 7.

Oportet vt separet in eis cibus: ꝛ nõ cibent in saturitate eoꝝ vice vna. Amplius melius quo cibant est aqua ordei: et ordeum: et panis tritici abluti infusus in aqua frigida. ¶ Et genera lactis cũ ab eis nõ phibet aliquid eoꝝ que diximus. Et lac vaccinũ de quo extractũ est butyrum quoniã est plurimi nutrimenti: et almes: et cucurbita: et d fructibus melones palestini et sunt alraki cognominati apud nos indi. et quãdo sentit rectificationẽ: tũc nõ est malũ cibare ipsuz caseo humido non salito: et si virtus debilitat nõ est maluz vt cibet iure isfidebegi cũ coriandro humido decocto cum eis que sunt sicut alduragi ꝛ alteiugi. ¶ Et fortasse opz vt detur eis in potu aliqd vini subtilis permixti cum aqua multa: ꝛ fortasse est necessariũ vt cibes cũ mosos ex carne alduragi et alteiugi et alcubugi et pulli et hosune acetoso aut ꝯgelato acetoso ex carne hedi aut carne vaccina qñ est illic fortitudo digestionis: et acetũ almoses et cõgelati est iuuatiuũ eis et cõfortatiuũ in hac dispositiõe: et fortasse non est excusatio ab aqua carnis permixta cuz sirupo de fructibus frigidis acetosis aut vitello oui sorbilis: et qñ prolongat cũ ea debilitas ad sincopim: est necesse vt cibent aqua carnis accepta ex lateribus hedi cũ sale pauco que colet et fundat sup eã qrtum totũ eius ẽ de aqua malorum et quãtum est decima eius de vino odorifero et potetur tepida. ¶ Aqua vero frigida q̃ nõ est valde vehemẽtis frigoris non est malũ si in potu detur eis: si nõ fuerit debilis: aut aliquid phibens: Et illud phibens: aut erit apostema sub hypocũdriis: aut erũt in corpore toto chimi putridi et chimi crudi qui oẽs digestione indigent et non apparet signũ digestiõis. Quod si appareat timor erit minor: et similr si fuerit ethica permutata ex sirsen aut birsen: nam cũ hac melius ẽ vt interdicat potus aque frigide qp cũ aliis. ¶ Ethica enim cũ superuenit egritudinibus destruentibus virtutem mollificantibus eam arefacientibus ossa et carnẽ supuenit debilitati. Cũ ergo coniungit ei sup debilitatem post sumptionem aque frigide non morat quin cadat in genus

alterius ethice que cõicat huic generi in siccitate: ꝛ diuersificaꝛ ei in calore ꝛ frigore: ꝛ nominaꝛ ethica senectutis ꝛ ethica senii. ¶ Et illa qdez est egritudo seua in qua inatus calor iam destructus est. ¶ Et similiter aqua vltimi frigoris ꝛ plurimi nocet eis in omni dispositione ꝛ corrũpit innatum calorem membrorum eorum radicalium: ꝛ fortasse festinat cum eis aut permutat eos ad modum alium ethice.

¶ De succurcendo dispositionibus sequentibus ethicã. Cap. 8.

De illis est sincopis: ꝛ iam diximus regimẽ in hoc multotiẽs. ¶ Et de illis est fluxus vẽtris: ꝛ opꝫ vt cureꝛ ꝛ succurraꝛ ei. Naꝫ in hoc est timor magnus. ☞ Et de curis eius in primis est vt sit aqua ordei eoꝝ aqua sauich: ꝛ ponanꝛ in aqua ordei eoꝝ miliũ torrefactum ꝛ gũmi aut lentes elixate iterate aut lac decoctũ cũ lapidibus aut cuꝫ igne solo donec consumaꝛ eius aquositas ꝛ proprie cum milio. ☞ Et potent hos trociscos. ℞. bollarmeni. ʒ. v. castanee torrefacte roꝛ. omniuꝫ. aã. ʒ. iiij. spodij karabe amborũ oium: aã. ʒ. iij. seminis acetose excorticati granorũ berberoꝝ oiuꝫ. aã. ʒ. vi. fiant trocisci cũ succo cydonioꝝ: ꝛ detur ĩ potu aq̃ piroꝝ in mane ꝛ apud somnũ: ꝛ deꝛ in potu psiliũ torrefactum: ꝛ similiter suffuꝛ de spodio in quo est bdellium de mecha: est iuuatiuum valde. ¶ Et si peruenit ad excoriationem cureꝛ excoriatio cum clysteribus que scis quoniam illud est conueniens.

¶ De ethica senectutis. Cap. 9.

Currit consuetudo vt dicant ethicaꝫ senectutis post febreꝫ ethicã ꝛ nos etiaꝫ incedamus via cõsueta. ☞ Intentio itaqꝫ ethice senectutis est dominium siccitatis super complexionem absqꝫ febre: ꝛ quãdoqꝫ fit cum equalitate in calore ꝛ frigore ꝛ illud est ꝫm minus: ꝛ quandoqꝫ fit cum frigore ꝛ nominatur hec dispositio senectus ꝛ ethica senij quoniam corpori accidit in hora senij illud quod accidit in illa hora de aldubul ꝛ siccitate. ¶ Et senes quidem sunt velocioris casus in ea q̃ꝫ iuuenes: ꝛ iuuenes velocioris casus in ea q̃ꝫ pueri licet accidat in iuuenibus ꝛ pueris. ¶ Et causa faciens cadere in eam: aut est frigus dominans cum debilitate corporis: quare prohibet virtutem nutritiuam ab operatione sua integra sicut accidit iterum in fine vite. Et de hoc capitulo est potus aque frigide non in hora sua: aut super debilitatem corporis cum febre: aut dispositione: aut successione exercitij resoluentis virtutem ꝛ aperientis poros ꝛ quod vocat ad attrahendum aquaꝫ frigidam ad viscera subito. Aut vapores mali frigidi qui eleuantur ad cor ꝛ infrigidant complexionem eius. Aut caliditas que resoluit ꝛ liquefacit humiditates: quare caliditas innata debilitatur ꝛ succedunt frigus ꝛ siccitas. Et quandoqꝫ sequitur euacuationes. Et quãdoqꝫ attrahit hanc egritudinem superfluitatis in infrigidãdo patientes febres cum eis que bibuntur ꝛ emplastrantur. ¶ Et hec quidem egritudo quando confirmatur non curatur: et si esset ei ingenium: esset morti ingenium.

¶ De signis. Capitulum. 10.

In istis videntur signa alduburen ⁊ exiccationis: ⁊ non videtur in eis incensio ⁊ inflammatio: immo fortasse inueniuntur frigidi tactus. ¶ Et eorum pulsus non est sicut pulsus habentiũ febres ethicas immo est tardus paruus ⁊ rarus: nisi fortis fiat debilitas: qm̃ tunc incipit pulsus fieri frequens ⁊ proprie in illis quibus aduenit hoc ex potu aque frigide. ¶ Et quandoq3 est vrina eorum alba subtilis aquosa. Et sunt in dispositionibus suis sicut senes.

¶ De curatione ethice senectutis. Cap.ii.

Non adhibetur hec cura nisi cum nõdum confirmata est ⁊ speratur q non confirmetur: ⁊ cum confirmata est speratur vt postponatur perditio parumper. ¶ Et canon quidem in curatione eorum est calefactio ⁊ humectatio. ¶ Et ex humectatione sunt balnea s3 qõ sciuisti que non administrentur nisi post digestionem: nam si ipsa administretur successione comestionis faciunt cadere virtutem. ¶ Et clisteria facta ex capitibus ⁊ pedibus ⁊ cicere contrito ⁊ ficubus cum melle et camomilla de quo administretur q̃titas medie libre cũ vnc.ij. olei sisamini ⁊ aliq̃tulo olei de ben. ¶ Et administretur fricatio super cibationẽ ⁊ lac coctũ cũ lapidib9 est vehementis iuuamenti eis: ⁊ mel est vltimum in iuuamẽto eoꝛ sicut est vltimũ in nocumẽto habentiũ febrem ethicam. ¶ Et oĩs cibus humectãs facilis penetrationis velocis descẽsionis in quo non est viscositas sicut aqua carnis ⁊ vitelli ouoꝛ sorbiliũ ⁊ vinũ subtile odoriferũ parue q̃titatis est vehemẽter ꝯueniens eis. ¶ Et op3 vt obseruetur humectatio predicta in caplo ethice. Et misceatur cu3 ea qõ calefaciat ex odorib9 ⁊ emplastris ⁊ vnctionibus fricando ⁊ cibis alijs.

¶ Tractatus Quartus de febribus pestilentialibus: ⁊ que sunt homogenea: ⁊ variolis: ⁊ morbillo.

¶ De febre pestilentiali. Cap.j.



Quando accidit aeri qõ docuimus te in libro vniuersaliũ sicut accidit aque de alteratione in qualitate sua ad colorem ⁊ frigus: ⁊ de alteratione in natura sua ad profundationẽ ⁊ putredine3: sicut profundatur aqua ⁊ fetet et putrefit. ¶ Et sicut aqua nõ putrefit vllo modo propter suam simplicitatem: imo propter illud qõ admiscetur ei de corporibus terreneis malis que permiscentur ei: ⁊ accidit toti qualitas mala. Similiter aer non putrescit vllo modo propter suam simplicitatem: imo propter illud qõ admiscetur ei de vaporibus malis qui permiscentur ei ⁊ accidit toti qualitas mala. ¶ Et qñq3 est illud causa vẽtoꝛ

deferentium ad locum bonum fumos malos ex locis fetidis in quibus sunt valles profunde ꝛ corpoꝛa exiccata in prelio aut occisa non sepulta neqꝫ tumulata: ꝛ fortasse est causa propinqua loco in quo venit. Et quandoqꝫ accidunt putredines in interioribus terre ꝓpter causas quarum euentus ignoratur: ꝛ nocere faciunt aquam ꝛ aerem. ¶ Et febres quidem accidentes cum aeris sicci: fiunt iterum causa vt eueniant febres colerice. Pestilentiales vero fiunt ex aere turbido ꝛ humido: ꝛ febres in aere humido sunt pluris euentus: sed sunt minoris acuitatis ꝛ longioris spacij. In estate vero sicca pauce pluuie sunt minoris euentus ꝛ maioris acuitatis ꝛ velocioris separationis. ꝛ meliora tempora sunt que seruant materiam suam. ¶ Et principium omnium horum sunt forme ex formis celi facientes esse necessarium illud cuius aduentus ignoratur: licet sint quidam qui dixerunt in eo aliquid non ꝓportionatum ad causam eius: imo oportet vt scias quod causa prima longinqua ad illud: ꝛ quando faciunt necessario virtutes agentes celestes ꝛ virtutes patientes terrestres humectationem vehementem aeri expelluntur vapores ꝛ fumi ad ipsum: ꝛ sparguntur in ipso: ꝛ putrefaciunt eum cum caliditate debili. ¶ Et quando fit aer secundum hunc modum venit ad cor quare corrumpit complexionem spiritus qui est in ipso ꝛ putrefit quod circundat ipsum de humiditate: ꝛ accidit caliditas egressa a natura ꝛ spargitur in corpore: tunc per causam suam erit febris pestilentialis: ꝛ communicat multitudini hominum qui iterum habent in seipsis ꝓprietatem preparationis. Agens enim solum cum peruenit ꝛ patienti non est preparatio non accidit actio ꝛ passio. ¶ Et preparatio corporum ad illud in quo sumus de passione est vt sint plena humoribus malis. Nam munda non forsitan patiunt ex illo: ꝛ corpora debilia iterum patientia sunt ex ea. Sicut illa que multiplicant coitum. ꝛ corpora dilatatorum pororum: humida: multe balneationis.

¶ De signis febris pestilentialis. Capitulum. 2.

Hec febris est quieta exterius: conturbans interius. secundum plurimum perdens: ex qua percipitur caliditas: ꝛ inflammatio fortis: ꝛ est cum ea magnitudo anhelitus ꝛ eius exaltatio: ꝛ constringitur multum ꝛ curtatur multum: ꝛ frequentatur: ꝛ vehementia sitis: ꝛ siccitas lingue. ꝛ quandoqꝫ fit cum nausea aut casu appetitus: ꝛ si non resistitur ei cum comestione violenter interficiet eum: ꝛ dolor oris stomachi: ꝛ magnitudo splenis. ꝛ angustia vehemens: ꝛ inquietudo: ꝛ fortasse erit tussis sicca: ꝛ casus virtutis: ꝛ peruenitur in ea ad sincopim ꝛ commixtionem rationis. ꝛ tenditur quod est sub hypocundrijs. ꝛ fiunt cum ea vigilie ꝛ mollificatio corporis ꝛ tepor. ꝛ quandoqꝫ accidit cum ea bothor subalbida ꝛ rubea: ꝛ quandoqꝫ est velocis occultationis: ꝛ accidunt cola ꝛ vlcera: ꝛ fit pulsus secundum plurimum frequens ꝛ paruus: et fit vehemens secundum plurimum in nocte: ꝛ quandoqꝫ accidit eis dispositio sicut hydropisis: ꝛ fluxus ventris colere ꝛ aliorum: ꝛ est egestio eius lenis feda non naturalis. Et quandoqꝫ est melancolia et plurimum eius est spumosum fetidum. Et est in illa aliquid de genere eius quod

liquefit: et est vrina eius aquosa colerica melancolica: et multotiēs euomunt melancoliā. Coleram vero plus illa et sudant sudore fetido. ¶ Et hec quidem febris incipit cum accidentibus predictis cum fortitudine sua et venit res eius ad sincopim et frigus extremitatū et spasmum et alcuzez. Et quandoq3 est de his febribus pestilentialibus in qua nō percipit eger nec tangens ppinquus multitudinē caloris: et non alteratur pulsus et aqua magna alteratione: et cum hoc ipsa est interficiens velociter: et hesitant medici in esse eius: et plurimuz quorū anhelitus fetet ex istis et ex primis moriunt: nam putredo est iam confirmata in corde.

¶ De signis pestilentie aeris. Capitulum. 3.

De illis que significant pestilentiaz de reb⁹ que currūt cursu cārū est vt multiplicentur rholoni et asuhub in principijs autumni et nebul. nam indicant pestilentiaz indicatione cause. ¶ Et quando multiplicatur auster et subsolanus in kenif diebus aliquot. Et quotiens videris turbiditatem aeris et nebulositatē eius: et existimaueris pluuiā: et inueneris aerem vacuum siccum et non pluit: tunc scias q complexio hyemis erit corrupta. ¶ Pestilentiā aūt estiuā malignaz malam significat paucitas pluuie in vere cum frigore: deinde multiplicat auster et cōturbatur aer aliquot diebus: deinde clarificat post hebdomadaz vnaz nō supra: et accidit frigus in nocte: in die calor est vehemens et prefocatio et conturbatio et caliditas: tunc iam venit pestilentia: et expectantur febres pestilentie et variole et his silia. Et similiter qn̄ estas non est vehementis caloris et est vehementis conturbationis habens matutina alterata et iam preterierunt in autūno asuhub et ignes et vehiziz et alia: est signum pestilentie et aliorum. ¶ Et similiter qn̄ videris aerez alterari in die vno multis vicibus et clarificat aer die aliquo: et oritur sol clarus et conturbatur die alio: et oritur in velaminibus nebule que est vt puluis: tunc iudica q pestilentia accidet. ¶ Signa que sunt sm semitā societatis cause sunt. verbi gratia. vt videas ranas iam multiplicari: et videas reptila generata ex putredine iaz multiplicari: et de eis que significant illud est vt videas mures et aialia que habitāt sub terra fugere ad supficiē terre et exire māifeste: et videas aialia male nāe sicut alakaliki et eisilia fugere ex nidis suis et ire ab eis: et fortasse dimittūt oua sua.

¶ De curationibus febrium pestilentiarū. Capitulum. 4.

Summa curatiōis earū exiccatio. Et illud cuz flobotomia et solone ventris: et opz incipiatur in ea ad euacuandū. Si aūt mā vincens fuerit sanguinea fiat flobotomia: et si fuerint humores alij euacuētur. ¶ Et opz vt ifrigides domos eorū et rectifices aeres ipsarū. Domorū aūt infrigidatio fit vt vallent fructib⁹ odoriferis frigidis et extremitatib⁹ arborū frigidarū et linimētis et rorationib⁹ vel delibutiōib⁹ sumptis ex fructibus frigidis odoriferis et ex cāphora et aqua ro. et sandalis: et roretur domus eorū oi die aliquotiēs et ppe cuz aqua ros. et de salicib⁹ et nenufare: et si fuerint i domo manatiōes et roratiōes aque erit meli⁹. Aeris vero rectificationez dicā. ¶ Et administrent eis trocisci de cam-

phora: ꝛ robub frigida: ꝛ aqua lactis acetosi: ꝛ lac acetosum ablato butyro: ꝛ aqua ros. in qua dissolutū est serū acetosum bonū ꝛ acetum cum aqua iterum: ꝛ aqua frigida plurima subito est iuuatiua valde: pauca autē consequēter exhibita fortasse excitat caliditatē. ¶ Quod si res prolongetur ad hoc vt tendant hypocūdria ꝛ infrigident extrema ꝛ prolongentur vigilie ꝛ permixtio mentis ꝛ vides pectus ꝛ quod est super ipm eleuari ꝛ descendere: tunc necesse est administrare regimen trahens caliditatem exterius. ¶ Et quū cadit appetitus restaurent ad comestionē. Nam plurimi eoꝝ qui viriliter agunt super illud ꝛ comedūt violenter absoluūtur ꝛ viuūt. Et necesse est restaurare eos sup cibū: ꝛ opz vt sint cibi eorū ex acetosis ꝛ desiccatiuis ꝛ sint pauce quātitatis. Cibi namqꝫ eoꝝ sunt iterū mali quare nocet eoꝝ multitudo inquātū fit additio: ꝛ nocent inquantum sunt mali. ¶ Rectificationis aūt pestilētie ps est sm sanos q sunt in ea: et pars eius est sm sanos ꝛ egros. ¶ In illa vō q̄ est sm sanos intentio est vt exiccet aer ꝛ fiat boni odoris: ꝛ prohibeat eius putredo cū quacūqꝫ re sit: ꝛ rectificet cū xiloaloe crudo ꝛ ambra ꝛ thure ꝛ musco ꝛ costo dulci ꝛ storace ꝛ sandaraca ꝛ assa ꝛ gariofilis ꝛ mastice ꝛ glutino albotin et laudano ꝛ melle ꝛ croco ꝛ bunchū ꝛ cupresso ꝛ iunipero ꝛ alusnē ꝛ lauro ꝛ cipis ꝛ squināto ꝛ sauina ꝛ acoro ꝛ galia ꝛ amigdalis amaris ꝛ assaro. Et quęqꝫ fiūt ex istis composita: ꝛ aspgat domus aceto ꝛ assa. ¶ Scdꝫ sanos vero ꝛ iteꝝ febricitātes ꝛ egros est suffumigatio cū sandalis ꝛ camphora ꝛ corticibus granatoꝝ ꝛ myrto ꝛ mal cydonijs ꝛ hebano ꝛ alsegi vel alkekengi ꝛ tamarisco ꝛ ribes: ꝛ opz vt multiplicet suffumigatio.

¶ De preseruatione pestilentie. Cap. 5.

Oportet vt extrahantur a corpore humiditates superflue: ꝛ iclinetur regimen eius ad exiccationē ex omni modo ꝛ ex minatione cibi. Nisi exercitio. Oportet enim vt non administretur: Neqꝫ balneum: Neqꝫ vina: Neqꝫ tolleret sitis. Et rectificetur aer cū eis que diximus: ꝛ declinet cibus ad acetosa: ꝛ minoret ex eo: ꝛ sit caro que administrat de cocta in acetosis: ꝛ sumat de alhehel ꝛ alcharis ꝛ almosos factis cum aceto ꝛ absqꝫ aceto cū sumach ꝛ aq̄ acreste ꝛ aq̄ limonis ꝛ aq̄ granatorū: ꝛ condita in aceto iuuatiua sunt ꝛ pprie capparis aceto condita: ꝛ algelenlabin ex illis est q̄ conferūt ꝛ prohibēt ab eis putredinem: ꝛ de illis quibus ex ea fit euasio est administratio tyriace ꝛ mithridati anī eaꝫ cū reliquo regimie bono: ꝛ de medicamie facto ex aloe ꝛ croco ꝛ myrrha sumat omni die circiter. ʒ. i. quoniam est iuuatiuum.

¶ De variolis. Cap. 6.

Quandoqꝫ accidit in sanguine ebullitio sm semitā putredinis cuiusdā de gn̄e ebullitionū q̄ accidūt succis: ꝛ talia quidez accītia fiūt p eā ita vt partes eoꝝ abinuicē discernant. ¶ Et de hoc ē cuius cā est res qsi naturalis faciēs ebullitionē sanguis qua putrefit ab eo illud quod admiscet ei de reliquijs nutrimēti sui mēstrualis quod ē in pgnatiōe: aut generat in ea post illud ex cibis feculētis ꝛ malis de illis que rarificant substantiaꝫ eius ꝛ faciūt eā ebullire donec fiat ei suba recta fortior pma ꝛ

magis apparens sicut illud qd natura efficit in succo vue ita q rectificat ipsum faciendo vinum similis substantie & iaz putruit spuma aerea & fex terrena. ¶ Et de hoc est cuius causa est res adueniens extrinsecus ebullire faciens occulta q permiscet humores cu sanguine comixtione existente in dispone ebullitionis & stationis sub sole sicut accidit apud alterationem tpis & ppue veris ab eo qd ptinet ei de qualitatibus & ordine. ¶ Et variole qdem & morbillus sunt de summa egritudinu aduenientium: & multiplicant in successione austrinoz qn multiplicatur eoz perflatio. ¶ Et corpus qdem variolis preparatum est illud qd est calidu & humidum: & conturbate humiditatis proprie qd paz extrahit de sanguine per flobotomiaz. ¶ Et de cibis sunt cibi qui faciunt cadere in variolas velociter: & pprie qn non sunt consueti & administrant sup eos medicine: & cibi calefacientes sicut lac: & proprie camellaru & equarum cum multum repletur ex eis ille qui non assuetus est eis: deinde bibit vinum plurimum aut medicinas calidas. ¶ Et variole quidez sunt quasi modus quidam crisis. ¶ Et plurimum quidem accidunt variole infantibus: deinde iuuenibus: & minoratur earum euentus in senibus: nisi ppter causas fortes: & in regionibus vehementis caliditatis & humiditatis: & earuz euentus in corporibus humidis est plus q sit ipsaru euentus in corporibus siccis: & earum euentus in vere plus est q ipsaz euentus in hyeme: & post ver in fine autuni & proprie cum pcedit estas calida & sicca & fuerit ille autumnus calidus & siccus. ¶ Et variole no accidunt in cute solum & in eo qd sequit illud qd apparet: imo accidut in oibus membris simitiu partium apparentibus & occultis ita q velaminibus & neruis. ¶ Et qn apparent variole faciunt incurrere pruritum: deinde apparent res sicut capita acuu similia milio: deinde egrediuntur & implentur sanie: deinde euacuantur & fiunt cruste diuersoru coloru: deinde cadunt. ¶ Et fortasse permutantur variole ad flegmone & essere & ad dubellati que aggregat saniem. ¶ Et plurimu quide cum apparent habent colorem flegmonis. Uerumtamen qnq egrediuntur fm colores diuersos cineritie & violatie & nigre. ¶ Uariole eni sunt species & colores. Naz de eis sunt albe: & de eis citrine: & de eis sunt rubee: & de eis sunt virides: & de eis sunt violacee: & de eis sunt ad nigredine decliuee. ¶ Et virides quidem et violacee sunt male. et quanto plus additur declinatio ad nigredinem tanto est deterius: et qto plus sunt decliuiores ad illud tanto plus sunt decliuiores ad malitiam. ¶ Et albe quidem sunt meliores et proprie quando sunt pauci numeri: magne quatitatis: facilis exitus: pauce angustie: debilis febris: et videbis febre minui cum earum apparitioe et ipsaz egressione: et est principiu exitus earum in tertio et quod ei approximat. ¶ Et post illas sunt albe magne pluris numeri ppinque absq cotinuatione. Nam ille que continuant adinuicem ita vt continuant in frusto magno carnis habentes latera aut rotundam formam sunt male. Et similiter iterum duplices magne in ventre vnius quaru est variola alia. ¶ Albe vero parue dure ppin-

que difficilis exitus licet faciant existimari in principio rei salutem: tñ timetur in eis q difficilis fiat eax maturatio: z fiat cum eis mala dispõ egri: z perueniat per eas ad perditionez: qm causa in eis est grossitudo materiei. ¶ Et de speciebus malarũ timorosax que plerũqз interficiũt sunt ille quax diuersificaẽ egressio. nam qñqз apparent qñqз occultanẽ z ꝓprie qñ apparẽt violacee z similiter tenaces quax operatio nõ cessat a debilitate virtutis z viridificatiõe membri z nigrificatiõe eiꝰ perdũt: z si viriditas z nigredo quibus succedit resudatio non faciunt cadere virtutem: imo additur cum eis virtus nõ sunt mortifere: sed fortasse cadere faciunt in vlcera z que currunt cursu eorũз. ¶ Et vt sit fe. deinde variole saluius est q̃ vt sint variole ꝑcedentes: deinde ꝯsequatur eas z accidat super eas febris. ¶ Et illud qdem qđ plurimuз cõsiderare opз in esse patientis variolas est eius anhelitus z ipsius vox: nam ipsa duo cum remanent bona: est res salua: z cum videris anhelitum patientis variolas ꝯsequentẽ z similiter patientis morbillum: tunc existima casum virtutis aut apostema dyaphragmatis. Deinde cuз vides sitim vehementem fieri z angustia assiduat z ea que apparent infrigidantur et variola z morbillus virides fiunt: tunc iam percipitur eger mori z festinat illud si variole fuerint de genere earum quax egressio z apparitio tardantur. ¶ Et plurimi eox qui moriunẽ per variolas moriunẽ prefocati ex sinantia. Et quãdoqз moriunẽ per casum virtutis cũ rasura intestinorũз z fluxu ventris. ¶ Et cuз videris violaceas de variolis z morbillo ꝓfundari: tũc scias q superueniet egro sincopis. Et qñ festiat ad mingendum sanguinẽ z succedit ei vrina nigra: tunc est mortifex precipue qñ est illic casus virtutis. ¶ Et fluxus ventris viridis sanguineꝰ aut lotiuus non cum casu virtutis z albumera est aliquid de variolis z morbillis. ¶ Et multotiens quidem variolatur homo duabus vicibꝰ quando aggregatur materia ad expellendum bis. ¶ Et coloris plumbini sunt variole quarum bothor in facie z pectore z ventre sunt plusq̃ in cruribus z pedibus z sunt male z significant materiam grossaз que non expellitur ad extremitates.

¶ De signis apparitionis variolax. Capĩm. 7.

Quandoqз antecedunt apparitionem variolax dolor dorsi: z pruritus nasi: z timor in somno: z punctio vehemens in membris corporis: z grauitas cõmunis: z rubedo in colore faciei et oculi: et lachryme: et inflammatio: et multitudo alicum: et saltus cũ constrictiõe anhelitus: et raucedo vocis: et grossitudo sputi: et grauitas capitis: et dolor capitis: et cafacã: et exiccatio oris: et angustia: et dolor in gutture et pectore: et tremor pedis apud resupinationem et declinationem ad ipsaз et cum hoc toto febris conclusa.

¶ De morbillo. Capitulum. 8.

Scias q morbillus omnis est variola colerica. Et non est differentia inter ea ambo in plurimo reliquax dispõnuз: nisi quia morbillus est co lericus: et q ipse est minoris quãtitatis: et quasi ipse nõ pertrã

fit cutē:⁊ nō est ei altitudo de qua curet ꝓprie in principio sui. Variole sitro in principio sue apparitionis est eminētia ⁊ altitudo: ⁊ morbillus est minor variolis:⁊ minus accidit oculo q̄ variole. ¶ Et signa apparitionis eius ꝓxima sunt signis apparitiōis variolaꝝ. Veꝝ lachryme in eo sunt plures:⁊ angustia:⁊ iflatio vehemētior:⁊ dolor dorsi minor qm̄ cā eius in variolis est repletio sanguinea ⁊ extendens venam positam sup dorsum. Nam gn̄atio variolaꝝ est pp multitudinē sanguinis corrupti:⁊ morbili pp vehemētiam malitie sanguinis corrupti pauci. ¶ Et morbillus ſm plm egredit subito:⁊ variole aliqd post aliqd.

¶ De signis salutis eius. Caplm.9.

SUnt sicut signa salutis variolaꝝ. nam ille q est velocis ꝓcessiōis ⁊ apparitōis ⁊ maturatōis est saluus: ⁊ durus ⁊ viridis violaceꝰ est malus:⁊ q est tarde maturitatis frequētis sincopis ⁊ angustie est ꝑnitiosus:⁊ q occultat iteꝝ subito est malus faciēs sincopim.

¶ De cura. Caplm.10.

OPortet in variolis vt incipiat ⁊ extrahat sanguis sufficiēter cuꝫ conditiōes fuerint:⁊ similiter si morbillus fuerit in repletione sanguinis:⁊ spatium illius est vsqꝫ ad.4. ꝑ Sed qn̄ procedunt variole:nō opꝫ tunc vt administret flobotomia:nisi inueniat vehemētia repletionis:⁊ dn̄sum materiei. Tunc enim flobotomet quātitate qua exiccet:⁊ conuenientius qdeꝫ qđ in hac administrat egritudine est flobotomia: ⁊ si flobotometur vena nasi confert iuuamentum fluxus sanguinis narium:⁊ tuentur partes superiores a malitia variolarū: ⁊ est facilis sup infantes. ꝑ Et qn̄ necessaria est flobotomia ⁊ nō flobotomat iterū complerur ⁊ timetur super ipsum corruptio extremitatis:⁊ similiter timet quandoqꝫ simile illi super filiū cuius assiduat extinctio ⁊ vēter soluit. ꝑ Et opꝫ vt fiat in eis cibatio in primis cū eis in qbus est cōfortatio cū repercussione ⁊ extinctiōe absqꝫ ꝯstrictione nature ⁊ inspissatione sanguinis sicut qđ fit de iuiubis cū tamarindis ⁊ cassiafist. ⁊ cum eo qđ fit ex dactilis imaturis ⁊ ex lentibus preparatis ⁊ issidebegi ⁊ lenificatio vehemens:⁊ similiter opꝫ vt sint cū istis tamarindi ⁊ q̄ eis cōueniunt. Et cibus factus ex cucurbita ⁊ melon alrahin:imo opꝫ vt sit natura lenis in principio:⁊ sit intentio in eis qbus lenitur tamarindi: ⁊ si non obedit cum eis additur sup eos siracost cum facilitate ⁊ cautela ⁊ tereniabin:aut infusio prunoꝝ:⁊ confert qn̄qꝫ si in potu detur in principio apparitiōis vestigioꝝ variolarum pondus.ʒ.iiij. de rob dactilorꝫ siluestriū cum vno de trociscis camphoratis : ⁊ sirupꝰ de dactilis imaturis est vehemētis iuuamēti in hmōi hora. ¶ Cū ergo ptransierit egritudo diē scđm ⁊ incipiunt variole tūc apparere:tūc fortasse erit infrigidatio cā erroris magni:ex eo q̄ retinet superfluitatē interius ⁊ delatione eiꝰ super membra principalia:⁊ fortasse nō fit eis possibile procedere ⁊ apparere:⁊ accidit inquietudo ⁊ fortasse accidit nausea. Immo opꝫ vt iuuent superfluitates in huius dispositione cum eis que faciūt ebullire ⁊ aperiūt opilationes:sicut feniculum ⁊ apium cum zuccaro: ⁊ succus

eorum: aut decoctio radicum ⁊ seminum: ⁊ fortasse odoraꝫ aliq̄d de croco ⁊ aqua ficuum est bona valde. ficus enim sunt vehementis expulsionis ad exteriora: ⁊ illud est vna de causis euasionis a nocumēto eorum. ¶ Et de illis que ꝯferunt valde in hmōi hora est vt sumanꝫ lacce ablute. 3. v. lentium excorticatarum. 3. vij. dragaganti. 3. iij. deinde coquanꝫ cum lib. 5. aque vsqꝫquo remaneat q̄rta. lib. vnius ⁊ detur in potu. ¶ Et d̄ illis q̄ sunt vehementis iuuamenti ad faciendum apparet variolas est vt sumantur ficuū citrinarū. 3. vij. lentium excorticatarū. 3. iij. lacce. 3. iij. dragaganti seminis feniculi. an̄. 3. ij. decoquanꝫ cū lib. 5. aque donec remaneat ex ea fere tertia ⁊ coletur: ⁊ detur in potu de ea. expellit enim caliditatem a partibus cordis: ⁊ prohibet pulsum cordis. ¶ Et opꝫ vt non approximet ei in hac hora oleum aliquod oīno: ⁊ opꝫ vt regatur ⁊ elongetur ab aere frigido ⁊ ꝓprie in hyeme: ⁊ fiat cum illo illud qd̄ fit cum sudante: frigus enim opilat poros ⁊ redire facit materias retro: ⁊ multitudo potus aque frigide cū niue ⁊ interius in domo venti mala sunt valde. Et fortasse flobotomia est mala propterea ꝙ repellit ⁊ conuertit illud qd̄ procedit: quare caueaꝫ post duos dies aut tres: ⁊ quando accidit ex coopertura ⁊ calefactiōe quasi sincopis aut accidit sincopis: tūc necessarium est regimē aeris qui attrahiꝫ ⁊ reuerti ad odores camphore ⁊ sandalorum: ⁊ si non fuerit excusatio quin detegaꝫ corpus domus venti aut aere frigido paulatim fiat: ⁊ similiter qn̄ adiutorium est cum calefactione aut dimissione infrigidationis. ¶ Et qn̄ incipiunt exire ⁊ nō inueniꝫ cum exitu earū alleuiatio imo inuenitur caliditas inflata ⁊ ligua ad nigredinē decliuis: tūc caue ne calefacias. ¶ Et opꝫ vt tu alienes ab habentibus variolas ⁊ morbillum emplastrationem ventris: in hoc enim est timor ꝯstrictionis anhelitus subito: ⁊ ꝙ accidit fluxus vētris malus ⁊ mictus sanguinis. ¶ Et in fine eius opꝫ vt cōseruetur natura: ⁊ cibetur loco lentium: sicut sunt lentibus elixatis duabus elixationibus cum renouatione aque: ⁊ loco lentiū almazar cū tamarindis ⁊ lentibus frigidis acetosis ⁊ aqua granatorum ⁊ sumach ⁊ acresta ⁊ his similibus. ¶ Medicine autem ingrossantes sanguinē ⁊ infrigidantes eum prohibentes eum ab ebullitione que in initio precipiuntur sunt sicut rob ribes ⁊ acreste ⁊ aqua fructuum frigidorum ⁊ sirupus alcori ꝓprie ⁊ sirupus altela ⁊ sirupus de iumar: ⁊ sirupus quidem alcori habet descriptiones plures quas diximus in antidotario. ⁊ dicemus hic descriptionem fortem mirabilem: ⁊ est illa que fit cum aqua lactis acetosi iterari: ⁊ virtus eius est vehemens valde. ¶ Descriptio hec est. Sume rob alcori. partes duas. si autem non fuerit tibi presens accipe alcori ⁊ fac serrare ipsum: ⁊ accipe serraturam eius: aut mole ipsum: ⁊ misce molitum eius cum medietate sui de sandalis in aceto distillato: aut in aqua acreste pure diebus aliquot: deinde decoquatur in eo decotione cum facilitate cum longitudine donec dissoluatur; deinde exprimatur: et sumantur de succo. et quanto acetum aut aqua acreste est plus tanto est melius; deinde sumatur aqua adog abstracto bury-

ro mundificata a sua casietate adoq aut cum colatione vltima que fit dimittédo residere: aut cum decoctione sicut est decoctio aque casei do nec separet aquositas: deinde sumatur farina ordei et fiat ex ea et aqua lactis acetosi foca et fiat acetosum illud foca: deinde coletur: postea sumatur illud foca: et sit in eo de subtili aqua or. et fiat acetosuz: et quáto plus iteratur tanto est melius. Sumant ergo de eo partes. v. et sumat aqua pirorꝫ de seni et aqua cydonioꝝ acetosoꝝ plurime aque et aque granatoꝝ acetosoꝝ et aqua pomoꝝ acetosoꝝ plurime aque ⁊ aqua alzarur et aqua limóis et aqua prunoꝝ acetosoꝝ et aqua dactiloꝝ in p̄mis cum incipiunt apparere expressoꝝ et aqua alcori recentis et aqua moroꝝ de seni que non maturant integre et aqua chrysomilloꝝ imaturoꝝ et acetosoꝝ et succi acreste et succi ribes et succi p̄putioꝝ vitis et succi rose persice ⁊ succi nenufaris ⁊ succi viol. omniū añ. tertiá partis vnius: ⁊ succi acetositatis citri ⁊ succi acetositatis citránguli añ. duas tertias partis vnius: succi coriandri ⁊ lactuce ⁊ folioꝝ papaueris humidi ⁊ endiuie ⁊ portulace añ. quartá partis vnius: succi folioꝝ salicum foliorū malorꝫ ⁊ foliorū pirorū ⁊ foliorū alzarur ⁊ foliorū ro ⁊ foliorū vge pastoris añ. q̄rtá partis vni⁹: succi herbe hyrci ⁊ ro. siccarū ⁊ nenufaris sicci succi berberis sicci ⁊ se. endiuie et se. lactuce ⁊ balaustiarū et nenufaris añ. medietatem decime partis vnius: ⁊ succi mente humide sextaꝫ partis vnius: ⁊ succi berberorū humidorū medietaté partis: aggregent medicine ⁊ succi et componant super ignēꝫ ⁊ ponat in eis de lentib⁹ partes quattuor et de ordeo excorticato partes. ij. ⁊ de sumach partes. iij. ⁊ de granis granatoꝝ partes. iij. et decoquantur omnia ad ignem donec remaneat medietas: deinde dimittatur donec infrigidetur et cōfricet fortiter et colet et sumatur de camphora ad omne pondus. ccc. ʒ. pondus aur. i. et teratur camphora et pulverizetur super radicé cucurbite aut kimie et fundatur super ea medicina cum facilitate: deinde liget caput eius cum re vehementis fortitudinis: deide ponatur super prunas donec sciatur ꝙ forsitan feruet et cōcutiatur et ponatur in vitreata et stringat caput eius vt non perdat camphora et lutetur et dosis ei⁹ sit vsqꝫ ad. ʒ. x. ¶ Et de hominib⁹ est qui ponit in ea spice et zinziberis et seminis feniculi et anisi et ciperi et piperis partes equales s̄m q̄titatem que ei videtur. ¶ Et quando egrediuntur variole cum complemento ⁊ pertransit septimus ⁊ apparet in eo maturatio: tūc necesse est vt rumpantur cum acubus de auro ⁊ auferatur humiditas cum coto. ¶ Salitio autem necessaria est: ⁊ cum volueris salire: tunc elonga salitionem ab eis quas erupisti de magnis dolorosis ex propinquo. Illud enim facit dolorēꝫ. Immo sali illas que sunt preter eas: ⁊ dimitte claudens cum eo viam orificioꝝ suorꝫ donec sugant salem suum: ⁊ non saliantur ante complementum maturationis. Illud enim fortasse faciet accidere dolorem vehementem ⁊ apostema: ⁊ salitio quideꝫ est res que est necessaria postꝙ maturantur: ⁊ illud quidem fit cum aqua salis in qua virtus est croci: ⁊ si aqua illa est aqua rosa. tunc est melius: ⁊ aqua

in qua

in qua decoquūtur tamariscus ꝛ lentes ꝛ rose deīde salitur est vltima: Et proprie si ponunt iterū in ea cāphora ꝛ sandali. hec enī salutio maturat ꝛ exiccat ꝛ facit cadere cū velocitate. Et suffumigatio cum tamarisco est iuuatiua valde. Et in hyeme opꝫ vt applicet eger incēsioni ex tamarisco. Et qñ variole sunt vehementis humiditatis: tunc necessaria est suffumigatio cū mirto ꝛ folijs eius. Et de regimine bono apud maturitatem variolaꝝ paruaꝝ ꝛ magnam voluntaté exiccationis earū est vt dormiat patiens variolas super farina rizi ꝛ milij ꝛ ordei ꝛ fabarū. Et magis cōueniens est vt ponas ipsam impletionē culcitre que sit rara in qua penetret virtus: ꝛ folia cupressi sunt bona in hoc: ꝛ oleuꝫ malum est in hac hora: qm̄ prohibet exiccationē. Et quando incipiunt variole exiccari. tunc oꝫ vt lineat super eas. Ex medicinis predictis cum virtute croci. Et quando accidunt ex variolis vlcera cōfert vnguentū album ꝛ proprie permixtū cū aliquantulo camphore ꝛ rasura radicuꝫ cāne cum aqua rof. aut rasura venarū arboris salicis aut arboris alzarur. Et qñqꝫ cōfert vnguentum de cerusa ꝛ lithargirio: ꝛ qñ sunt in naso cruste cōfert ceratū factū cum oleo rof. puro cum virtute ceruse ꝛ climie: ꝛ administratio alicuius olei post exiccationē: ꝛ apud vlcerationē est bona apud exiccationes quidem cum eo qđ facit cadere cum velocitate: ꝛ apud vlcerationem ꝓpterea ꝙ ipsum est materia emplastri ꝛ vnguenti. ℭ Unguentū qdē rubeū bonū est ad vlcera variolaꝝ.

ℭ De obseruatiōe membrorum ꝛ defensione eoruꝫ a nocumēto variolarū ꝛ morbillorum. Cap. ii.

Membra que opꝫ custodiri a nocumento variolarū sunt: sicut guttur: ꝛ oculus: ꝛ ptes superiores narium: ꝛ pulmo: ꝛ intestina. hec enim mēbra sunt illa que vlcerant. Fortasse enim oculus destruit ꝛ fortasse accidit in eo albugo. In gutture vero fortasse accidit prefocatio: ꝛ fortasse accidunt vlcera que prohibent deglutionem in meri: ꝛ fortasse perueniūt ad h vt sit illic corrosio perniciosa. In supioribus vero partibus nariū fortasse accidūt vlcera que stringūt meat⁹ odoratus. In pulmone aūt accidit fortasse ex bothor variolaꝝ ꝛ morbilli cōstrictio anhelitus vehemens. Et fortasse faciunt cadere in pthisim cū vlceratur. In itestinis fortasse accidit excoriatio cui succurrere est difficile. ℭ Conseruatio aūt oculi melior est vt fiat alcohol oculo cū almuri ꝛ aqua coriandri ꝛ aqua rof. in qua iam posita sunt sumach ꝛ cāphora ꝓprie in primo die ꝛ cū almuri solo. Et silr fiat alcohol cū alcohol nutrito ex aqua coriādri ꝛ aq̄ sumach posita in ea camphora. Et succus pulpe granatorum est bonus iterum in principio. ℭ Cū vero apparent: tūc facere alcohol cū aqua rof. ꝛ camphora est magis cōuenies. Et dcm̄ est ꝙ facere alcohol cuꝫ napta alba est bonum in hoc. Et oleum de fisticis est de eis qbus vtunt mulieres in regione nostra post variolas ꝛ euentum nocumenti in oculo ꝛ eradicat caliginem si fuerit ꝛ rectificat oculum: ꝛ collyrium albuꝫ est bonum valde apud apparitionem bothor. ℭ Conseruatio autem oris ꝛ gutturis est sicut suctio granatorū ꝛ suctio granoꝝ

eius in principio ⁊ suctio mororũ de sceni ⁊ gargarizatio cuz rob eorũ: ⁊ ꝓprie qñ cõquerit de dolore in eis. Et tunc oportet vt lambat de rob ⁊ eorũ aliquid post aliqd. Sz superiores ptes nariuz cũ epithimatione ex memithe ⁊ sandalis ⁊ rob acreste ⁊ aceto: ⁊ odorare aceta solum est vehementis iuuamenti. ¶ In conseruatione vero pulmonis non est ꝙ sit sicut lohoc ⁊ lentibus leue cũ semine papaueris. ¶ Intestina aũt plurimũ qdẽ oꝫ vt cõseruent post inceptionẽ cũ stipticis: ⁊ cũ incipit solo vẽtris in fine egritudinis curet cum trociscis de spodio in ribes ⁊ trociscis de semine acetose.

¶ De eradicatione vestigioꝝ variolarũ. Capl'm. 12.

In hoc qdem loquemur vice alia cum loquemur de decoctiõe: nũc vero dicemus illud qꝺ est magis cõueniens ⁊ magis pertinens: ⁊ de eis que eradicant vestigia variolarũ iterum sunt radices arũdinum ⁊ sarcocolla ⁊ semen melonis ⁊ cortices eius exiccati ⁊ rizi ablutũ ⁊ aq̃ ordei ⁊ albumẽ oui et creta rara vel lutũ et lithargiriũ et zuccaꝝ tabarzet et amili et amigdale dulces et amigdale amare. ¶ Et de oleis oleũ de lilio et oleũ de fisticis et adeps asini et oleũ ros. et q̃ sunt ei similia. Et aqua que fit in vngula cameli: que assat est vltima. ¶ Et de illis que sunt fortiora est spuma maris et lapis piperis et costus et ãmoniacũ et tus et sapo cũ baurach et ossa vetusta adusta semen raphani farina raphani exiccati aristologia lupini. ¶ Et de cibis rectificantibus colorez plumbeum sunt granata dulcia et cicer et vinũ bonum vitelli ouorum sorbiliũ ius galline et alchubugi et aldurari impiguat. ¶ Et opꝫ vt assiduet habens ea balneationẽ. ¶ Et de cõpositis est vt sumas ossiũ adustorũ et stercoris ouini antiqui ostracorum nouorũ et amili et semis melonis et rizi abluti et ciceris omniuz añ. partes. x. et granoꝝ alben et lupinoꝝ et costi et aristologie longe omniũ añ. ptes. v. et radicis arundinis sicce ptes. xx. fiat ex eis epithima cuz aqua melonis aut cũ aqua cucumeris siluestris aut cũ aqua or. aut cũ aqua fabaꝝ: et liniatur cum cõmẽbrũ: et abluat in mane cũ decoctiõe viol. ¶ Aliud. Ostracorũ nouoꝝ ossium antiquorũ radicis arundinis persice amilli seminis melonis rizi abluti granoꝝ granatoꝝ costi partes equales ex eis gumera et iterũ lupini et cicer nigrum liniatur cum eis.

¶ De febribus apatum. Capl'm. 13.

Iam sciuisti dispõnes febrium que sequuntur apostemata apparẽtia. Et ꝙ sunt ꝰm plurimũ de genere febrium diei: cum apata ista ꝰm plurimum non perueniant ad cor: nisi cum calefactione sua absqz sua putredine: et plurimum quidem horũ est a causis primitiuis. Cum autem peruenit putredo eorum ad cor propter suaz magnitudinẽ aũt propter suam propinquitatẽ fit febris fortasse nõ de genere febris diei. Et plurimũ quidẽ similiũ horuz nõ fit nisi a causis antecedentibus corporeis et repletionalibus crudis: et qñqz fiunt ex vlceribus ad q̃ attrahuntur materie maligne et retinẽtur in carnibus mollibus. ¶ Febres autem que sequũtur intrinseca apata fortasse nõ fiunt ex applicatione

calefactionis ad cor sine putredine. ¶ Et vehemētiores quidem febres fiunt ab apostematibus intrinsecis quādo sunt ex genere herisipile in quibusdam visceribus ⁊ extenditur dolor ⁊ sitis inflammatio ⁊ significant ea significationes pmixtionis colere plurime cū sanguine: ⁊ hec apostemata intrinseca sunt sicut apāta cerebri ⁊ velaminum eius ⁊ sumach auris ⁊ gutturis quandoqꝫ: ⁊ in velamine quod sequit pectus ⁊ epate ⁊ rene ⁊ vesica ⁊ matrice ⁊ intestinis ⁊ que sunt eis similia. ¶ Et diuersificantur febres eoꝝ in vehementia ⁊ debilitate fm propinquitatem cordis ⁊ longitudinem. ¶ Et eorum iteruꝫ febres que sunt in membris carnosis est febris vehementior. Et eoruꝫ febres que sunt in panniculis: ⁊ eorum similibus est debilior. Et eorum que sunt in vicinitate arteriarum febris est vehementior. Et eoꝝ que sunt in vicinitate venaruꝫ solum febris est debilior. ¶ Et non euacuantur iste febres a piodis fm mās que effundunt ad apāta earuꝫ. periodi nāqꝫ earū sunt fm generationeꝫ earum ⁊ fm motuꝫ ipsarum. ⁊ fm attractionē caliditatis ⁊ doloris ad ea. Unicuiqꝫ enim humori est periodus qui sibi conuenit. ¶ Et scias ꝙ multotiens sanatur apā in pleuresi ⁊ aliis ⁊ remanet febris: ⁊ significat tunc ꝙ mundificatio non accidit. ¶ Et iste quideꝫ febres qñqꝫ prolongantur ⁊ perducunt ad ethicam ⁊ proprie quādo apostemata sunt in epate. Ille vero que sunt in velaminibus cum confirmantur non expectant vsqꝫ ad ethicam.

¶ De signis eorum ⁊ ipsarum iudiciis. Capim. 14.

Cum febribus ex apostematibus intrinsecis inueniunt tres spēs signoꝝ ⁊ accidentiū scilꝫ. Signa ⁊ accidentia significātia mēbrū infirmū: ⁊ signa ⁊ accidētia significantia materiam: ⁊ signa ⁊ accidētia significantia dispositionē infirmi. ¶ Prima aūt signoꝝ species est sicut pulsus serrinus ⁊ dolor pungitiuus apostematis in partibus pectoris ⁊ similiter tussis sicca in primis ⁊ humida scdo: ⁊ que sunt illis similia de signis pleresis significātibus apāta in ptibus pectoris: ⁊ ad summum dolor ⁊ grauitas in mēbro: ⁊ est calidius reliqs membris addita calefactione nō ꝯsueta. Et sicut spasmus qñ ipse multotiēs associat apātibꝰ calidis in membris neruosis. ¶ Spēs vero scda est sicut significatio vehemētie febris tertiane significat ꝙ materia est colerica. ¶ Accñtia vo infirmi sunt dispōnes que indicāt eius salutē: aut indicāt ipsiꝰ morteꝫ. ¶ Et mēbra quidē occulta diuersificant in faciēdo febres ⁊ recipiendo eas ⁊ perdurationē eaꝝ ⁊ ipsaꝝ periodis: fm magnitudineꝫ eorum in seipsis: ⁊ magnitudinē venaꝝ eoꝝ: ⁊ scdm membra sua. Nam in mēbris intrinsecis sunt que sunt propinqua cordi ⁊ vehementis cōitatis sicut velamen ⁊ pulmo. Et de eis sunt que sunt longinqua a corde ⁊ debilis cōitatis sicut renes. Ipsi eniꝫ nō semp faciūt pp apāta sua febres fortes neqꝫ ꝯtinuas. Et multotiēs qdeꝫ sunt interpollate ⁊ sunt de genere febrium cōmixtaꝝ ⁊ febriuꝫ tertianaꝝ ⁊ quartane ⁊ quintane ⁊ sextane: ⁊ fiūt cū eis rigor: ⁊ horripilatio: ⁊ ambiguū fit eē eaꝝ: ⁊ significat eas grauitas in loco renū ⁊ in ptibꝰ alchatin ⁊ dolor ⁊ ꝓpetas caliditas in mē

rum difficilis:et in pregnantibus iterum propter retentionem superfluitatum earum:propterea quia ipsarum menstrua retinentur. Sed in senibus non sanantur eorum vlcera propter illud et propter paucitatem sanguinis eorum boni. ¶ Et quandoque sanantur vlcera:deinde rescinduntur:quoniam non generatur in eis caro nisi ante mundificationem: quando ergo retinetur in eis superfluitas non munda:oportet inde vt corrumpatur continuitas proueniens secundo. ¶ Et quandoque existimantur fistule propterea quia accidit eis dispositio exiccationis et retentionis prohibentis respirationem quia ipse sunt sanate:quoniam earum dispositio est similis saluti sicut diximus:deinde rescinduntur propter quemlibet motum et commotionem et tussim et offensionem et malitiam iacendi et alia. ¶ Et de vlceribus in quibus nascitur caro quedam sunt in quibus nascitur caro addita:et quedam in quibus non nascitur illud: et illa in quibus generatur caro addita sunt illa in quibus fit festinatio nascentie carnis ante mundificationem:et illa in quibus non nascitur illud sunt illa in quibus non nascitur caro nisi post mundificationem. ¶ Cum ergo prolongatur spatium vlceris et corroditur et putrefit et destruitur de substantia eius res plurima:tunc non expectatur consolidatio eius nisi secundum profundum. Et proprie quando vlcus est antiquum retinens spatium anni:et proprie quando est disruptum et incipit ex eo disruptio .s. fistula:et antiquum necesse est vt educat os ex ossibus que eis sunt vicina. ¶ Et vlcera quidem melancolica non sanantur nisi ab eis auferatur tota eorum corruptio vsque ad carnem et ossa sana. ¶ Et cause que cum accidunt corrumpunt vlcera sunt debilitas virtutis membri. quare recipiunt omnem materiam:et malitia complexionis membri:et malitia eius quod aduenit ei de sanguine aut in qualitate aut in quantitate. ¶ In qualitate vero plurimum eius est propter malitiam complexionis epatis:et color est in eo decliuis ad albedinem plumbeam aut citrinitatem:aut propter splenem et est color ad nigredinem et alterationem decliuis et lentiginositatem:quare est cum eo malitia omnium humorum in corpore. Et huiusmodi quidem preter hoc quia ex ipso non acquiritur quod conuertatur in carnem nocet per illud quod conuertitur ad ipsum de superfluitatibus. ¶ In quantitate vero. quia additur aut diminuitur: quare non inuenitur cum quo caro vlceris generetur. Et est vlcus clarum mundum properans ad escaram:et nescitur si est corpus mundum pauci sanguinis:aut est propter ostracositatem que accidit parieti eius et margini ipsius:aut propter dilatationem venarum que adueniunt ei:aut propter corruptionem eius incipientem versus tenebrositatem et viriditatem et nigredinem:aut propter membrum male complexionis quod vicinatur ei. ¶ Et vlcera quidem praue curationis et eis similia sunt interficientia infantes non tolerantes vehementiam dolorum et vlcerum:et difficultatem curationis eorum et ipsorum prauitatem.

¶ De canone curationis vlcerum. Cap. 2.

SCias quia omnia vlcera indigent exiccatione quadam preter facta ex at-

frictione lacertorum ⁊ ipsorum contusione. Ista enim indigent in pmis vt mollificentur ⁊ humectentur. ¶ Et cum hoc ꝙ indigent vlcera in dominatione dispositionum exiccatione indigent quandoqꝫ dispositionibus alijs mundificationis ⁊ abstersionis ⁊ aliorum consequentibus vlcera preter ipsa vlcera. ¶ Et quanto plus est vlcus maius ⁊ profundius indiget exiccatione vehementiore ⁊ vt aggregentur labia eius vehementiori perscrutatione: ⁊ fortasse est tibi necessarium suere ea. ¶ Et considera ex dispositionibus necessitatis ad perscrutandum in illo ⁊ eis similibus illud quod diximus in ca. vulnerum. ¶ Et scias ꝙ vlcera fortasse indigent in curationibus suis administratione medicinaruꝫ quarum quedam sunt currentes penetrantes ⁊ que inijciuntur profundantes: ⁊ tunc necessarium est vt sint vnguenta ⁊ eis similia: quare oportet tunc vt sit illud quod apparet humidum ⁊ quod occultum est siccum: ⁊ proprie in illis que sunt ad fistulam oportet vt sit siccitas orificiorum eius vincens humiditatem substantie eius vehementer. ¶ Et est quidē quandoqꝫ necessarium vt earum medicine permisceātur cum eo quod currit vt fiant viscose adherentes. Scias ergo illud iteruꝫ in eis. ¶ Et scias ꝙ vlcera indigent ligaturis ⁊ strictura ꝓpter tres modos. Quorum vnus est vt currat sordities: quare oportet vt sit fortitudo stricture eius apud eius orificiuꝫ vt ipsius expressio bona fiat. ¶ Et scđs est vt seruetur medicamen incarnatiuum super vlcus: ⁊ non indiget strictura vehementi. ¶ Et tertius est ad incarnationem labiorum: ⁊ oportet vt non sit strictura in ipso mollis apud duo labia: immo complicata complicatione vehementi. ¶ Et non oportet vt cum ligatura perueniatur ad lesionem: ita vt apostemetur: ⁊ oportet vt sit adiuuans in prohibendo apostema: quoniam non est possibile cum apostemate vt curetur vlcus. ¶ Et si non est tibi possibile vt prohibeas ⁊ apparet apostema: tūc occupatus sis cum apostemate ⁊ cura eius quodcūqꝫ apostema fuerit cum obseruatione ipsius vlceris vsqꝫ quo separaueris ex curatiōe apostematis: ⁊ tunc remanebit sola obseruatio vlceris. ¶ Et similiter quādo corrumpitur quod est in circuitu vlceris ⁊ viridescit ⁊ nigrescit cura illud cum scalpellatione ⁊ extractione sanguinis: ⁊ si etiam cū ventosis: deinde adhere ei spongiam siccam postea medicinas exiccantes. ¶ Et cum separatur vlcus aut inuenis vlcus purum: tunc oportet vt obserues in primis an ex corpore aliquid ad vlcus effundatur aut non effundatur: immo iam sit abscissum. Quod si nihil effundatur ad ipm sit intentio tua in medicando ipsum: ⁊ si aliquid effundatur ad ipsum sis sollicitus in eo quod ad ipsum effunditur ex flobotomia aut solutione ventris aut vomitu: quoniam vomitus quandoqꝫ confert etiam in hoc: ⁊ Hypoč. testificatur de eo. ¶ Et si in vlceribus fuerint frusta ossium ⁊ panniculi aut alia non properes in extrahendo ea: sed fac illud quod diximus in capitulo ossium. ¶ Et primum quidem quod oportet te preparare de esse vlceris est apertio cum medicinis suis: deinde mundificatio cum medicinis suis: deinde nascentia car-

nis ⁊ conſolidatio. ¶ Et ſi inueneris vlcus mundū equale quod non habet profunditatem: tūc conſolidatio tantū fiat cū eo qđ non habet mordicationē. In ſordidis vero neceſſariū eſt abſtringens mordicās. Et in primis cum curanť indigent mordicatione: quoniam ſenſus non ſentit ipſum deinde gradatim perueniatur ad illud qđ eſt leuioris mordicationis vſq̃ quo ſentiat hora naſcentie carnis. ¶ Et caue in omnibus illis ne dolere facias quantum potes ⁊ proprie quando eſt illic caliditas ⁊ inflammatio. ¶ Et oportet vt remoueas cauſas prohibentes a conſolidatione: ⁊ ſunt cauſe quas numerauimus ⁊ diximus q̃ declinant cū vlcere ad malitiam, nam ſi tu curaueris eas in primis non eris vacans ad curationē vlcerū ſicut oportet: immo non erit tibi poſſibile. ¶ Et multotiens q̃dem rectificata eſt complexio membri ⁊ ſufficit in rectificatiōe vlceris. ¶ Et multotiens eſt vlcus molle ſuper qđ oriť caro mala q̃ eſt in ſeipſa ad rubedinem ⁊ calefactionem decliuis. ergo curetur cū epithimatibus infrigidantibus carnem circūdantem ipſum ſicut ſuccus ſolatri cū bolo ar. ⁊ aceto ⁊ epithimata de ſandalis ⁊ cāphora infrigidata cum niue: q̃re non ceſſat conſolidari vulnus ⁊ conſtringi. ¶ Et oportet vt in vlceribus doloroſis q̃ ſunt vehemētis doloroſis ſis occupatus in primis in ſedando dolorem ⁊ illud cū mollificatiuis q̃ tu ſcis proculdubio: ⁊ q̄uis ſint contraria vlceri: verūtamē cum non ſedatur dolor non preparatur nobis vt curemus: cū ergo ſedauerimus conſequemur. ¶ Et vlcera q̃dem ſordida indigent vt mūdentur ⁊ ſunt illa quorū humiditas ⁊ qđ ex eis currit eſt plurimū: ⁊ forſitan mundificať cū melle ⁊ fortaſſe mūdificanť cū pulueribus ⁊ vnguentis: ⁊ qn̄ non mundificať non eſt poſſibile vt obuiet eis medicamen purū vſq̃ ad corpus eorū ⁊ proprie puluere: quare op; vt mūdificentur: deinde naſcatur caro: ⁊ in mūdificante q̃dem eſt abſterſio plus ſicut ſciuiſti ante. ¶ Et fortaſſe oritur caro mala quare eſt neceſſariū vt corrodať cū medicamine acuto ⁊ liniatur deforis cū infrigidantibus deinde eradiceť cū eo quo eradicatur eſcara: deinde curetur. ¶ Et medicamen quidem vnum ſꝫ quedam corpora facit naſci carnem ⁊ ſm quedam eorū eſt corroſiuū vehementis abſterſionis cum corpora illa ſint leuia valde: aut eſt ſm quedam eorum non abſtergens neq̃ faciens naſci: ⁊ ꝓpter illud eget medicamen vt confortetur aut frangendo cōmixtionem eius aut minuēdo eius vnctuoſitatē aut iniūgendo ei medicamē aliud in quo ſint exiccatio ⁊ abſterſio ⁊ in corpore alio eſt per cōparationē ad ipſum corroſiuū indigens vt minuatur de pondere eius aut addatur in vnctuoſitate eius aut adiungantur ei ſtiptica aliqua. ¶ Digniora ergo vlcera vt confortetur eorum medicamen ſunt illa quorū difficilis eſt cōſolidatio. ¶ Et de illis que ſunt neceſſaria eſt vt dimittatur medicamen ſuper vlcus tribus diebus: deinde diſſoluatur: nam ſi ipſum tunc non operatum fuerit non faciet ſuam operationem. ¶ Et oportet vt elōgeť oleū qđlibet ab vlceribus. qꝫ ſi fuerit neceſſariū tūc ſit oleū de kerua ⁊ oleum myrtinum ⁊ oleum maſticinū. ¶ Et cū ibi nō eſt niſi vlcus: tūc oportet vt al-

leuiet inſenſibili membroꝝ nõ tolerantiũ ipſum ⁊ caueat a doloratiõe
eius cũ medicamẽto forti. Jn illo vo qđ eſt parui ſenſus nõ abſtineat a
neceſſaria medicatiõe. ¶ Et intrinſeca qdẽ ⁊ ſublimia precioſa ⁊ multi
iuuamenti ⁊ ſuſcipientia nocumenta velociter ſunt de caplo ſenſibili ⁊
iudicio eius ⁊ eoꝝ contraria ſunt de caplo inſenſibili: aut quoꝝ ſenſus
eſt debilis. Et ꝓpter huiuſmodi cauſam non ſufferũt vlcera intrinſeca
ea que ſunt ſicut flos eris ⁊ eis ſimilia ⁊ ꝓprie ea que bibunt: ⁊ indigẽt
illis que faciũt glutinationez plus ſicut dragagantum ⁊ gummi. ⁊ illa
q̄bus clyſterizat indigent eo qđ eſt inter duas res. ¶ Et de illis que re-
cta ſunt in curatiõe vlcerũ eſt vt quieta ſint membra eoꝝ ⁊ nõ moueant
⁊ ſi mouent in principio motu paruo, minus nocumẽtũ eſt ꝙ ſi moueã-
tur poſt principiũ motu laborioſo ⁊ proprie in corpore maloꝝ humo-
rum. ¶ Et opz vt timeat in vlceribus ꝙ cadat ex vicinitate eoꝝ incar-
natio inter duo membra vicinantia ſicut adherentia que accidit inter
palpebrã ⁊ oculũ ⁊ inter duas palpebras ⁊ inter duos digitos. ⁊ cauer-
ne ⁊ abſconſiones ſunt velocis conuerſionis ad fiſtulas. ¶ Et vlcera q-
dem vicinantia arterijs ⁊ venis magnis perducunt ad apoſtema illud
qđ vicinat eis de carne molli ſicut teſticuli ⁊ ſubaſcelle ⁊ qđ eſt poſt au-
rem ſicut perducit ſcabies ⁊ ei ſimilia de his que diximus ꝓpter illam
eandem cauſam ⁊ ꝓprie quando corpus eſt plenum mala ſuperfluita-
te. ⁊ tunc quidem vehemens fit dolor ⁊ peruenit ad vlcus. quare opor-
tet vt curet illud cum mundificatione corporis. ⁊ cum eo qđ eſt dcm̄ in
caplo. ¶ Et dũ mundificat apoſtema non ſperat eius curatio. ⁊ eſt ne-
ceſſarium in huiuſmodi vt tuearis vlcus ex nocumẽto cum baſilicon ⁊
ei ſimilibus ſi corpus fuerit mundificatum: ⁊ ponas inter ipſuz ⁊ inter
membrum qđ diſtinguat ⁊ ꝓhibeat nocumẽtum peruenire ad vlcus in
omni diſpoſitione. ¶ Et opz vt audias ſermonem cõmunem ⁊ eſt ꝙ de
illis que ſunt neĉaria eſt vt ſit illud quo curat vlcus aut ꝯueniens aut
inconueniens: ⁊ conueniens lz non conferat in diſpoſitione tamen nõ
aſſociat ei nocumentum. ⁊ incõuenientis diuerſificatio aut eſt quoniaz
ipſum eſt debilius ⁊ ſignificat illud additio eius quod eſt contrarium
ei qđ ex ipſo expectatur de exiccatione aut mũdificatione aut alijs pre-
ter corruptionem aliam: quare opz vt addat in virtute eius. ¶ Aut eſt
diuerſitas ꝓpter modos alios ſicut qr ipm̄ calefacit vltra ꝙ neceſſe ſit
ei quare facit accidere rubedinem ⁊ inflammationem. quapropter opz
vt minuat de fortitudine eius ⁊ extinguatur de inflãmatione eius cum
emplaſtro infrigidante: aut declinat cum eo ad nigredinem ⁊ obfuſca-
tionem. quare ſcit ꝙ infrigidat ipſum aut non calefacit ipſum menſu-
ra qua indiget. ergo opz vt addat in v̉tute calefactionis eius. Aut mol-
lificat ipſum quare indiget vt addat in virtute ſtiptici ⁊ exiccatiuorum
ſicut ſunt balauſtie ⁊ galle ⁊ ei ſimilia que exiccant vt ſuccurratur cum
exiccatione eoꝝ de illis de quibus diximus tibi. ¶ Aut corrodit ⁊ ꝓ-
fundat ipſum ſicut oſtenſum eſt: quare opz vt frangatur fortitudo ab-
ſterſionis. ¶ Et multotiens quidem non conuenit medicamen propte-

rea ꝙ complexio infirmi est superflua in capitulo eius cuius medicamen oportet esse fortius in contrahendo illud capitulũ adeo donec reducat ipm ad ꝯplonẽ suaz: aut debilis in caplo ꝯueniente ei.

¶ De curatione vlcerum virulentoꝝ. Cap. 3.

Necessarium est vt in eis administrent̃ medicine exiccatiue vt mũdificent̃ virus: deinde fit occupatio innascentia carnis. ¶ Quod si fuerint mollia: tunc administrentur super ea medicine ad faciendũ nasci eorum profunditatẽ ꝛ ipsorum margines propter debilitatẽ corporum illoꝝ vlcerum sed oportet vt exiccentur in primis deinde administrentur. ☞ Et cum tu administraueris medicamen ꝛ non inueneris humiditatem minui aut videris eam augeri: tunc scias ꝙ medicamen ſm illud corpus non est exiccatiuum: quare adde in confortatiõe eius ꝛ ipsius exiccatione ꝛ adiuua ipsum cum abstersione pauca. sicut est mel. verbi gratia: ꝛ medicinis stipticis sicut sunt balaustie ꝛ alumẽ. ꝛ minora de virtute olei ꝛ pone ipsum oleum in quo sit exiccatio. Qđ si videtur vlcus iam superfluere iterũ in exiccatione tunc minue de virtutibus omnibus. s. exiccatione ꝛ abstersione ꝛ stipticitate: ꝛ serua hoc preceptum in medicamis facientibus nasci carnem vlcerum ꝛ nõ faciat te errare quidam et est vt sit medicamen magis abstersiuum q̃ꝫ oportet quare corrodit membrum et resoluit carnositatem eius ad humiditatem currentem quam existimas virtus et addis in virtute abstersiõis. ☞ Et huiusmodi quidem medicamen ponit vlcus profundius et calidius et magis simile cũ apostemoso: et sentit infirmus mordicationem manifestam. ¶ Et scias ꝙ medicinarũ exiccantiũ vlcera quedam sunt que sunt vehementis infrigidationis sicut iusquiamũ album et opiuꝫ et radix mandragore: et quedaꝫ sunt vehementis calefactionis sicut resina et pix. quare tibi inest vt temperes vnam earũ cuꝫ alia et ſm oppositionem alicuius complexionũ particulariũ. ¶ Et medicine quidem mũdificantes virus sunt iste medicine exiccatiue sicut alumen et galle et cortices granatorum et cortex thuris et merdasengi et farina ordei ꝛ ciꝰ sauic et flores papaue. ruffi et folia arboris salicũ. Cũ ergo fit emplꝫ cũ folijs nucis recentis et fit emplm cũ nuce sicut est aut decocta cũ vino confert valde et exiccat humiditates absq̃ꝫ nocumento. ¶ Emplastrum bonum: sumatur merdasengi et imbibat̃ aceto vice vna et vice alia oleo donec albescat: deinde sumatur antimonij et calcucecaumenon et venarum et gallarum et balaustiarum: et sang. dra. et aluminis et climie argenti omnium partes equales: terantur bene: et sit de vnoquoq̃ꝫ sexta pars eius qđ preparatũ est de merdasengi: et misceant̃ oia: et administrent̃ medicine q̈s dicemus in antidotario in vlceribus profundis. ¶ Et de illis est aq̃ maris. Aq̃ vero aluminis abluit et repercutit et exiccat. ¶ Et omnes iste medicine predicte nũc nocent si cũ vlcere est apa. ¶ Et aq̃ in q̃ decocta sunt ciperi est bona ad exiccationeꝫ: et decoctio myrabolanorum citrinoꝝ et bellyricorũ. et emblicoꝝ ꝛ decoctio ceterach et folia ascedre sunt bona in illo.

¶De curatione vlcerum sordidorum. Capl'm.4.

Oportet vt in eis administrentur medicine abstergentes: et incipiatur in primis ab eo quod est fortis mordicationis secundum quod diximus in canone: deinde gradatim perueniatur ad illud quod est sicut tapsia et aristologia cum melle et pauco aceto. ¶Et iterum glutinum albotin cum equali mensura sui olei ro. aut butyri: et iterum radix lilij cum melle: et iterum farina herbi et herba opoponaci. ¶Et de compositis empl'm indum et vnguenta viridia omnia cum flore eris et simplicia aut permixta cum ammoniaco et similibus. ¶Et emplastra corticalia et emplastra facta cum farina herbi: et emplastrum de sale: et trociscus niger et trociscus viridis. ¶Et medicine exiccatiuis sumantur fecis olei et mellis et aluminis iameni partes equales et sumantur cerusse et polij partes equales et quando vehemens fit sordities sumatur prassium cum melle. ¶Et de emplastris bonis sunt oliue salite: et quandoque accidit necessitas hic iterum administrandi aliquid de currentibus quo abluatur secundum quod dicemus in ca. profundorum et omnia ledunt ea si fuerit apostema.

¶De cura vlcerum profundorum et cauernarum et absconsionum. Capl'm.5.

Ista indigent in curatione sua vt carne repleantur. Et illud quidem non fit nisi cum vbertate cibi et sanguinis. ¶Et sunt necessarie in hoc medicine vehementis exiccationis et mundificationis simul. ¶Et opus vt sit situs eorum talis ne in eis retineatur virus: immo currat: et si inuenis hunc situm conuenientem et est in eo radix vlceris membri ad superiora et orificium eius ad inferiora tunc iste est. Quod si fuerit diuersum illius et fuerit possibile homini vt alteret situm profundi cum eo quod potest facere de preparatione et alteratione nulli faciat: et si non est ei possibile non est excusatio quin secet vlcus vsque ad radicem suam sectione exquisitissima que non relinquat cauernam aut quin fiat vt accidat cursus aut meatus in radice sua preter eius orificium talis vt recipiat salutem: et obseruetur in hoc dispositio membri et an accidat ei timor ex illo. ¶Cum ergo factum fuerit illud stringatur vlcus cum ligatura incipiendo ab orificio eius et perueniendo ad radicem a qua detectio facta est: et in principio econtrario illius et ponatur strictura in parte superiore in duobus modis simul. Et non oportet vt perueniatur cum ligatura ad dolorem. ¶Et quando non est tibi possibile vt scindas administra ablutionem et intromitte tentas facientes nasci et mundificantes quarum mundificatio non destruit eius natiuitatem propter virtutem duarum rerum in eis: et nos quidem iam experti fuimus emplastrum apostolicon et fuit bonum vltimum conferens per medicationem: et centaurea quando ab ea impletur est mirabilis valde: deinde sufoton postea yreos: deinde farina herbi. ¶Et absconsionibus quando non succurritur non adheret cutis conglutinatione bona. Uerum est possibile vt exiccetur cutis ita vt conglutinetur conglutinatione simili sane. ¶Et vlcera quidem profunda et absconsiones et cauernas non

fimmundificant medicine mundificatione vltima: neq3 faciūt in eis nasci carnem nisi fiant currentes lauantes que in ea iniiciuntur cum intectoriis aut mittuntur cum tentis ꝛ proprie quando eoꝝ figura non est figura in mundificatione quorum sufficiant preparatio ꝛ expressio ligature fm ꝙ ostendimus ¶ Et mel quidem est ex lauatiuis ꝛ proprie mixtum cum vino: ꝛ in aqua cineris est ablutio fortis quā non suffert quod ex vlceribus parum est sordiduꝫ: ꝛ aqua maris ꝓpinqua est illi quoniā ipsa lauat ꝛ exicat. Et aqua aluminosa est lauatiua ꝛ cum hoc est prohibitiua eius quod attrahitur ad membruꝫ: ꝛ quando est apostema nō cōuenit aliquid de illis neq3 vinum. ¶ Et oportet vt ponantur super ista vlcera supra medicinas in ligaturis earuꝫ pāni liniti ex eis quibus indiget membruꝫ in rectificatione sue complexionis ꝛ quibus indiget ad rectificanduꝫ emplastris que interius administrantur: ꝛ super orificiū vlceris pannus alius linitus cum eo quod oportet ex medicamine. Et significatio ꝙ ipsuꝫ conglutinatur est paucitas eius quod currit ꝛ descensio eius ad inferiora: ꝛ fortasse exprimūtur ab eo cum ligatura ꝛ virtute medicine humiditates plurime subito: deinde exiccatur ꝛ conglutinatur.

¶ De curatione vermium vlcerum. Capitulum. 6.

De rebus conferentibus ad illud est succus calamenti fluuialis ꝛ medicine quas diximus in capitulo vermiuꝫ auris in lib. tertio.

¶ De nascentia carnis in vlceribus. Capłm. 7.

Oportet vt nō trahatur caro donec mundificetur: aut trahatur ad ipsum nutrimentum si minoratur ꝛ non peruenit ad ipsuꝫ. ¶ Cū ergo mundificata est: tunc elongetur omne mordicatiuum ꝛ abstersiuū cum fortitudine qualiacūq3 sint vlcera: ꝛ vbicunq3 sint. ¶ Et oportet vt in administratione obseruentur medicinarum facientium nasci carnē precepta predicta de eo quod oportet ex superfluitate humiditatis: aut superfluitate exiccationis: fac ergo illud quod diximus in capitulo vlcerum virulentoruꝫ ꝛ non inquantū remanent vlcera humida aut fuerint sicca exiccatione vehementi: immo quantum ad carnem que creatur cum est vehementis humiditatis: aut pauce exiccationis. ¶ Et de illis que minorāt exiccationē eius est additio in cera eius ꝛ ipsius oleo si est emplastrum: ꝛ de eis que addunt in eius exiccatione est vt ingrossetur ꝛ inspissetur ꝛ minoretur eius vnctuositas ꝛ multitudo medicinarum: aut addatur in eis sicut mel. ¶ Et creatio quideꝫ carnis in eis cum emplastris conuenientior est ꝛ tardior: ꝛ cuꝫ pulueribus difficilior ꝛ velocior: ꝛ quandoq3 induratur caro: ꝛ est tunc de rectificatiōe vt puluerizentur pulueres ꝛ circūdetur cum emplastris ꝛ vino ꝛ proprie stiptico. ¶ Medicamen bonuꝫ ad omnia vlcera cuꝫ eo q̄d lauat ꝛ exiccat Nos quidē iam diximus medicinas creatiuas carnis in cap. vulneruꝫ: ꝛ fortasse rememorabimur de electoribꝰ eaꝝ ħ aliqd ꝛ est dignius in hoc loco ꝛ est antimonium adustum ꝛ sarcocolla ꝛ glutinū piscium ꝛ lima-

cie aduste ⁊ scoria ascerebachā ⁊ plumbū adustū ⁊ acorus ⁊ berenlasif ⁊ dracōtea ⁊ ciperi ⁊ ꝓprie ad sordida: ⁊ poliū est forte: ⁊ centaurea est vltimū: ⁊ nitꝝ adustū est mirabile in exiccatiōe eoꝝ ⁊ ipsoꝝ ꝯsolidatione.

¶ De curatione vlcerum corrodentiū se. Capitulū.8.

Canon vniuersalis in curatione corrosiuoꝝ ⁊ fraudulentoꝝ est vt mundificetur corpus ⁊ membrū si fuerit corpus mūdū cū ventosis ⁊ missione sanguisugaꝝ super ipm ⁊ permutatione cōplexionis eius cū epithimatibus ⁊ rectificatione cibi absqꝫ tarditate ⁊ dilatatione. nā dilatatio in h est ex eis que addūt in malitia eoꝝ: ⁊ qūqꝫ facit esse necessariū ambulatio corrosionis vt incidatur membrū ⁊ cōfert corrosiuis cum qbus nō est putrefactio. ¶ Embrocatio cum aqua frigida ⁊ aqua myrti ⁊ aqua ro. ⁊ aqua virge pastoris ⁊ vino stiptico si non fuerit caliditas ⁊ aceto permixto cū aqua ro. ⁊ aqua pura plurima si fuerit caliditas ⁊ similibus ex aquis infrigidātibus exiccātib⁹. ¶ Et si fuerit illic putrefactio tunc aqua maris ⁊ reliqua de illis que dicemus in cap. putridorum. ¶ Amplius melior curatio eoꝝ est administratio stipticorū exiccantiū infrigidantiū sicut cortices granatoꝝ ⁊ lentes ⁊ folia masticis ⁊ semen rosaꝝ ⁊ spina egyptiaca: ⁊ grana myrti ⁊ embroce haꝝ medicinaꝝ: ⁊ ꝯfortētur huiusmodi cū alumine: ⁊ similibus. ¶ Et similiter emplastratio cū folijs acetose ⁊ ramis eius bullitis cū vino ⁊ emplastratio cum bolo armeno confecto: aut sirupo acetoso: aut cucurbita sicca adusta aut arnoglosa cum sauic aut folijs oliuaꝝ.

¶ De curatione vlcerum putridoꝝ ⁊ maloꝝ. Capitulū.9.

Horum maloꝝ vlceꝝ curatio melior est mundificatio corporis aut membri ipsius si corpus fuerit mūdum cū eo quod mūdificat ipꝫ solū ex ventosis sanguisugis ⁊ epithimatibus rectificātib⁹ ꝯplexionē ſm ꝙ diximus multotiens ⁊ similib⁹ ⁊ cibo. ¶ Et non opꝫ vt sit dilatatio in curatione eoꝝ. nam eoꝝ putrefactio addit ipsorū malitiā ⁊ opꝫ vt phibeātur ab eis apata calida. ¶ Et de illis que eā sedant est semen iusquiami albi cū sauich: ⁊ iteꝝ cū huiusmodi vlcera superfluūt in corruptione fit necessariū vt eleuentur cū cauterio cū igne aut cū medicamine acuto: aut cum incisione vt non remaneat nisi caro sana cognita per bonitatē sanguinis eius aut coloris ipsius ⁊ os sanū albū mundū. ¶ Et medicamen quidem acutū accipit oēm ostracitatē ⁊ extrahit ipaꝫ ⁊ succurritur cōplemento eius cuꝫ butyro ponendo desuper vice vna post aliam: ista enim lꝫ nō sint fistule neqꝫ ostracata tñ sunt mala fraudulenta: ⁊ fortasse fit necessarium incidere membrū vt saluetur ex putrefactione sua. ¶ Et embroce que cōueniunt eis sunt sicut aqua maris ⁊ aque predicte in cap. fistulaꝝ: ⁊ cuꝫ super ista vlcera ⁊ alia administrantur medicine opꝫ vt dimittantur diebus aliquot ⁊ nō soluantur. ¶ Et medicine quas opꝫ administrare in istis sunt sicut faria ordei ⁊ farina herbi cuꝫ aliquātulo aluminis aut caro piscium salita sicca cū aliquā-

tulo medulle panis ꝛ aristologia et radix caulis et radix sicle et radix cucumeris asi.et semē lini contritū cū calcadis et hasce cum passis aut ficubus cū melle aut emplastra cū cepa muris decocta cū melle aut caulibus aut cucurbita sicca cōbusta ꝛ folijs oliuaꝝ recentibus. ℭ Compositū. ℞.aristo.ꝛ succi folioꝝ alkerua amboꝝ.añ.partē.i.floꝛis eris partem.5.fiat ex eo linimentū cuꝫ aq̄ inspissitudine mellis.ꝛ fortasse est necessariū vt confortet cū succo cucumeris asini.ꝛ alsurie ꝛ ponant desuper panni sicci. ℭ Et iterū arist.ꝛ gallarū ꝛ olei equales partes: fiat ex eis linimentū vlceri ꝛ in circuitu eius:aut calcis colcotar partes equales arsenici.pteꝫ.5. ℭ Et iteꝝ alsurie.ptes.xij.colcotar.x.draganti.iiij. fiat ex eis linimentū:decoquant in aceti fortis media cotilla donec consumat acetū:deinde sumat ex eis infrigidatis ꝛ postea liniat cū eis vlcus. ℭ Et iterum sumāt colcotar draganti amboꝝ.añ.xx. corticuꝫ ferri.xvi.gallaꝝ perfoꝛataꝝ.x.aut sumat salis.pars.i. aluminis vsti ꝛ corticum eris abꝛotani vsti pars.5. ℭ Emplm bonū sarcocolle calcucecaumenon ꝛ gallarum ꝛ flos eris ꝛ aristo.aggregent cuꝫ aliquantulo glutini vt medicinis sit conglutinatio ꝛ administret post mundificationē vlceris. ℭ Medicamen vltimū expertum draganti rubei.xxiiij. calcis viue.xvi.aluminis.xvi.coꝛticū granatoꝝ.xvi.thuris ꝛ galloꝝ āboꝝ añ. xxxij.cere.cxx.olei antiq cotilla.i. ℭ Aliud bonū:plūbi vsti cuꝫ sulfure eris vsti ceruse plūbi thuris merdasengi climie ammoniaci oppoponaci masticis omniū añ.ʒ.ij.adipis renū vacce resine glutinis alimbat olei myrtini cere omniumꝫ:añ.ʒ.iij.soluantur que soluenda sunt in quantitate aque ꝛ conficiantur ea que soluuntur ꝛ que teruntur conficiātur. ℭ Medicamen conferens qđ Gal.ꝛ alij aggregauerunt.℞. scoꝛie eris. vnc.i.floꝛis eris fricati.vnc.i.cere.lib.5.paruaꝫ lindris.vnc.i.5. fiat ex eis emplastrū ſm descriptionē suam soluant ea que soluunt ꝛ terantur ea que terunt ꝛ addat cera ꝛ minuat ſm q̄titateꝫ necessitatis ꝛ diligūt vt misceant cum eo. ℭ Et quando fuerint vlcera difficilis sanationis administrent in eis charte combuste.ꝛ medicamen andronij ꝛ cucurbita sicca combusta aut lana soꝛdida combusta aut emplm folioꝝ cupsi aut folioꝝ dulb adustoꝝ.

ℭ De curatione eoꝝ que sunt difficilis consolidatiōis ꝛ alioꝛum que sunt in vltimo malitie. Caplm. 10.

Scias q̄ vlcera difficilis consolidationis absolute sunt preter corrosiua ꝛ preter putrida sicut est cōmune preter pꝛopꝛiū. ipsa enim ambo sunt ambulatiua:ꝛ cuꝫ istis quandoqꝫ non est ambulatio ꝛ stant ſm dispositionem suam per aliqđ spaciū.ꝛ ista sunt pter fistulas iteruꝫ: qm̄ opꝫ vt ipsa sint incedentia.ꝛ ad vltimū corrosiua putrida. ꝛ fistule sunt ex summa difficilis consolidationis absqꝫ conuersione. Altereuati vero sunt vltima in coꝛruptione in elongatione ꝛ consolidatione. ℭ Et canon in curatione hoꝛum vlcerum est vt si causa fuerit malitia complexionis rectificetur: aut si fuerit malitia sanguinis ponatur cibus qui generet sanguinem bonum contrarium illi aut paucitas eius

multiplicatio eius ⁊ dilatatio in cibo bono. Quod si causa fuerit mollificatio ⁊ sordidatio tunc cura curatione mollis ⁊ sordidi. ¶ Et si causa fuerit exiccatio superflua ⁊ non fuerint fistule adhuc: tunc cura cum humectatione equali. ¶ Et de eo quod bonuz est in illo est vt facias ea sudare cum aqua calida vsqꝫ quo sudet membrum ⁊ rubeat ⁊ infletur: deinde abstine ⁊ non pertranseas illam quantitatem: quoniã attrahes cum eo materiam plurimam ⁊ nocumentum maximum ad membruz. Et fac vt medicamen post illud sit minoris exiccationis: ⁊ fortasse confert ponere pannos infusos aqua tepida. ¶ Et quandoqꝫ est necessariũ fricare vlcus ⁊ fricare membrum eius ⁊ administrare emplastra attractiua picea. ¶ Et si causa fuerit malitia dispositionis accidentis ei q̃d continetur cum eo de carne: cura cum eo quod sciuisti ex scalpellatione ⁊ extractione sanguinis ⁊ succursu cum exiccatiuis. ¶ Et si cã fuerit vitis ambulatiua incide eam ⁊ fac currere sanguinem eius: aut extrahe eam: quoniaz multotiens facit quiescere illud: ⁊ si fuerit repletio tunc incipe cum flobotomia ⁊ euacuatione humoris eius melancolici si fuerit: deinde obuia viti ⁊ fac currere ex ea sanguinem quantum tibi possibile est vt non accidat ex obuiatione tua adinuicem quod est deterius vlcere primo: deinde cura vulnus quod accidit ex vite postea vlcꝰ difficile. ¶ Et si causa fuerit debilitas membri ⁊ illud est propter malitiam complexionis superflue elongate ab equalitate quã existimamus ex calore ⁊ frigore ⁊ quod sequitur complexiones ex raritate superflua: aut spissitudine vehementi: ⁊ primum est vt sequatur caliditas ⁊ humiditas: ⁊ s̃m frigiditas ⁊ siccitas oportebit vt curetur faciens illud cum contrario. ¶ Et multotiens quidem contingit q̃ causa est a caliditate attrahente materiam ⁊ mittente eam ⁊ sunt necessaria in curatione eiꝰ infrigidantia stiptica. ¶ Q̃d si causa fuerit fistula tunc cura curatione fistule: ⁊ si causa fuerit corruptio ossis quod sequitur ipsum incidemus ⁊ detegemus ab osse. ¶ Et si fuerit possibile auferre illõ quod est super ipsum cum fricatione faciemus ⁊ subtilissime inquiremus: ⁊ si non incidemus ⁊ faciemus illud cuius expositio est in cap. corruptionis ossis.

¶ Inquit Ga. Fuit adolescens habens fistulam in pectore suo que iam peruenerat ad os quod est ĩ medio cassi sui. deteximus ergo ab osse cassi totum illud quod continet ipsum ⁊ inuenimus iam aduenisse corruptionem: ⁊ fuit nobis necessarium incidere ipsum: ⁊ fuit locus corruptꝰ ex eo locus super quem figitur suspensoriũ cordis: postq̃ ergo vidimus illud stetimus statione vehementi in ablatiõe ossis corrupti ⁊ fuit finis noster dimittere panniculum tegentem ipsum de intus ⁊ seruare ip̃m s̃m salutem suam: ⁊ fuit illud quod continuatur de hoc panniculo cuz casso iam putrefactum. ¶ Iterum inquit: ⁊ nos aspeximus ad cor aspectu manifesto sicut illud quod vidimus cum deteximus ab eo cum voluntate cum anathomia. ¶ Inquit. Sanatus est ergo iste adolescens ⁊ nata est caro in illo membro quod incisimus ex casso donec repletum est: ⁊ continuatum est adinuicem ⁊ factum est stans inter velamen cor-

dis ꝛ velamen ipsum sicut stetit cum eo ante illō caput capsule cordis.
¶ Inquit. ꝛ non est h̄ maius q̄ vulnera in quibus respirat pectus: ꝛ h̄
dixit ꝙ quando putrefiunt vene ꝛ antiquantur: tunc de eo quod est re-
ctum est vt currat ex eis sanguis ſm quantitatem que licita est in eis.
¶ Medicine vero preparate ad difficultatem consolidationis in do-
minantibus dispositionibus sunt sicut scoria eris ꝛ flos eris adustus ꝛ
non adustus: ꝛ scoria alchesebrā: ꝛ scoria reliqui ferri ꝛ cōglutinatio au-
ri: fiant ex eis cerata ꝛ colcotar ꝛ dragantum ꝛ que sunt eis similia cum
rebus prohibentibus attractionem ad membrum si fuerit sicut sūt alu-
men ꝛ galle. ¶ Et de illis quibus curantur ea que sunt difficilis conso
lidationis est illud quod. ℞. climie ꝛ consolidationis auri ꝛ aluminis
omnium. an̄. viij. floris eris ꝛ corticum eris. an̄. i. gummi cupressi. iiij. ce
re ꝛ olei alicuius quantum scis. ¶ Et iterum sumantur cere gummi pi-
ni. an̄. vij. climie. iij. ꝛ colcotar. vi. ꝛ olei myrtini quantū sufficit. ¶ Et
iterum decoquantur colcotar ꝛ climia cum aqua maris: aut aqua acre-
ste: aut aqua in qua decocta sunt alkali ꝛ calx decoctione pauca ſm cō-
mixtionem nutritioni eorum in sole in estate: deinde coletur ab eis pre-
ter ꝙ fiat sal desuper aqua maris: aut aqua alkali. ¶ Et iterum suma-
tur eris vsti ꝛ resine ꝛ salis gemme omnium. an̄. vnc̄. ij. cere olei myrti-
ni quantum sufficit. ¶ Et ꝯferunt eis medicine fistulares quādo exic-
cantur ꝛ teruntur: ꝛ ex eis sunt farine herbi ꝛ yreos: ꝛ aristologia adu-
sta ꝛ es vstum ꝛ terra thuris ſm diuersitatem quā meretur omne corpꝰ
ex compositione. ¶ Medicamen bonum sumantur limatura eris ꝛ li-
matura ferri ꝛ conficiantur cum aqua aluminis ꝛ argillentur cum ar-
gilla rubea ꝛ adurantur in furno: deinde extrahantur ꝛ terantur ꝛ ad-
ministrentur puluerizata aut fiat ex eis ꝛ ex merdasengi emplastrum.
¶ Modus emplastri aurei boni. ℞. merdasengi aurei boni mināvnā:
cere ꝛ radicis almezerion. an̄. aur̄. xxxvi. floris eris aur̄. xviij. limature
auri trite limature almerdasengi. an̄. aur̄. xl. olei antiqui lib̄. iij. ponā-
tur super ipsum in primis merdasengi ꝛ aurum ꝛ flos eris: deinde reli-
que medicine. ¶ Et iterum sumantur ostracum furnorum ꝛ cinis vena
rum ꝛ plumbum combustum ablutum ꝛ fiat ex eis emplastrum cū oleo
myrtino. ¶ Et oportet vt sit illud oleum inspissatum cum merdasen-
gi. verbi gratia. vnc̄. i. ꝛ ex aceti acuti triplo ipsius ꝛ ex olei aut olei myr
tini: aut olei anetini. vnc̄. i. moueantur cum facilitate donec resoluatur
merdasengi ꝛ inspissetur ꝛ non aduratur. ¶ Et aliereuati de eis corti-
ces eris ꝛ flos eris ꝛ calx abluta fine exquisitione: fiat ex eis puluis et
antecedat ꝛ liniat ea cum melle: deinde puluerizet super ea hunc pul-
uerem contritum: eris partes. ij. cere. x. dissoluātur digitis in sole ꝛ ad-
ministrentur aut ceruse ꝛ aluminis. an̄. viij. corticum eris sal gēme thu
ris floris eris corticum granatorum omnium: an̄. partes. ij. calcis pars
i. cere. x. olei myrtini quantum sufficit. ¶ Et iterum merdasengi olei.
an̄. lib̄. i. gallarū non perforatarū arist. an̄. vnc̄. i. ammoniaci. vnc̄. i. mi
nuti thuris. vnc̄. ij. fiat ex eis linimētū sup ignē ꝛ moueat cū rad. cāne.

¶ De curatione fistularꝫ ⁊ corioꝝ que nõ ꝯglutinant. Cap.ij.

In fistulis vero ⁊ earꝫ iudicijs ⁊ spẽbus ipsarꝫ iam est dictum qđ dictũ est. ¶ Uerũ qđ necessariũ est de regimine cursus virus ⁊ humiditatũ corruptarũ ab eis cum preparatione aut perforatione iam declarauimus iterꝫ in locis ante hunc locũ. ¶ Curatio aũt ꝓpria fistulis diuersificat iterꝫ. Fistule enĩ aut sunt recẽtes currentes: aut sunt antique quarũ cõcauitates iam ꝓfundate sunt in carne vehementer: ⁊ iste qdeꝫ sunt difficilis curatiõis. nam illud qđ necessariũ est in hoc est acceptio illius concauitatis totius cũ incisione eradicãte ex lateribus cũ nouacula: aut alijs: aut per cauteriũ cũ igne: aut cum medicamine: ⁊ illud est paruũ ⁊ inquietũ ⁊ ꝓprie quando est in vicinitate nerui aut mẽbri sublimis: ⁊ fortasse eger est decliuior ad hoc vt remaneat illud cũ eo ⁊ tolleret illud q̃ vt patiatur eius curam. ¶ Et fortasse est possibile vt exiccet ⁊ corrodatur eius caro vnctuosa fraudulenta intra ipsam ⁊ exiccetur residuũ carnis eius mortue ⁊ consolidet ⁊ remaneat quieta spacio longo preter ꝙ sit adhuc consolidata integre. ¶ Et qui vult illud oportet vt mũdificet fistulam a carne fraudulenta vnctuosa que est in ea: deinde impleat eaꝫ medicinis exiccatiuis ⁊ dimittat eam cum dispositione exiccationis eius: qm̃ ipsa remanet dũ non cadit timor in repletiõe aut humiditate complexionis aut aduentu aque aut situ iacendi super eaꝫ doloroso: aut offensione: aut verberatione: aut tussi: aut tremore. ¶ De curatione vero eradicationis eiꝰ ⁊ ipsius euulsionis scias ꝙ cũ ipsa est fraudulenta putrida antiqua nõ est medicamen nisi abscisio cum adustione: aut cauterizare eam cũ igne s̃m ꝙ ostendimus cum perforatione meatus tortuosi inter meatus eius vt sciatur intẽtio cauterij ⁊ penetratio cũ cautela intentionis eius donec coquat vel cauterizet ⁊ abscindatur. ¶ Et cauteriũ cũ medicinis acutis est sicut sunt sal ammoniacuꝫ ⁊ arsenicũ ⁊ sulfur ⁊ flos eris ⁊ argentũ viuuꝫ est de sũma eoꝝ extinguat arg. viuũ ⁊ misceat cũ tãto limature ferri q̃tũ ipm̃ ẽ ⁊ alkali q̃tũ est eiꝰ medietas ⁊ calcis q̃tũ ẽ eiꝰ medietas ⁊ sublimet i aluchel aut prefocet in kimina s̃m ꝙ sciunt illi qui occupati sunt cũ hoc ca. ⁊ sublimetur sicut sal. Cũ ergo ponitur ex eo super fistulaꝫ inflãmatur ⁊ assatur ⁊ separat a carne ꝙ recipitur cũ forcipibus ⁊ extrahatur. ¶ Et assiduetur clibatio membri ex butyro vna hora post aliam vt quiescat dolor: deinde curetur curatione vlcerũ. ¶ De fistulis vero que est recens currens opꝫ vt abluatur cũ medicinis fortibus sicut kitrã ⁊ aqua cinerũ ⁊ aqua maris ⁊ sicut salsa ⁊ aqua saponis permixtis cũ ea arsenico ⁊ sale ãmoniaco ⁊ aqua sublimata ⁊ calcuce caumenon ⁊ sale ãmoniaco sicco ⁊ ex sansuco nõ currente ⁊ aqua in qua decoquuntur alchali ⁊ calx corticũ ouoruꝫ ⁊ calx. Cũ ergo mũdificata fuerit ponatur super eã medicamen de cherua. ¶ Et emplastrũ de arsenico reiterato in medicinis algarab est mirabilis iuuamẽti. ¶ Et medicamen Gal. alcartusin: ⁊ medicine composite ex dragaganto ⁊ calcadis ⁊ ere vsto ⁊ flore eris ⁊ que sunt similia illis ⁊ ex centaurea ⁊ farina herbi ⁊ yreos ⁊ suructas. ¶ Et iam experta est

ta est radix scolopendrie: nam ipsa cum fistula impletur ex ea sanat ip/
sam. ¶ Et similiter cum fistula impletur ex elleboro iterum ⁊ dimittit
trib⁹ diebus sanat ipsam: ⁊ similiter alsenij ⁊ similiter succus cucume/
ris agrestis cum glutino alboti: aut succus radicis almaroth: aut flos
eris: aut ammoniacum ⁊ calcadis ⁊ dragantum ⁊ colcotar ⁊ gūmi cum
aceto. Aut sumatur vrina infantium ⁊ sine cessatione teratur in morta/
rio plumbeo donec inspissetur ⁊ exiccetur ⁊ administretur. ¶ Medica
men quo vtuntur illi de alexandria: oppoponaci draganti assari ⁊ col/
cotar ⁊ floris eris ⁊ aluminis omnium. añ. pars. 1. cantaridaruꝫ ps. 5.
fiat puluis aut emplastrum aut aggregetur cum aceto in quo decocte
sunt cantarides ⁊ fortasse ponitur cum eo mel. ¶ Et iterum sumantur
aloes ⁊ flos eris ⁊ merdasengi ⁊ cortices ouorum calcinati quod est eis
fortius plurimū ⁊ permisceantur. ¶ Et iteruꝫ medicine fortes quas di
ximus in cap. eorum que sunt difficilis consolidationis. ¶ Et cū appa
ret caro bona administra conglutinantia facientia nasci carnem: ⁊ qñ
est prope eā os corruptum: tūc opꝫ vt rectificet ⁊ curet curatione sua: ⁊
cum vides humiditates virulentas minorari aut saniosas redire: tunc
iam curatio confert.

¶ De carne addita super vulnera. Cap. 12.

In curatione illius sunt necessarie medicine abstersiue ⁊ exiccati/
ue: ⁊ quanto magis sunt minoris mordicationis tanto sunt melio
res. ¶ Et oportet vt non expectetur hic de adiutorio nature quod expe
ctatur in nascentia carnis: nascentia enim carnis est opus nature: ⁊ oē
quod natura nasci non facit siue sit cum adiutorio medicine aut absqꝫ
eius auxilio est contrariū operationi nature: ꝑpter illō igitur oportet
vt sit plurimum sustentationis super medicinaꝫ. ¶ Et scias ꝙ trocisci
facti ad hoc non conferunt illi quod ex ea antiquum est immo recenti.
Qō si ex eis fuerit aliquid necessarium tunc oportebit vt in faciēdo tro
ciscos sit conseruatio ⁊ reponantur in loco quem non corrumpat aer: ⁊
iam laudate sunt ad hoc feces aceti: sed illud non est apud me penitus
sanum ⁊ facere eos trociscos ⁊ formas similes auellanis est magis con/
seruans virtutem. ¶ Quod vero dicitur ꝙ ipsa indiget vt imbibat aq̄
calida de arsenico ⁊ alijs est illud quod preparat eam ad resolutionem
virtutis ⁊ adiuuat aerem corrumpentem eam. ¶ Et medicamen quidē
quod est grossius ⁊ fixioris virtutis est magis iuuatiuum in hoc caplo
non ex parte virtutis quoniam fortasse subtile est fortius: sed propterea
ꝙ passio eius ex aere ⁊ humorib⁹ cōmixtis est mior ⁊ fixio eius cū dispo
sitione sua est maior. ¶ Et iste medicine sunt sicut cortices eris ⁊ ostra/
cā adusta ⁊ due species eritiorum adustorum cum carnibus suis: ver uꝫ
eritij remanent ⁊ constringunt carnem plusq̄ꝫ oporteat. ¶ Et fortius de
illis que numerauimus est flos lapidis nominati esie: ⁊ fortius eo ē sco/
rie ⁊ glutinum auri ⁊ colcotar: ⁊ dragantum adustio minorat virtutem
eorum ⁊ est mordicationis similis ⁊ addit eorum subtiliationem: ⁊ flos
eris est fortis ⁊ non est sicut ziniar ⁊ proprie factum ex corticibus eris.

¶ Et ex eis que corrodunt carnem additam est vt sumantur alkalai ꝛ calx non extincta ꝛ dimittantur in sexcuplo sui aque in sole septē diebus ꝛ moueantur omni hora donec ingrossentur ꝛ fiant sicut lutum et fiant ex eis trocisci ꝛ administrentur: ꝛ similr̄ trociscus fiet licus. ¶ Et vnguentum viride est mirabile ꝛ viride factum cū sale gēma: ꝛ vnguētum quod nominatur alescorexerin corrodit carnem sine mordicatiōe ꝛ medicamen dudume ꝛ medicamen diafnoꝛ ꝛ medicamen factū ex corticibus eris ꝛ minuti thuris est conueniens carni male ꝛ accipit humiditatē sicut cottū ꝛ oēs medicine facte ad hoc vt mittanť in nasum.

¶ De regimine vlcerū disruptoꝝ post consolidationem. Cap.13.

Curatio post eorum disruptionem est vt accipiať caro mala: ꝛ os quidem seqtur eam: deinde occuperis in desiccatione eius ſm ꝙ scis. ¶ Et extrahentia ossa. fortasse sunt cuȝ medicinis attractiuis sicut sunt folia papaueris nigri emplastrata cum folijs fici ꝛ sauich: aut semen iusquiami albi ꝛ calcadis equalibus partibꝰ emplastrata.

¶ De eradicatione vestigiorum vlcerum ꝛ vulnerum. Cap.14.

Indiget eradicatio vestigioꝝ vlcerum ꝛ vulneꝝ medicinis abstersiuis fortis abstersionis mūdificatiuis ꝛ sint virtutes earum proxime virtuti eiꝰ qđ abstergūt ergo cureť forte cū forti: ꝛ qđ est minꝰ eo cū eo qđ est minus eo. ¶ Medicine aūt mūdificatiue fortiū virtutuȝ sunt. ꝟbi grā. vt sumať squāma ferri cū lacca: ꝛ trifera ꝛ liniať desup calx ꝛ mel aut succus calamēti ꝛ albugo oui ꝛ arsenicū ꝛ lapis pipis. ¶ Medicine aut leues lenibꝰ sūt sicut fabe ꝛ farina ciceris ꝛ semē raphani ꝛ lutū molle raꝝ ꝛ cortices melonis. Et adeps asini ē bona valde ꝛ ꝓprie qñ associantur ei q̄dam predicta. ¶ Vestigia autem vlceratiōis aut verberationis abstersio cum oleo de lilio delet velociter. ¶ Amplius trocisci quos ego dicam in capitulo decorationis.

¶ Tractatus Quartus de solutione continuitatis neruoruȝ ꝛ quod nō pendet cuȝ restauratione de solutione cōtinuitatis neruorum.

¶ De vulneribꝰ neruoꝝ ꝛ que currunt cursu eorum. Cap. p̄mum.



Neruis ꝓpter vehementiam sensus eorum ꝛ continuitatem suam cum cerebro accidunt ex vulneribus dolores vehementes valde ꝛ lesiones valde magne sicut spasmꝰ ꝛ permixtio rationis: ꝛ multotiens perducunt ad spasmum absq̧ antecessione lesiōis praue: ꝛ non fit in eis ex-

cusatio quin illic sit apostema magnum absq3 dolore magno: z facilio- res eorum dispositiones sunt febres: z apostemata multa apparent in alijs locis q̃ in vulneribus z sitis: z vigilie z desiccatio lingue z ꝓprie quando accidit illic apostema. ¶ Et similiter est dispositio vulnerum chordarũ lacertorum z proprie in latere capitis earum. ¶ Et quando apostemanť nerui z que sunt eis similia aut aduenit eis frigus spasmã tur: z si aduenit eis putrefactio corrumpitur membru3 z augmentatur. ¶ Et putrefactio q̃dem festinat ad eos quoniam ipsi sunt creati ex hu miditate quã congelauit z coagulauit frigus. z ad huiusmodi quide3 properat putrefactio ex humiditate z ex caliditate humida z decoquiť in eo. ¶ Et similiter aque q̃de3 frigide nocent ex parte spasmi z calide ex hoc q̃ putrefaciunt: z similiter oleum: verũ oleũ quandoq3 est neces- sariũ. s. illud quod est calefactũ propter necessitatem sedandi dolorem: aut ꝓpter subtiliandas medicinas z facere eas currere z sunt medicie resistentes q̃litati humectanti: z pũgentes sole quandoq3 perficiũt hãc operationem. ¶ Et quãdoq3 qui ex eis vulneratus est apostemať etia3 z est eius operatio tardior: z simil'r eius maturatio z curationis susce- ptio est tardior. ¶ Et quandoq3 vlceranť nerui z sunt vlcera tardioris cõsolidationis z tardioris maturationis. ¶ Et omne vulnus q̃d fit in neruis aut est punctura aut scissio. Et fissura q̃dem aut fit cũ detectione nerui aut sine ei⁹ detectione. ¶ Et illud q̃dem aut fit in lõgitudine: aut latitudine: z vulnera q̃dem cadentia ſm longitudinẽ in neruis saluio- ra sunt cadentib⁹ in latitudine: villus enim sanus lediť ex vicinitate i- cisi z noceť per ipsum z nocet cerebro: z facit accidere spasmũ z egritu- dines magnas. ¶ Et fit itez multotiẽs necessariũ tũc abscindere vulne ratũ z pũctũ cũ totalitate z ꝓuenit ex eo q̃es z separanť accñtia mala. ¶ Et vulnera q̃dẽ in pãniculis sunt leuiora eis q̃ sunt in chordis nedũ eis q̃ sunt in neruis: z tu q̃dẽ scis pãniculũ cũ testimonio: z fortasse sci- uisti cũ ex anathomia. ¶ Et si pãniculus a͠pať nõ vr̃ in eo incessus vil- loꝝ in lõgitudine: z in chorda pãniculari vr̃ incessus pãniculoꝝ in lon- gitudĩe: z chorda ẽ dura valde z nõ ẽ pãnicularis in ei⁹ duritie: z pan- niculus suffert suturã. ¶ Et ĩ vulnerib⁹ z disruptiõib⁹ q̃ aduenĩũt liga mẽtis nascẽtib⁹ ex osse ad os nõ ẽ malũ z suffterũt vehemẽtiorẽ cura3 z nõ timeť ex abscissione neruoꝝ illud q̃d timeť de eoꝝ conquassatiõe z d̃ incisione partis eoꝝ in latitudine q̃uis membrũ contrahatur.

¶ De canone curationis solonis continuitatis neruoꝝ. Cap. 2.

Medicamen vulnerum neruorum est illud quod est calidum siccũ subtilium partium equalis caliditatis ita vt non mordicet z sit eius exiccatio vehemens valde cum attractione non cum stipticitate omnino. ¶ Et omne in quo est caliditas subtilis cum exiccatione vehe menti subtilis substãtie nõ euacuať ab attractiõe. ¶ Et caueať stipticũ in eis z ꝓprie in ꝓncipio rei nisi sit cũ abstersione sicut es vstu3 z scoria eris: z q̃d est hui⁹ generis substantie: subtilia ipsum cu3 trituratione in aceto in quo non est stipticitas; z quãdoq3 timetur ex aceto z subtilia-

tione eius processio caliditatis subtilis in re spissa:⁊ si necessaria ē for/
tis caliditas:quandoqꝫ tunc necessaria est vt non sit profundans tãtuꝫ
sed vt frangatur ⁊ declinetur cum ea ex eo quod ei admisceatur ad q̃li/
tatem vt calefaciat cum mensura ⁊ excitet cum fortitudine. ¶ Et si fue
rit neruus detectus non sufficit aliquid cui sit acuitas omnino ⁊ ē no/
cumentum illius cum eo magnum:⁊ similiter si inuenerit medicamen
aut pãnum quod administratur super vulnus cui obuiat dum est fri/
gidum actu:tũc lesio nerui ab eo est vehemens. ¶ Et q̃do accidũt vul/
nera in neruis:tũc non oportet vt properent ad incarnationem ſm oꝫ
vt incipiat a sedatione doloris vaporando cũ pannis calidis ⁊ cũ oleis
calidis:⁊ cũ oleo omphacino ꝓprie quoniam in ipso est stipticitas q̃dã
⁊ cum adipibus iterum:⁊ sit eorum calefactio supra tepidũ propter fri
gida:⁊ similiter sit tua intentio in sedatiõe apostematis. ¶ Et de illis q̃
administrantur etiam tunc sunt emplastra facta cum sirupo acetoso et
cũ aqua cineris. ¶ Et ex cibis ⁊ potibus sicut farina fabarum ⁊ herbi ⁊
ciceris ⁊ lupini amari ⁊ sauic ordei ⁊ alijs:immo ista iteruꝫ administrã/
tur anteq̃ apostementur:⁊ quandoqꝫ confert administrare illud quod
est leue. ¶ Cum ergo fit in eis illud ⁊ accidit securitas ex superfluitati/
bus que effunduntur per illud quod administrat de flobotomia ⁊ eua
cuatione:tunc incarna:⁊ non sedes dolorem eorum cuꝫ aqua calida oi/
no:imo cum oleo subtilium partium in quo nõ est stipticitas calida vſ/
qꝫ ad terminum non superfluũ:calidum enim superflue ⁊ frigidũ non
conueniunt ei. ¶ Et multotiens q̇dem contingit ꝙ vulnus iam appro/
pinquat sanitati ⁊ nocet ei frigus ⁊ fit vehemens dolor ⁊ redit lesio:q̃/
re fit necessarium vt succurratur statim cum sedatione ⁊ cum oleis cale
factis embrocando cum eis. ¶ Qđ si neruus ille fuerit discoptus ⁊ fue
rit incisio in longitudine:tunc stude vt cooperias ipsum carne ⁊ pone
super ipsum medicinas pungitiuas quas diximus. Et stringe ip̄m cuꝫ
pannis longis strictura colligente ⁊ aggregante semper rem magnam
loci sani. ¶ Si auteꝫ disrumpatur in latitudine tunc necessariũ est sue/
re ipsum ⁊ si non nõ ꝯglutinatur. ¶ Et si quando properat res ⁊ times
putrefactionem succurrere quantum tibi est possibile. ¶ Qđ si aposte/
metur ⁊ adueniat frigus:proueniet ei spasmus:⁊ putrefactio contra/
hit membrũ:quapropter non oportet vt incarnetur caput vulneris ne/
qꝫ colligatur nisi post sanitatem. ¶ Cuꝫ ergo est in eo strictura amplie
tur:quoniam illud perducit ad putrefactionem vulnerum per illđ qđ
aggregatur in eis de viru ⁊ alijs:⁊ cum hoc dolor fit vehemens:quare
non oportet vt incarnetur omnino nisi postq̃ exiccatur exiccatione de/
centi ⁊ securitas fit ex omni apostemate ⁊ putrefactione. Et propter il/
lud oportet vt soluatur strictura super medicamẽ vt festinetur ex alio.
Et fortasse soluitur in die:aut in nocte bis:aut ter. Et fortasse est necessa
rium vt facias illud iterum in nocte illius diei:aut die illius noctis si
fuerit in longitudine:⁊ proprie quando illic est mordicatio. Qđ si non
fuerit:tunc necessitas illius erit minor ⁊ sufficiet bis facere illud mane

Accidit ex dislocatione anche ad anteriora vt videas pedem dislocatum longiorem altero ⁊ genu eminentibus ⁊ non potest duplicare pedem suū apud inguem inflatū spatiū: qm̄ caput coxe iam intrauit in ipm. ¶ Et si dislocatur ad exteriora abbreuiatur pes ⁊ apparet in inguine ꝓfunditas: ⁊ accidit in eo qd̄ opponitur ei a posterioribus eminentia: ⁊ inflatio: ⁊ genu est q̄si ipm sit submersum ad interiora. Et si dislocatur ad anteriora pes est longior ⁊ non est possibile infirmo vt expandat crus suū ⁊ non fit ei possibile vt plicet ipm nisi cū dolore: ⁊ nō preparatur ei deambulatio penitus: ⁊ si vult ambulare ambulet sup calcaneū. Et accidit ei multotiens ex hoc vt apostemetur inguen eius ⁊ retineatur eius vrina. ¶ Et si dislocatur ad posteriora abbreuiatur pes eius ⁊ fit super eum expansio difficilis ⁊ apparet in ipsius inguine mollificatio: ⁊ est caput coxe decliue ad obliquationem.

¶ De cura. Capitulum.26.

Oportet vt ad curandum sit festinatio. Nam si non redit velociter fortasse effundētur ad eam humiditates ⁊ putrefient ⁊ perducent ad corruptionē membri totius: ⁊ sequitur illud de timore id quod scis. ¶ Regimen vero dislocationis coxe ad inferiora est vt extendas pedē: deinde fac eum redire cum vehementia postq̄ moueris cum dextra ⁊ sinistra donec opponatur ei ad qd̄ redit: ⁊ pone pedi quasi stafam: ⁊ stringe super crus: deinde stringe super coxā ⁊ super genu strictura que seruet eam: deinde suspendatur ex humero suspensione: ne sit possibile cruri cū hoc vt extendatur. ¶ Quando vero dislocatur ad interiora tunc precipitur vt flectat genua: ⁊ teneat eum homo fortis ex latere emunctorij: ⁊ capiat restaurator manu sua caput coxe apud genu: ⁊ trahat ipsum ad anteriora: ita vt impellat extremitatem aliam ⁊ impellat ipsum impulsione tendente ad superiora ⁊ exteriora: ⁊ si adiuuat eū alius ab extremitate alia ex contrario motus eius ⁊ iam ligauit eam cū vitta aut cū fune erit bene: deinde ligetur cum ligamento. ¶ Uerum quando dislocatur ad exteriora oportet tunc vt firmet restaurator extremitatē coxe: que est apud genu: ⁊ moueat eā ex contrario motus predicti: ⁊ sit alius tenens ab extremitate alia mouens eam ex contrario motus primi ⁊ iā ligauit vittā aut funem. ¶ Et in illa que est ex illo ad anteriora aut posteriora stringat restaurator radicem coxe cū ligatura lata: ⁊ capiat super humerū ad partem que oportet s̄m declinationem dislocationis: ⁊ accipiant viri duas extremitates ligature ample: deinde extēdant eā omnes simul extensione qua suspendunt infirmum in aere. ¶ Et cū huiusmodi iterū est possibile vt redeant modi predicti ad rectificationē. ¶ Et medicant eam quandoq̧ cum thibren. ¶ Et modus illius est s̄m ꝙ retulit de eo quidam eorum ⁊ bene egit. Inquit: oportet vt caues foueam longam in ligno toto similē aqueductibus: ⁊ non sit longitudo

fouee ⁊ profunditas eius plus quantitate trium digitoꝝ: ⁊ non sit longitudo eorum adinuicem plus quattuor digitis: ⁊ ponatur extremitas althibren in partem illius fouee ⁊ sustentent cum eo: ⁊ sit impulsio eius ad partem ad quam oportet impellere: ⁊ oportet vt sustentetur in medio ligni magni aut pondialis lignum aliquod erectum cuius longitudo sit quantitas vnius pedis ⁊ grossitudo eius quantitas manubrij follorij vt quãdo resupinatur super dorsum reuoluatur hoc lignum in eo quod est iter alahafegi ⁊ caput coxe: quoniam prohibet sequi illud qđ extendit ipsum a parte pedum: lȝ illud iteruȝ multotiens indigeat extensione que fit a superioribus. ¶ Et cum hoc cũ corpus impellitur ad inferiora impellit hoc lignum caput anche ad exteriora: ⁊ oportet vt sit manus ad inferiora ſm moduȝ quem diximus ante hoc precipue ex pede. ¶ Quod si caput coxe non ingreditur per hanc speciem curatiõis: tunc oportet vt auferatur lignum erectum sustentatum: ⁊ vt figantur duo ligna alia super duo domicilia loci illi⁹ ligni. s. in omni latere ei⁹ lignum vt sint sicut postes porte: ⁊ non sit vnumquodqȝ eoꝛuȝ minus pede: deinde equitet super ea lignum aliud sicut equitat lignum scale: vt sit figura sex lignorum similis littere que nominatur grece bitaneu: hec enim figura fit cum ponitur lignum tertiuȝ in medio inferius duobus extremis: parumper: deinde oportet vt resupinetur infirmus super latus sanum ⁊ extendant coxam sanam in eo qđ est inter hos duos postes sub ligno quod est simile gradui scale ⁊ ponatur coxa infirma super huncpostem: vt sit caput coxe equitans super ipsum postquã expansi fuerint super postes panni plicati plicatione plurima: vt non sedat postis coxam: postea sumatur lignum aliud equalis latitudinis cuius longitudo sit tante quantitatis que comprehendat ex capite coxe vsqȝ ad locum calcanei: ⁊ ponatur in longitudine sub coxa ab interiori parte vt retineat caput coxe ad calcaneum: ⁊ ligetur cum eo: deinde administretur in gibbositate. ¶ Uerum ſm ꝙ diximus in eo qđ precessit oportet tũc vt extendaꝶ crus ad inferiora cum ligno ligato cuȝ eo vt redeat caput coxe ad locum suuȝ cum hac extensione vehementi. ¶ Et est iterum modus alius cum quo ingreditur caput coxe absqȝ extensione infirmi super lignũ: ⁊ est modus quem laudat Hypo. ⁊ ille existimat ꝙ oportet vt ligentur manus infirmi simul cum ligamento lato leni ⁊ ligentur pedes eius ambo cuȝ ligamento lato forti leni super duos calcaneos: ⁊ super duo genua: ⁊ sit longitudo cuiusqȝ eorum a compari suo quantitas quattuor digitorum: ⁊ sit crus infirmum extensum plus altero quantitate duorum digitorum ⁊ suspendatur infirmus super caput: ⁊ sit elongatio eius a terra quantitas duoꝝ cubitoꝝ: deinde currat adolescens habẽs experientiaȝ puber cũ brachijs suis ⁊ extrahat coxã infirmaȝ in grossiore loco ei⁹ vbi est caput coxe itep ⁊ suspendaꝶ cũ infirmo subito. naȝ iũctura cũ factũ fuerit illud cũ ea ingredieꝶ ad locũ cuȝ quolibet studio: ⁊ iste qđẽ modus ẽ facilioꝛ alijs: qm̃ nõ indiget opatione plurima. ¶ Ueꝝ plures medicãtiũ non bene operanꝶ in eo: quoniaȝ

ipsi spernũt eum propter suam facilitatez. ¶ Et si fit dislocatio coxe ad exteriora: tunc oportet vt extendatur infirmus sm ꝙ diximus cum hac ligatura que est super alhahafegi inguinis ⁊ furculam sm ꝙ diximus: deinde est necessarium medicanti vt elleuet cum thibiẽ deforis ad interiora postꝙ posuerit extremitatem thibiẽ in aliqua parte fouee quam diximus vt stringat super eam: ⁊ sint aliqui ministrorum ex parte coxe sane impellentes iterum: ⁊ opponatur impulsio vt non impellat plm. ¶ Et cum dislocatio est ad anteriora tunc oportet vt extendatur infirmus: deinde ponat vir fortis radicem vole manus sue dextre sup ignẽ infirmi ⁊ coartet ipsum cũ manu altera: ⁊ ipse cũ hoc ponat coartationem extensam ad inferiora ad partem genu. ¶ Et quando dislocatio ẽ ad posteriora: tunc non oportet vt extendatur infirmus ad iferiora eleuatus super terram: imo oportet vt sit positus super aliquid duruz: sicut oportet vt sit iteruz quãdo separatur ancha eius ad exteriora sicut dixi in gibbositate: oportet ergo vt extendatur infirmus super lignuz: aut podiale super faciem suam ⁊ sint ligamenta stricta non super coxã: imo super crus sicut diximus nuper: ⁊ oportet iterum administrare cõpressionem cum tabula ⁊ super alhahafegi ⁊ locum ad quez egreditur iunctura. ¶ Hic est sermo noster in spẽbus dislocatiõis que accidit anche ex causa manifesta antecedẽte illud. Uerum qꝛ quandoqꝫ dislocat coxa propter multitudinem humiditatis accidentis ei sicut dislocatur spatula: oportet tunc vt administretur cauterium sicut diximus in loco in quo diximus hoc cauterium.

¶ De dislocatione genu. Cap. 27.

GEnu est velocis dislocatiõis: fortasse. n. dislocat absqꝫ causa preter deambulationem velocez: aut lubricat pax sicut carnalis multotiens dislocat absqꝫ cã preter saltũ. ¶ Et genu quidẽ dislocatur ad oẽm partem nisi ad anteriorem ꝑpter rotulam ⁊ adiutorium eius.

¶ De cura. Cap. 28.

SEdeat ifirmꝰ sup sedẽ ꝑpinquã terre: ⁊ eleuentur pedes eiꝰ parũper: deinde extẽdat vir fortis manũ suã desup ⁊ desubtus extẽsiõe forti ⁊ reducat restaurator iuncturam ad dispositionem suam sm iudicium dislocationis vniuersalis ⁊ liget eam.

¶ De dislocatione areffatu ⁊ est rotula genu. Cap. 29.

QUando accidit ei dislocatio oꝫ vt pes plane ponat in terra ⁊ reducat rotula: deinde ipleat curuatura geniculi pãnis ꝓhibentibus a duplicatiõe ⁊ ponant desup astelle resistentes ei in parte ad quã declinat. Cum ergo restringitur ⁊ adheret non duplicetur genu cũ festinatione sed paulatim: donec alleuietur.

¶ De dislocatione iuncture tali apud calcaneuz. Cap. 30.

DIslocat calcaneus. Indiget ergo si dislocat extensione forti ⁊ curatione vehementi ⁊ impulsione cũ fortitudine vt redeat. ¶ Deinde opꝫ vt dimittat deambulationẽ circiter. xl. dies vt non dislocetur scđo. ¶ In separatione vero pauca sufficit quelibꝫ extensio deinde re

ducatur: ⁊ quando complete dislocatur oportet vt reducatur ſm ꝙ dicunt antiqui. ¶ Inquiunt. Oportet vt extendatur infirmus super dorsum suum super terrã: ⁊ ab eo qđ est inter coxas eius apud alahaufegi sit paxillus longius intrans in ꝓfunditatem terre non permittens corpus eius moueri cum procedit pes eius ad inferiora: immo oportet vt figatur iste paxillus anteꝗ̃ resupinetur ĩfirmus. ¶ Quod si presens tibi fuerit lignum magnum in cuius medio diximus esse aliud lignuꝫ fixum. tunc oportebit vt fiat extensio super hoc lignũ. ¶ Et oportet vt sit minister tenens coxaꝫ ⁊ extendens eam ⁊ minister aliꝰ extendens pedẽ aut manibus suis: aut ligamento ſm contrariũ extẽsionis ministri primi ⁊ equet medicus manu separationẽ: ⁊ teneat minister alius pedem aliũ ad inferiora. ¶ Et opꝫ post equationẽ vt ligeƚ ligamentis fortibus ⁊ vadat cũ parte ligamenti ad pectinem pedis ⁊ cũ parte eius ad calcaneũ ⁊ ligeƚ illic. ¶ Et opꝫ vt caueaƚ ex eius q sunt supra talũ posterius vt non sit super eos ligatura vehemens: ⁊ vt ꝓhibeaƚ infirmus a deambulatione. xl. diebus: ⁊ isti si conanƚ ambulare ante nõ sananƚ ſm complementũ ⁊ dissoluiƚ in eis membꝝ ⁊ corrumpiƚ curatio. ¶ Qđ si separaƚ os tali ex saltu: nã illud accidit multotiens: aut accidat huic membro apa calidũ: opꝫ tũc vt prepareƚ hoc membꝝ cũ resupinatione infirmi super faciẽ suaꝫ ⁊ extensione mẽbri ⁊ equatione eius: ⁊ cũ embrocis que sedant apata calida: ⁊ administratione ligamentoꝝ fortiũ: ⁊ vt gescat infirmus ⁊ nõ moueatur donec rectificeƚ mẽbꝝ integre. ¶ Et ligatura qđẽ tali opꝫ vt sit ad digitos ⁊ dimittaƚ talus apertus.

¶ De dislocatione ossis pedis. Cap. 31.

Eius regimen est proximum regimini dislocationis ossis calcanei ⁊ fortasse sufficit vt eques ita vt calces cũ pede tuo sup ipm pãno cõpũte inter ea donec equeƚ: deĩde emplã ⁊ stringe ſm modũ quẽ scis.

¶ Tractatus secundus de radicibus vniuersalibus in fractura.

¶ De sermõe vli in fractura. Ca. j.



Fractura est solutio cõtinuitatis propria ossibus. ¶ Et accidit quandoqꝫ sparsa: ⁊ quandoqꝫ non est sparsa: ⁊ quãdoqꝫ accidit equalis: ⁊ quandoqꝫ accidit scissa: ⁊ equalis quandoqꝫ accidit in latitudine: ⁊ quandoqꝫ accidit in lõgitudine: ⁊ cadens in latitudine quãdoqꝫ accidit diuisa: ⁊ quandoqꝫ accidit non diuisa ⁊ cadens in longitudine est diuisio ⁊ alcasim que non accidit separata. ¶ Et quidam nominauerunt species fracture nominibus suis dſites fracturã magnam ince-

dentem in latitudine ⁊ ꝓfunditate raphanalē ⁊ hastalem ⁊ arūdinalē. ¶ Et dicentes incedētez in lōgitudine fracturā linealem: ⁊ dicētes incedentē in latitudine cū lōgitudine lunalē ⁊ neruale. ¶ Et illā que ē paruarꝫ partiū vuā sauchiē ⁊ alterusiē cū alhuberiez. ¶ Et quādo fractura complet nō est possibile vt remaneant duo ossa ꝭm ꝙ necesse est inter ea de oppositiōe ꝭm prepositionē cōtinuitatis nālis: imo sepantur necessario ab oppōne: ⁊ similr sepatio faciēs accidere pūcturā necessario in eo qꝺ ꝯtinet de velaminibꝰ ⁊ carne: qre accidit dolor sequēs ea: ⁊ quādo ē equatio rotūda sine frustis ꝯuertitur membrū cū facilitate. ¶ Et vt declinet fractura ad exteriora ꝭm ꝙ dixit Hyp. melius est ꝙ̄ vt declinet ad interiora: qm̄ illud qꝺ occurrit ei de neruis illic est plus q̄re ledit. ¶ Et qn̄ cadit fracturā apud iuncturā ⁊ restauratur remanet motus difficilis ꝓpter duritiē: ⁊ arasbadu qꝺ accidit indiget spatio donec declaretur: ⁊ illud qdem prauius accidit in iūcturis ossiuz paruorꝫ. ¶ Et de illo iterū est vbi ē iūctura in creatiōe strictior sicut ē iūctura cauille. ¶ Et fractura prauioris icarnatiōis ⁊ vnitiōis est illa q̄ est ꝭm rotūditatē: deinde illa q̄ declinat: nō eniz adheret nisi sup ipm ꝓlongetur ligatura hūs fabricationē mirabilez tpe longissimo ⁊ sumat ex cibis ⁊ medicinis: ex eo qꝺ mittit sanguinē ad illam ptez ꝭm ꝙ dicemꝰ. ¶ Et deterior fractura ossiū est ad iteriora nō ad exteriora ꝭm ꝙ dr̄. ¶ Et qꝺ dr̄ de incisiōe medulle ⁊ interficit ē intētio cui nō ē vtilitas: medulla. n. hꝫ lenitatē viscositatē ⁊ nō incidit. ¶ Et qn̄qꝫ accidūt cū fractura accītia sicut vulnera ⁊ fluxꝰ sanguis ⁊ apā ⁊ attritio eius qꝺ circūdat eā ex carne q̄ si nō preparetur cū ꝓhibitiōe putrefactiōis: aut scalpelletur accidit ex eo corrosio. ¶ Et locꝰ quidē fracture magnorꝫ scit per dolorē ⁊ ꝑ casuz. Fracture ṽo puerorꝫ paruorꝫ appent per dolorē ⁊ apā: nā i ipsis accidūt plura iudicia restaurationis: ⁊ qn̄ ista ossa redeūt ad situs suos possibile ē in infantibꝰ ⁊ qui sunt eis ꝓximi vt restauretur villus ṽtutis p̄me in eis. ¶ In etate ṽo adolescētie ⁊ que ē post ipsam nō restauratur: imo currit sup eā incarnatio ex materia cartilaginosa cōiungens inter duo ossa de genere eius qꝺ facit currere erarius de duobꝰ plūbis sup ꝯtinuationē eris ⁊ aliorꝫ ⁊ ossa magis inobediētia ad restaurationē faciendā est adiutoriū deinde brachiū. ¶ Amplius furcula qn̄ frangit ad interiora praua fit eis cura. ¶ Et fractura fedior in duobus focilibus est fractura focilis inferioris eorum sicut dictū est in dislocatione. Res autem coxe ⁊ cruris est facilior: quoniā restauratio non ꝓhibet ea a dilatatione. ¶ Et membra quidem diuersificantur in spatio restaurationis: verbi gratia. quoniam nasus restauratur ꝭm ꝙ dicitur in. x. ⁊ costa in. xx. ⁊ vlna in eo quod approximat a xxx. vsqꝫ ad. xl. ⁊ coxa in. l. ⁊ fortasse extenditur longe donec restauratur coxa vsqꝫ ad mēses tres aut quattuor: ⁊ quod est supra hoc. ¶ Et vt declinet membrum in firmatione restaurationis ad ventrem eius melius est ꝙ̄ vt declinet ad dorsum ipsius: quoniam fit declinatio eius in latere vrine. ¶ Et cause propter quas non restauratur os sunt multitudo embrocationis aque ⁊ multitudo solutionis ligamentorum ⁊ ligatiōis co-

rum: aut festinatio in motu: aut paucitas sanguinis absolute: aut paucitas sanguinis viscosi in corpore: ꝛ propter illud minoratur restauratio fracture colericorum ꝛ conualescentium. ¶ Et de illis que significāt restaurationem est apparitio sanguinis qui videtur quasi ipse sit superfluitas quam expellit natura ex multitudine sua cum studio ad fracturam.

¶ De radicibus restaurationis ligature. Cap. 2.

Restauratio basis est extensio membri cum quantitate que oportet. Nam additio in ea spasmat ꝛ lesionez facit ꝛ proueniūt ex ea febres ꝛ quandoqꝫ accidit ex ea mollificatio: ꝛ illud qdez in corporibus humidis est minoris nocumenti propter obedientiam eorum ad extensionē: ꝛ diminutio eius prohibet bonitatez consolidationis ꝛ ordinis: ꝛ ꝙ in dislocatione ꝛ fractura est equale. ¶ Quod ergo extenditur ſm modū qui oportet est vbi fit occupatio cum preparatione duorum ossium ſm rectitudinem ꝛ positionem pulusillorum ꝛ ligamentorum ſm ꝙ oportet ꝛ cooperire ea astellis ꝛ cooperire astellas ligamentis: ꝛ oportet vt quiescat membrum quantum est possibile nisi quandoqꝫ ſm quantitatem quaꝫ tollerat cum non fuerit nocumentū ꝛ apostema vt non moriatur natura membri. ¶ Et oportet vt caueat doloratio vehemens apud extensionem ꝛ stricturam in fractura ꝛ dislocatione simul: ꝛ similiter illud qđ accidit ex strictura vehementi ꝛ tardatiōe solutionis: qm̄ illud perducit ad h̄ vt moriat illud membrū ꝛ putrefiat: ꝛ fit necessariuꝫ abscindere ipsum. ¶ Et intentio in primo restaurationis est vt eueniat alrosboth in eis qui nō sunt ossa capitis: nam super ea nō oritur alrosboth: quare oportet vt preparetur ita vt nō eueniat siccum neqꝫ paucū ꝛ iterum grossum pluri muꝫ pertransiens mensuram. ¶ Et de sicco est ꝙ magnitudo eius diuersificatur ſm membrum ꝛ quantitatem fracture in magnitudine sua: aut multitudine ipsius aut in contrariis ambarum. ¶ Et tu quideꝫ scies in diminutionem quod oportet fieri in illo quasi apud rememorationem ciborum ꝛ apud rememorationeꝫ fracture. ¶ Et oportet vt cum accidit alrosboth vt phibeatur a motibus comprimentibus ꝛ coitu ꝛ ira ꝛ iracundia quoniam adurunt sanguinem ꝛ fugit locū calidū ꝛ sanguis q̄rit frigidum ꝛ adiuuatur cuꝫ emplastris fortibus stipticis in quibus est caliditas quedam ꝛ glutinatio: ꝛ ponantur in eis que sunt sicut nux cupressi ꝛ dragagantum ꝛ medicine q̄ sunt ad rupturam. ¶ Et quando accidit fracture vt non restauretur restauratione de qua curetur tunc fiat in ea quiddam simile fricationi in vlceribus que non sanantur: ꝛ est vt fricetur vtrisqꝫ manibus donec auferatur viscositas villis debilis que est quasi ipsa non sit aliquid: quare accidit vt eleuetur in locuꝫ ꝛ impellatur ad ipsuꝫ sanguis bonus nouus ꝛ coaguletur sup ipsum rosboth forte. ¶ Et multotiens quidem egrediuntur: ꝛ alteratur color ossis: res similes corticibus ꝛ squammis propter fricationem: ꝛ super huiusmodi non ponantur astelle: immo si

fuerit necessarium sufficiat ligatura bona. Et quando aggregantur fractura & vulnera tūc nō est possibile vt differatur restauratio vsquequo sanentur vulnera: os enim induratur & nō recipit restaurationem nisi cum prauitate & extensione vehementi & dispositionib⁹ maximis. ¶ Et cum hoc quando accidūt cum vulnere dolores & apostemata in quib⁹ est timor tunc vt torqueatur membrū melius est ꝙ̄ vt accidat timor magnus quare oportet vt in huiusmodi fractura non perueniatur ad vltimum in re restaurationis. Et quando est cum fractura attritio est cum illo timor in corrosione membri: quare oportet scalpelletur locus ad hoc vt egrediatur sanguis: quoniā in ipso est timor & est vt moriatur membrū & si fluat sanguis tunc oportet vt retineatur. ¶ Et multotiens quidē fit necessarium ꝓpter timorē apostematis & nocumentū vulneris vt facias aliud ꝙ̄ sit necessarium de curatione membri: quare flobotomas & soluis ventrē & subtilias cibū. ¶ Et quandoq; accidit ex strictura pruritus & est necessarium vt soluatur: aut embrocetur membrū cum aqua calida donec resoluātur humiditates mordicatiue. ¶ Et Hypo. quidem precipit ei qui restauratur vt fugat aliquid de elleboro in illa hora & fuit eius intentio vt trahantur māe ad interiora: & Gal. ꝓhibet hoc imo precipit vt bibatur agaricū. Quod si fuerit necessariū tūc detur aliquid de sirupo acetoso in quo sit virtus acuta. & dicitur ꝙ illud fuit in tēpore Hyp. & superfluitas que est inter duo tempora est mirabilis. ¶ Et cum volueris facere restaurationem deinde dolet & inquietat: tunc rectius est vt dimittas illud & extrahe illud qđ redire fecisti: fortasse enim remouebis per illud infirmū a doloribus. ¶ In fractura autē in longitudine sufficit vt membrū adhereat cum strictura vehemēti & vehementiore ꝙ̄ in alijs in cuius cōpressione vltimatio fiat ad interiora. ¶ In fractura autē que est in osse oportet vt duo ossa stent s̄m rectitudinem in fine qui possibilis est obseruādo illud ex parte situs partiū sanaꝝ: & considera an sit oppositio ossis huius ad suū cōpar ossis alterius: deinde restaura: & obserua. nam inter illud sunt res de illis sicut frusta & additiones: & de illis sunt vacuitates: veꝝ frusta: quoniā nō decēter componūtur soluunt inter os & inter restaurationē: & quādo frangitur iterū & remanent inter duas scissuras ossis nō permittunt vt adhereat vna earū alteri & separantur: quare fit vlcus in quo semper aggregatur virus: ꝗre accidit inde ꝙ ipsum met putrefit & putrefit mēbrū. ¶ Amplius vnitio nō fit fortis. fortis enim nō fit nisi quādo decēter cōtinuantur frusta & additiones in oppositiōe sua que ei opponitur est: ergo necessaria extēsio postꝙ̄ fuerit verificata oppositio īter duo ossa & īter additiones & meat⁹ q deglutiūt eas & v̄ificata fuerit restauratio. ¶ Cū ergo extēderis & opposueris rectū ē cū īuenis oppōnē v̄ificatā vt mollifices extēsionē paulatim & obs̄ues oppōnē vt d̄clinet cū attractōe & obs̄ues cū māu tua dispōnem eius qđ decenter cōponitur: & si inueneris eminentiam aut aliud rectifica illud cum manu: deinde necessarium est ligamentum cōseruās membrum s̄m quietem suam non durum: quoniam dolere facit:

valde neq; lene quoniam dimittit conseruationem: ⁊ de rebus que ea/
rum est media est melior: ⁊ oportet vt sit ligamentum positum ad illud
ad quod est inclinatio vehementius. ¶ Et si fractura est completa tūc
oportet vt equetur equatione stringente eam ex omni parte. Qđ si fra/
ctura fuerit in parte plus oportebit vt sit strictura illic plus ⁊ si cuz fra
ctura fuerit aliquid ex frustis ⁊ ossibus paruis tunc si fuerit ledens do/
lorem facies tunc valde ad illud cum rectificatione. Quod si nō fuerit
ledens tunc nō cures de eo neq; apponas manū. ¶ Quod si verbigra/
tia audita fuerit eius crepitatio tunc speratur ꝙ currit super eam ros/
both. Cum ergo securus fuerit de illo tunc nō oportet vt tardetur res
eius. ¶ Et quando accidit ex frustis disruptio carnis: nō est tunc rectū
occupari in dilatatione disruptionis operatione stolidorum sed est ne
cesse vt extendantur duo ossa ad duo latera ſm vltimum finem rectitu/
dinis ne sit tortuositas in eis: quoniam in tortuositate tūc est corruptio
ossis. Cum ergo extenderis ipsum tunc redi ad frustum ⁊ reduc ipsum
⁊ stringe illud: si autem nō redit tunc nō dilates disruptionē: immo pre
sens sis vt videas mensuram qua indiges ⁊ perfora in ea ſm quantita/
tem qua ingrediatur in eam frustum ⁊ compone super ipsum frustum
cutis lenis super qđ possit esse foramen spissum ⁊ penetret frustū in ipm
⁊ preme super cutem ⁊ manū compressione grauante eas ambas ⁊ pro/
cedet os in foramine ꝓcessione ad radicem suam: deinde serre cum ser/
ra operationis ⁊ est serra minuta subtilis acuta sicut serra facientium
pectines. ¶ Et fortasse perforatur radix cuius perforatio est necessaria
cum tripano faciendo foramina continua accipiendo locuz cuius que/
ritur fractura ⁊ illud nō est auferens timorem vbi est post os corpus no
bile: licz fortasse sit saluius ꝙ instrumenta mouentia motu suo aut sua
collectione aut incisione sua. ¶ Et quādoq; ingeniatur vt ponatur tri
panuz super latitudinem substātie nō permittentem tripanuz penetra
re nisi ſm quantitatez adiuuantem: quare est minoris nocumenti ꝙ in/
strumenta mouentia: ⁊ propter hoc oportet vt sint apud restauratores
ipsorum tripanorū species plures preparate. ¶ Et fortasse nō apparet
frustum sed est necessarium ad intus illud quod exiccat ⁊ retinet ipsuz
deinde fieri illud quod oportet. ¶ Quod si fuerit frustū aut pecia ossiū
separatum pungens locuz ⁊ dolorem faciens tunc necesse est scindere ⁊
vti regimine ad extrahendum illud quod egredit. Et multotiens opor
tet serrare illud. ¶ Et quando fuerit illud quod fractum est ⁊ cōminu/
tum magnū ⁊ fuerit eius confractio ⁊ cōminutio plurima tunc necesse
erit vt extrahatur totum. Si autem fractura non fuerit cum comminu
tione ⁊ fuerit dislocatio eius scissura capiens locum plurimuz tunc in/
cide infirmiorem locum ⁊ dimitte reliquum quoniam non est nocumē/
tum in eo imo nocumentū in abscindendo totum est magnum.

¶ De admonitione restauratoris. Caplm. 3.

NEcesse est restaurator vt consideret inclinationem ossis: ⁊ quoniá
ipse inuenit apud partem ad quaz inclinatur gibbositatē: ⁊ apud

partem a qua inclinatur concauitatem: ⁊ plurimum quidem intelligit illud cum tactu. ¶ Et illud iterum quoniam dolor fit vehemēs in parte ad quam est inclinatio. ¶ Et crepatio iterum significat illud ⁊ super illud fabricet rem suam. ¶ Et est necessarium restauratori vt extendat manum suam super locum fracture in dispositione itineris eius ad superiora ⁊ inferiora cum facilitate ⁊ subtilitate donec si viderit separationem aut eminentiam aut frustum cognoscat ipsum vt non liget vice altera nisi sm q̄ oportet: quoniam accidet confusio aut dolor. ¶ Et non oportet vt confidas in equatione sensata per manum ante complementum sanitatis: nam multotiens occultat apostema contusionem ⁊ torsionem: cum ergo restaurator peruenerit ad fracturam ⁊ inuenit illud si non exquisite operatur in eo deturpatur membrū: ⁊ si exquisite operatur perducit ad spasmum ⁊ febrem paruam: ergo melius est vt dimittant illud ⁊ non tangat ipsum. ¶ Cū ergo incipit peruenire ad restaurationem partis ossium ⁊ non penetrat oportet vt non vim faciat: ⁊ faciat ipsam ingredi cum difficultate sm omnem dispositionē: quoniam ingreditur super infirmum quod est malus q̄ remaneat os non equatum. ¶ Et si dolet reditio ⁊ rectificatio valde ⁊ est possibile medico vt reducat illud ad dispositionem fracture: tunc est delitie infirmo ⁊ concupiscentia magna. ¶ Et oportet vt restaurator festinet ad restaurandum illud quod fractum est ⁊ restauret in die suo: quoniam quanto plus elongatur tanto est eius introitus difficilior ⁊ nocumēta in ipso sunt plurima ⁊ proprie in ossibus que circūdant lacerti ⁊ nerui plures sicut in coxa: ⁊ oportet vt adiuuet ad festinationem restaurationis cū causis in contrario causarum oppositarum predictaꝝ ⁊ prima est conglutinatio sanguinis viscosi.

¶ De preparatione restaurandi. Cap. 4.

Oportet vt omni membro quod tu restauras sit preparatio conueniens prohibens dolorem: ⁊ melior preparatio cū hoc est illa que est ei per naturam. verbi gratia. vt sit in manu ad furculam ⁊ sit in pede ad illud quod impellit obseruando consuetudinem infirmi in hoc: ⁊ sicut membrum quod oportet suspendi oportet vt suspendatur sꝫ equalitatem: similiter membrum cuius dispositio significat ne suspendatur oportet vt sit eius accubitatio ⁊ ipsius locus super rem planam: vt nō suspendatur pars eius ⁊ restringatur pars eius. ¶ Et suspensio quidē est mala omni restaurato sicut impulsio ad superiora est illi conueniēs dum prohibens non prohibet. ¶ Et cū preparatio membri fit ita vt sit alterius q̄ oportet aut magis infirmum inclinat membrū ⁊ contorquet ipsum sm inclinationem suspensionis ⁊ preparationis.

¶ De qualitate ligamentorum ⁊ astellarum. Cap. 5.

Oportet vt sint panni ligamentorum mundi: nam sordidus est durus ⁊ facit dolorem: ⁊ sit subtilis vt penetret res si linitur sup ipsū ⁊ sit leuis vt non grauet super membrū infirmum. ¶ Et oꝫ vt ligamēta capiant de loco sano aliqd cui sit quātitas: illud cui est magis tenēs

restauratos ꝙ̄ vt separet ⁊ magis sit firmũ ꝙ̄uis sit necessarium vt non
sit superfluitas in illo: qm̄ faciet vt mẽbrum habeat meatus strictos nõ
suscipientes nutrimentũ. ¶ Et iteruꝫ illud qđ admonuimus de strictu
ra est magis exprimens humiditateꝫ effusam ad membrũ infirmum: ad
illud qđ est lõginquius eo expellendo: ⁊ magis prohibẽs illud qđ attra
hit ad ipsum. ⁊ ligamẽtũ latũ ad illud est melius: qm̄ magis facit adhe-
rere ⁊ plus dilatans: veꝝ ſm ꝙ possibile est in omni mẽbro: nã illud qđ
possibile ẽ ex hoc in pectore nõ est sicut illud qđ possibile ẽ ĩ manu: ⁊ qđ
nõ est ex mẽbris latũ: nam illud nõ ẽ possibile in eo: imo qñ lata est vitta
nõ fit bona eius ordinatio sup membrũ simile illi: imo fit feda: quapp oꝫ
vt sit cõtentus de huiusmodi illa cuius amplitudo est triũ digitoꝝ vſqꝫ
ad quattuor: ⁊ illa sunt sicut focile ⁊ furcula: ⁊ sicut illis similia: nã non
est in eis possibile illud: imo si nõ ligant cum subtili non est possibile: in
furcula eniꝫ non ꝯuenit lata. ¶ Et in huiusmodi qđem est necessarium
multiplicare inuolutiões vt stent loco dilatationis: ⁊ vitta que iuoluit
sufficit vt sit latitudo eius triũ digitoꝝ aut quattuor ⁊ lõgitudo ipsius
trium cubitorum. ¶ Et puluilloꝝ fortitudo quãdoqꝫ fit vehemens in
adiutorio ligamẽtoꝝ ad faciendũ adherentiam. Veꝝ puluilloꝝ sũt due
spẽs. Una eaꝝ est in qua est intẽtio equare cõcauitatem membri ⁊ adhi-
beatur studiũ vt non cadat inter ea ambo foramẽ: ⁊ vt non supponant
suppositione diuersa ⁊ vt bucellentur cum eis vlcera. ¶ Et altera ẽ in
qua est intẽtio vt cooperiat cũ ea ligamentũ ⁊ equet equatione secunda
vt reuoluatur ligamentũ ⁊ adhereat ſm equalitatem: quare nõ erit loc⁹
strictior loco ⁊ mollior loco: quare faciũt ea adherere astelle adherẽtia
bona: primi ergo eoꝝ sunt ligamẽta ⁊ vitte: ⁊ scđm sunt astelle: ⁊ ligamẽ
tuꝫ inferius ꝓhibet materias: ⁊ ſm torsionẽ. ¶ Et opꝫ vt sint margines
puluilloꝝ vbi possibile est: ⁊ illa ꝙ̄titas exigit vt sit numerus puluillo-
ruꝫ. ¶ Et fortasse ẽ necessariũ administrare puluillos puos quos coope
rit puluillus vnus equans sup eos in longitudine ligamẽti cadẽtis su-
per locũ: ⁊ ligamentũ qđ noĩatur hñs duas facies vel facies hoĩs ⁊ ha-
bens duo capita: est illud qđ administratur ita vt ponatur mediũ pan-
ni cum qua conseruatur equatio loci infirmi super locum suuꝫ ⁊ fit illđ
in medio alhadacati: deinde accipiat cum vnaquaqꝫ duarum medieta-
tum ad ptem diuersaꝫ: ⁊ fiat in inuolutione eaꝝ cũ vtrisqꝫ manib⁹ simul
ſm ꝙ est famosuꝫ qđ non est nobis necessariũ exponere.

¶ De equatione ligamenti cũ expositione ⁊ distinctione. Cap. 6.

Oportet vt incipiatur cum ligamento a loco fracto ⁊ ab eo vbi de-
clinat ad os ⁊ illic sit vehementius strictum: ⁊ vbi fractura est vehe
mentior oportet vt sit ligamentum fortius: ⁊ ad vltimum locus fractu-
re est locus a quo est necessarium expellere materias: ⁊ est vt seruetur su-
per eam situs: ⁊ illud quidem securat ab apostematione: immo fortasse
resoluit apostemationem ⁊ est cum securatione ab apostematione ⁊ pu
trefactione ossis. ¶ Iteruꝫ illud quidẽ non confert ad virus si genera-

tur in ipso osse perueniens ad medullam ⁊ corrumpens medullā ⁊ os:
⁊ est necessarium vt frangatur ⁊ ab eo discooperiatur ⁊ vt fiant vie ad
pus ⁊ ad egrediendum. Et est melior locorum cum defensione eius q̄d
venit de eius genere qui sit scilicet membrum inferius quādoq̄ expellat ad
superius superfluitatem suam quando superius est debile. ¶ Et nō oportet
vt fiat vltimatio in strictura ligamentorum ⁊ astellarum tanta que prohi-
beat aduentum nutrimenti ⁊ sanguinis: illud nāq̄ ē ex illis que prohi-
bent restaurationem. ¶ Et Hypo. quidem adiuuat ligamenta in eo ꝙ
conatur de expulsione apostematis cum ceratis repercussiuis cū oleo
omphacino ⁊ cera: ⁊ fortasse est necessarium sedare apostema cum eis q̄
sunt sicut oleum camomillinum ⁊ sicut cum vino stiptico: nam ipsum re
soluit apostema ⁊ confortat membrum. ¶ Et vbi fuerit vlcus nō appro
pinquet ceratum: ⁊ fortasse est necessarium illud in quo est fortitudo et
resolutio sicut oleum ⁊ mastix ⁊ āmoniacum. ¶ Et ad vltimum cum li
gamentum administratur ⁊ fractura est recens que nondum apostema-
tur: tunc oportet vt sit ex lino ⁊ infrigidatiuum repercussiuum: ⁊ fortas-
se sufficit vt liniatur cum aqua ⁊ aceto: ⁊ fortasse administratur cum ce
rato ⁊ similibus de illis que narrauimus. ¶ Et si administratur post apo
stema tunc melius est vt sit ligamentum ex lana que sit infusa in oleo re-
soluente apostema ⁊ liniente ipsum: ⁊ secundum omnem dispositionem in liga
mento super quod ponitur ceratum desubtus est securatio a commo-
tione doloris: ⁊ proprie quando medicus non est presens. Cum ergo ac
cidit dolor succurritur cum solutione ⁊ ligatione. ¶ Et non oportet vt
administretur ceratum: ⁊ proprie quando est illic vlcus: fortasse enim at-
trahet ad membrum putredinem: ⁊ ponatur loco eius vinum nigrum:
ⁱ plurimū quidem fracture associatur vlcus: quapropter oportet vt elō-
getur ceratum ⁊ sit sufficientia in vino stiptico in quo infusus sit pul-
uillus longus: ⁊ nos quidem ponemus epithimatibus fracture capitulum
singulare. ¶ Et cum inceperis cum ligamento a loco exigente tunc in-
uolue ipsum inuolutionibus quas addes secundum additionem magnitudi-
nis fracture ⁊ partem earum secundum diminutionem eius ⁊ secundum apostema si
fuerit apparens: deinde reduc ipsum ad illum locum: deinde vadat vs-
q̄ ad locum sanum: hoc est ergo ligamentum primum. ¶ Deinde fac p̄-
sens ligamentum secundum ⁊ inuolue ipsum super fracturam bis aut ter: de-
inde fac ipsum descendere ad inferiora mollificando paulatim: postea
fac esse presens ligamentum tertium: ⁊ fac similiter ad superiora: ⁊ tūc
facies ligamenta esse paria ad expellendum superfluitates a membro
⁊ ad rectificandum ipsum super intentionem in preparatione huius li-
gamenti. ¶ Et non sis superfluus iterum in elongando stricturam in
vtrisq̄ lateribus: quoniam fit membrum opilatarum venarum nō susci
piens nutrimentum: ⁊ fortasse contrahitur: ⁊ quandoq̄ non fit ita: imo
incipitur cum ligamento ascendendo: deinde sequitur cum ligamen-
to descendendo: deinde cum ligamento incipiente ab inferiori parte li-
gamenti inferioris ad superiorem partem ligamenti ascendentis: quasi
ipsum sit

ipsum sit ꝯseruans duo ligamēta illa ꝛ ponat vehementior strictura ei⁹ apud fracturá: ꝛ intentio qdem in vno duoꝝ ligamentorum est contraria intentioni in ligamento quo queritur attractio materiei ad mēbrū quare stringit sub mēbro cū longitudine ab eo ꝛ nō cessat mollificari inuolutio ꝛ est ligamētū diuersificans. Ista ergo sunt ligamenta que sunt sub astellis: ꝛ hec sunt ligamēta que sunt supra astellas. ¶ Ligamentuꝫ vero superius opꝫ vt sit ita vt ponat mēbrum sicut frustū vnum cui non sit motus ꝛ prohibeat torsionem. ¶ Et cum fractura est in latitudine cōplete fit necessariuꝫ vt ligamentū sit equalis cōmixtionis ꝛ stricture: ꝛ si fuerit plurimū fracture ad partē vná ꝛ est ex fractura oportet vt sit sollicitudo vehemētior super latus in quo est fractura plus: ꝛ non oportet vt diuersifices sup eam figuras ligamēti faciēdo figuram post figuram: quoniá illud corrumpit illud quod cōfortauit restauratio. ¶ Et dolorē quidem facit incurrere cōtorsio que fortasse accidit in ore ꝛ strictura ligamēti spasmans: naꝫ si constringitur facit dolorem: ꝛ cū mollificatur torquetur. ¶ Et Hypo. quidem facit eē rectum vt soluatur ligamentū vna die ꝛ vna die non: illud enim est melius vt non irascatur infirmus ꝛ nō approximet eum cum palpatione eius ꝛ ipsius fricatione ꝓpter illō qō necessarium est vt proueniat ad membrum de humiditate subtili impediente que fortasse conuertit in virus. ¶ Et magis conueniens horarū consuetudinis bonitatis ligamēti ꝛ conseruationis eius sm̄ ꝯditiones predictas est post fracturá per dies viginti: nam illud est hora inceptionis alrosboth rubei: deinde quando adheret os ꝛ nō stringatur valde ꝛ respiret locus strictus eius vt non coartetur ꝛ prohibeat alrosboth: aut prohibeat eius generatio cum quantitate sufficiēte: quare non accidet nisi subtile debile: nisi quando accidit iaꝫ alrosboth ꝛ incipit adherere magnitudinē qua non indiget ꝛ tendit in superfluitatem. Ná vna de cōuenientijs eius est strictura vehemens ꝛ iterū administratio stipticorum prohibentiū: ipsa enim prohibent nutrimentū ꝛ stringunt alrosboth: ergo nō penetrat in ipm̄ nutrimētū iteꝝ. Et nō opꝫ iteꝝ vt licētia det ꝛ permittatur vt fiat ligatura in non sua hora.

¶ De equalitate astellarum. Capim. 7.

Oportet vt sit substantia de qua fiunt astelle aggregans ad duritiē suam tenacitatem ꝛ lenitatem sicut alcone ꝛ lignum oleandri ꝛ lignum granati ꝛ eis similia: ꝛ oportet vt sit grossius quod est in ea locus qui obuiet fracture duobus lateribus: nam oportet vt sit grossi⁹ astellarum principium earum quod sequitur latus fracture aut vehementiorem partem fracture ꝛ sint latera earum subtiliora vt sint plenaruꝫ extremitatum ne opponatur in eis glutinatio: imo planum ligamenti: ꝛ si ponantur astelle a laterib⁹ quattuor tunc est magis descendens: ꝛ nō est malum si est ei superfluitas longitudinis: quoniá non est nocumentum in illo neqꝫ detrimentū in hoc. s. si capiunt prope iūcturá ꝑter qō tegat iūcturam ipsaꝫ ꝛ lōgius lateꝝ eius sit ad latus ad qō est motus inclinationis mēbri cū hoc. s. vt nō sit ita ꝙ grauet neqꝫ ꝑmat vehemēter neqꝫ

coartet ⁊ vt non minuantur ab eo ligamenta diminutiōe plurima: q̄ꝫ fiunt astelle cōprimentes. ¶ Et cum videris aliquid de hoc oppone cū diminutione donec inuenias equalitatem: ⁊ nō opoꝛtet vt astelle obuiēt loco denudato sup quē non est caro: imo est neruosus ossuosus.

¶ De qualitate administrationis astellarum cum distinctione ⁊ expositione. Cap. 8.

Hoꝛa que exigit vt ponantur astelle est post quinq̄ȝ dies ⁊ supra vsqueq̄uo fiat securitas a nocumentis: ⁊ quanto plus magnificatur timoꝛ tanto magis opoꝛtet vt tardetur positio astellarum: ⁊ multotiēs attrahit festinatio in h̄ nocumenta ex apostematib⁹ ⁊ pruritu ⁊ vesicis: verum cum tardanṫ astelle: tūc opoꝛtet vt sit illic quod stet loco eaꝝ bonitate ligature cum vitta ⁊ de bonitate preparationis. Qd̄ si illud non fuerit tūc necessarie sunt astelle etiā in pꝛincipio rei. ¶ Opoꝛtet ergo vt annectanṫ astellis ligamenta: ⁊ puluilli annexione descendente equāte cooperiente decenter componente quoꝝ grossius sit apud fracturam ⁊ non foꝛtiter stringat: immo addatur in strictura paulatim cuꝫ experientia infirmi ⁊ cū dispositione ipsius. ¶ Et si fuerint ligamēta ⁊ puluilli grauantes eam: tūc non fiat eoꝝ multiplicatio: ⁊ de nocumētis eorū quādo descendūt est ligamentū molle. ¶ Et opoꝛtet vt non ligentur ligamēta superioꝛa super astellas ligatura dissoluente eas ⁊ remouente ipsas a decente cōpositione situs eaꝝ. ¶ Et opoꝛtet vt soluanṫ ligamēta necessitate electiōis in omnib⁹ duob⁹ diebus in pꝛincipio rei: ⁊ ꝓpꝛie quādo accidit pꝛuritus: ⁊ tūc q̄dem opoꝛtet vt fiat illd̄ quod ꝑcipimus. ¶ Cū ergo pertrāsit septimus a strictura soluaṫ in spatio tardioꝛe ⁊ in oibus quattuoꝛ ⁊ q̄nq̄ȝ: in hac enī hoꝛa fit securitas a pꝛuritu ⁊ apostemate. ¶ Et illic iteꝝ fiat mollificatio ligamentoꝝ paulatim vt non ꝓhibeat penetrationeꝫ nutrimenti. ¶ Et si fuerit tibi possibile vt retineas astellas ⁊ non soluas eas etiā vsq̄ȝ ad viginti nō erit nocibile: deīde solue eas. ¶ Attamē q̄nq̄ȝ soluūtur in q̄busdam hoꝛis nō ꝓpter cām apparentem: sed ꝓꝑ defensionē ⁊ ad videndū illud qd̄ accidit: ⁊ considerare ad illud qd̄ discoopertū est de carne si fuerit: an coꝛruptus sit coloꝛ eius ⁊ eius dispositio. ¶ Et iā sciuisti ꝙ opoꝛtet vt non fiat vltimatio cū strictura vltimatione ꝓhibente aduētū nutrimenti ad fracturam: ipsa.n. non restauraṫ nisi cū sanguine ⁊ nutrimento foꝛti qd̄ venit ad eā. ¶ Et non sit festinatio in auferendo astellas ⁊ ꝓiciendo eas q̄uis credatur esse coherentia: q̄m̄ foꝛtasse accidit inde: vt sit alrosboth nō confirmatū adhuc: quare contoꝛqueṫ membrū: ⁊ vt remaneant astelle sup membꝝ: cū non sunt necessarie est melius ꝙ̄ vt deponantur ab eo ante cum sunt necessarie: non ergo festines: sed tarda.

¶ De fractura cum vulnere. Cap. 9.

ET quādo aggreganṫ fractura ⁊ vulnus tūc restauratoꝛ vehemēter alleuiet restaurationem ⁊ faciat penetrare astellas a loco vulneris ⁊ ponat sup vulnus qd̄ opꝫ vt emplis ⁊ ꝓpꝛie piceis. ¶ Et quidā pꝛecipiūt vt incipiaṫ cū strictura a duob⁹ laterib⁹ vulneris ⁊ dimittatur

vulnus discoopertū. Et h̄ qdem est melius si vulnus non fuerit sup fra/
cturaꝫ ipsaꝫ: deinde opꝫ vt sit sup ip̄m velamē ita vt tegat ipsum ab ae/
re. ℂ Qd̄ si fuerit sup fracturā: tūc opꝫ vt ingenietur in figuratione stri
cture cū ingenio ita vt mūdificetur ex omni latere: ⁊ separet͛ patūper a
vulnere ipso cū preparatōe cōueniente ad illud: ⁊ infundantur puluil/
li in vino nigro stiptico. ℂ Et h̄ ingeniū est vt ponat͛ extremitas ligamē
ti super labiū vulneris: deīde torqueat͛ retro ⁊ firmet͛ cū ligamēto alio:
⁊ ponat͛ sup labiū aliud inferius: deinde ordinet͛ reliquuꝫ ligamentum
sm̄ ꝙ opꝫ: deinde torqueat͛ ita vt remaneat vulnus ip̄m apertū: ⁊ qd̄ est
preter ip̄m sit firmū ex eo ita ꝙ iā ascendit ligamētū ⁊ descēdit ligamē/
tum ⁊ cadat sup fracturam strictura vehemens: ⁊ remaneat vulnus ap/
tum vt discoperiat ip̄m pp̄ illud. ℂ Et opꝫ vt ponat super astellas fo/
ramen ecōtrario illius: vt perueniat supfluitas medicine vulneris ad il
lud. Si posuerit super astellas foramen oppositū illi vt perueniat boni/
tas medicine ad vulnus. Et sit possibilis egressio virus ab eo: ⁊ sit ita vt
possit tegere super ea vtraqꝫ simul: q̄uis dimittere vulnus discoopertū
sit malū: ⁊ proprie in frigore: imo opꝫ vt nō sit coartatū tm̄: ⁊ vt custodia
tur in nocte. ℂ Qd̄ si vulnus sanat͛ administrent͛ astelle. si iā est conglu
tinatū: ⁊ firma astellam illi loco si ille locus fuerit declinatꝰ ab eo. ℂ Et
cū volūtas fuerit soluere illud qd̄ tegit vulnus ⁊ mane ⁊ vespere est ma
gis possibile ꝓpter curationem eius ꝓpriā: ⁊ nō fit ex eo ꝯtrarietas in li
gamēto restaurationis fracture oīno. ℂ Jngt Hypo. Oportet vt ligetur
vulnus ex medio ligamēti si fuerit recēs ⁊ si est antiquū ⁊ fecit pus post
maturitatem tūc ligetur ex superiori eius vsquequo consequat͛ mediuꝫ
eius. ℂ Et de illo quod est bonum est vt ponatur illud qd̄ seqtur vulnꝰ
ex ligamentis ⁊ proprie superius strictius vt sit possibilitas currēdi: ve/
rum eius strictura sit sm̄ tollerantiam: ⁊ quanto magis elongat͛ a vul/
nere ponat͛ leuius: ⁊ quando est vulneri profunditas vehemens striga/
tur super locū profunditatis ligatura ligamenti: ⁊ si conuenit strictura
ligamenti loco restaurationis: tunc iam peruenit intentio: ⁊ si non: inci
pe velare vulnus cum eo qd̄ diximus: ⁊ cum peruenitur ad fracturam
iterꝫ ponat͛ ligamētū strictiꝰ: ⁊ oꝫ vt ponat͛ p̄paratio mēbri ita vt facilis
fiat cursus pus si aggregat͛ i vulnere. ℂ Et oꝫ i estate vt īfrigident͛ liga/
mēta ꝯtinētia vulnꝰ ēt vt sit adiutoriū ad ꝓhibēdū apā. ℂ Et nō opꝫ vt
appropiquet loco ceratū ⁊ ꝓpe i estate: qm̄ fortasse putrefiet mēbrū: imo
si necīa ē repcussio tūc fiat cū vino stiptico sꝫ ꝙ p̄terijt a nobis eiꝰ decla/
ratio. ℂ Et cū fracture ē attritio ⁊ tumet͛ mors mēbri tunc scalpelletur.
ℂ Et scias oīno ꝙ qn̄ vulnus ligat͛ sm̄ ꝙ conuenit expellit ligamētum
descēsionis: ⁊ si errat͛ in ligamento apostemat ⁊ ꝓprie qn̄ mollificat͛ su/
per locū vulneris ⁊ stringit͛ sup illd̄ qd̄ est post ip̄m. ℂ Et si nō fuerit ei
detectio nō curret ab eo virus neqꝫ perueniet ad ip̄m medicamen: ⁊ si di/
mittit͛ discoopertum putrefit ⁊ infrigidat͛ ⁊ accidit mors mēbri ⁊ pdu/
cit ad dolores ⁊ febres: q̄re necessariū ē medico vt faciat aliqd iter hoc a
pri ꝯsideret illud qd̄ accidit ⁊ succurrat ei anteq̄ confirmet͛.

¶ De fractura male restaurata. Cap. 10.

Quandoqꝫ fractura est restaurata nō ſm ꝙ oportet ⁊ est necessariū vt iteretur eius fractura: quare oportet vt restaurator sciat dispositionem alrosboth qui restaurauit os. Quod si fuerit magnꝰ fortis nō vadat ad frangendū ipsum secūdo: fortasse enim nō erit possibile vt frāgatur ex loco fracture prime ꝑpter fortitudinē alrosboth: quare frangetur in alia parte loci. ¶ Quod si nō inuenitur excusatio tūc oportet vt precedat ⁊ leniat donec mollificet alrosboth. ¶ Et mollificantia ipꝫ sunt medicine predicte in capitulo duritiez illic: sicut cutis allelsati ⁊ dactili ⁊ sicut species secuꝫ oleoꝝ ⁊ allelle ⁊ medulle ossium ⁊ medulle granoꝝ cotti ⁊ eis similia: deinde frangatur: ⁊ oportet vt assiduet cuꝫ hoc embrocatio cum aqua calida ⁊ introitus tine in die multotiens. ¶ Quod si nō precesserit illud ⁊ experimentū ⁊ motio signauerit firmitudinē vehementē tunc oportebit vt secetur caro: ita vt sit possibile fricare alrosboth ex latere ⁊ destruere eum cum ea: deinde frangatur ⁊ restauretur ⁊ curetur vulnus curatione sua. ¶ Et multotiens quidē est possibile vt curetur fractura male restaurata absqꝫ fractura secunda leniendo alrosboth cum eo quod scis: deinde equetur. ¶ Et quando seruatur super ipsam equatur super ipsam alrosboth iteruꝫ ⁊ excusat fracturam ꝑprie in corporibus lenibus.

¶ De epithimatibus fracture ⁊ que currunt cursu eoꝝ. Cap. 11.

Epithimatuꝫ alia sunt que ꝓhibent apostema ⁊ rectificant pruritum. Et alia sunt ad indurādum alrosboth ⁊ glutinationē faciendam in ipso. Et alia sunt ad equanduꝫ alrosboth magnum: ⁊ alia sunt ad remouendā duritiē iuncturaꝝ que accidit post restaurationē: ⁊ alia sunt ad auferendā mollificationem si ceciderit in iuncturis.

¶ De epithimatibus conferentibus ⁊ que currunt cursu eorum ⁊ rectificantibus pruritum. Capituluꝫ. 12.

Iam diximus in capitulo ligamenti vittas ad illud quod oportet sciri in hoc capitulo: ⁊ diximus cerata ⁊ embrocas cum vino stiptico ⁊ illis similia. ¶ Et reiteramus nunc: ⁊ dicimus: non opꝫ vt sit illud qđ administratur de cerato aut alijs ita vt asperitas sit in eo aliquo modo: immo sit lenius quanto plus esse potest ⁊ mollius. ¶ Et nō oportet vt administrētur cerata vbi timetur putrefactio neqꝫ vbi multiplicant partes fracture: huiusmodi enim preparatū est ad suscipiendā putrefactionem: quoniā plurimū est cū vlceribus. ¶ Super aquis autē calidis ⁊ earuꝫ effusione iā locuti sumꝰ: ⁊ fecimꝰ scire ꝙ vtilitas in eis est resolutio mãeꝝ que incurrere faciūt pruritū ⁊ attractio materiei nutritiue: ⁊ sunt iterū necessarie qñqꝫ q: mēbruꝫ iam debilitauit strictura ⁊ exiccauit ipsuꝫ: ⁊ illud quod vltime cōsequitur est scitum.

¶ De epithimatibus ad indurandum alrosboth. Cap. 13.

Res cōferentes in hoc sunt embroce stiptice subtiles ⁊ emplã q̄ similantur eis sicut decoctio myrti ⁊ eius oleū si necessariū est oleuꝫ: ⁊ oleū alcāne ⁊ epithima cuꝫ aqua folioꝝ myrti ⁊ granoꝝ eius ⁊ decoctio

arboris alcori ꝛ decoctio radicis aldirdar: ꝛ decoctio folioꝝ eius est incarnatiua induratiua: ꝛ emplastruꝫ factũ ex mes ꝓprie quãdo ponunt cum eo crocus ꝛ myrrha ꝛ cõficitur cũ vino odorifero est bonuꝫ valde ꝛ distillatio spatularuꝫ palme est bona iterum.

¶ De regimine equationis alrosboth. Capitulũ. 14.

In principio quidem ꝛ dum permanet recens stiptica predicta: qm̃ ipsa aggregant ipsum ꝛ stringunt ipsum ꝛ minorant quantitatem eius: post illud vero qñ superfluit ꝛ ꝓprie ꝓpe iuncturã est necessariuꝫ secare ab eo: ꝛ fricare donec equet. Et oĩa ista cũ eo qđ dictũ est in eo.

¶ De medicinis lenientibus duritiem iuncture. Cap. 15.

Oportet vt embroces ꝛ icipias cũ aqua calida: deinde administres desuper emplastra ꝛ inunctiones que fricãdo fiunt leniẽtes facta ex mucillaginibꝰ gũmis ꝛ adipibꝰ ꝛ oleis: ꝛ si ponatur in eis acetũ forte erit magis ꝓfundatiua. ¶ Et de illis quoꝝ administratio ꝓpinquat ẽ dactili ꝛ alleliati ꝛ oleũ sisaminuꝫ: quãdo est emplastrũ leue. ¶ Et iterũ mollitiuũ de kerua permisceat cũ tanto butyro quãtũ est ipsius medietas ꝛ mellis quantũ est ipsius quarta: ꝛ fortasse sufficit ceratum de oleo liliĳ solũ: ꝛ quandoqꝫ adiuuatur cũ omnibus lenificãtibus predictis in capitulo sephiros. ¶ Et cũ sentis alteratioẽ complexionis ad frigus tunc adde in eis ex castoreo ꝛ serapino ꝛ oppoponaco. ¶ Medicamen bonuꝫ. ℞. feceꝫ olei de lino ꝛ fecem olei sisamini ꝛ fenugrecũ coctum in lacte ꝛ keil ad ipsum ꝛ administret. ¶ Et iterum radices altee: ꝛ radices cucumeris asinini ꝛ bdelliuꝫ ꝛ ammoniacũ ꝛ oppoponacũ dissoluãtur cum aceto forti ꝛ liniantur: ꝛ vnguentũ eburneũ est bonum. ¶ Medicamen bonũ. ℞. mucillaginẽ fenugreci ꝛ seminis lini ꝛ mucillagineꝫ cucumeris asinini ꝛ ammoniacũ ꝛ laudanũ ꝛ ysopũ humidaꝫ ꝛ oleum de lilio ꝛ adipẽ anatis ꝛ bdelliũ lene ꝛ purũ ꝛ medullã vituli resoluantur in oleo ꝛ fiat vnguentũ. ¶ Aliud forte. ℞. olei veteris libr̃. ĳ. olei de lilio libr̃. ʒ. storacis liquide. libr̃. quartã cere citrine libr̃. ʒ. glutinis albotin. vnc̃. ĳ. euforbĳ. vnc̃. ĳ. medulle ossium cerui. vnc̃. iĳ. fiat vnguentuꝫ. ¶ Unguentum bonum ad duritiem iuncturaruꝫ quã acquisiuit restauratio: ammoniaci partem vnam bdelĳ iudaici partem vnã laudani partem mediam olei de alcanna adipis anatis amboꝝ. añ. partis quartaꝫ solue gũmas ꝛ aggrega omnia. ¶ Unguentum bonũ ammoniaci. vnc̃. vi. ꝛ cere citrine tantũdem gũmi albotin bdelĳ ꝛ galbani omnium añ. vnc̃. viĳ. olei de alcanna. vnc̃. iiĳ. terantur gũme contrite in aceto: deinde aggregentur in mortario inuncto cum oleo de lilio. ¶ Et similiter ad spasmuꝫ earum ꝛ nodationem que accidit sicut glandula vbi est. Et iam diximus eam in capitulo suo: ꝛ administrentur vnguenta que diximus nunc. ¶ Et administratio castorei ꝛ costi ꝛ fimi columbini: ꝛ sinapis emplastrãdo est vltima. ¶ Linitiuũ bonũ. ℞. fecis olei de lilio. vnc̃. i. ꝛ fecis olei seis lini vnc̃. i. ꝛ storacis liqde ꝛ galbani ꝛ serapini ꝛ oppopõaci oiuꝫ añ. vnc̃. ʒ. bdelĳ lenis. vnc̃. i. adipis vrsi aut galline aut porci apud illũ q diligit illõ ex sapiẽtibꝰ diutũ fiat ex eis vnguentuꝫ.

¶ De facientibus fortitudinem mollificationis. Cap.16.

Sustentatio in curatiõe eius est super stiptica subtilia sicut sauina & dactili imaturi & his similia:aut super stiptica spissa. ¶ Et qñqz miscentur cũ his sicut crocus & cynamomũ & myrrha. ¶ Et enula ẽ bona valde & proprie quando coquitur cum ea acorus & cinis vitis cum adipe antiqua & cortices spatularum palme:& omnia que dicta sunt in indurando alrosboth.

¶ De administratione aque calide & olei. Cap.17.

Et interdū insinuabit aliquis conuendo cum labijs suis. Uidebitur, qꝫ interdum suggere ea. 396.
Et velocitas quidem anhelitus ⁊ desideriū trahendi aerē frigidū cum angustia. Et velocitas pulsus ⁊ frequentia:⁊ tussis cum infusione ⁊ sonitu ⁊ gargarismatis. 397.
Et pulsatio cordis continua:⁊ sincopis:⁊ conatur patiens a lecto suo surgere ⁊ recedere. 398.
Et dolor gutturis ⁊ meri cum angustia:que si perseuerauerit cōtinget ei syncopis magna ⁊ fortis. 399.
Et pulsatio in lateribus ⁊ dorso cum torsionibus violentis ⁊ fortibus ⁊ continuo dolore stomachi cum querimonia stomachi vel epatis: aut dolor ventris:aut circa pecten: aut etiam in renibus ⁊ vesica: aut dolor fortis circa virgaʒ:vel in virga:aut in matrice:aut in oib⁹ iuncturis:aut quibusdā:aut ex eis intus vel exterius. 400.
Cum ergo videbitur augmentum horum accidentium in die cretica: erit procul dubio bonum ⁊ laudabile:⁊ potissime si prius digestio apparuerit. Si autem:erit quoddam contrarium manifestum. 401.

Causa quidem crisis si sit eorum relatio vera est quoniam luna variat actionem in morbis. 402.

Jam quidem peragrat ⁊ abscindit celeriter circulum suum: est quidez causa celeris motus ⁊ mutationis: fortificatur quidem interdum in hoc: ⁊ interdum debilitatur: hoc autem notum est in arte astronomorum. 403.

Nequaq̃ est operatio vel actio sue actionis sensibilis in eius iuuamēto: sicut quidem est ad sensum. visibilis est eius figura ex eo quod in ea existit de claritate vel lumine solis. 404.

Eius aūt quarta relucet in q̃rto. Et eius medietas in septima. 405.

Et morbus quidem minime contingit nisi ex dispositione qua debilitatur opus nature. Qui si cum auxilio producatur curabitur quidem patiens ⁊ vita prolongabitur. Sed si cum detrimento: morietur qdē ⁊ vita perdetur ⁊ separabitur. 406.

Crises contingunt interdum in quaternis: ⁊ interdum in septenis: ⁊ ille quidem bone sunt ⁊ laudabiles quibus coniunguntur digestio ⁊ pronosticatio attestantes super ipsas. 407.

In aliis quidem ab illis nequaquā circuitus ⁊ periodi reperiuntur ratione turbationis ⁊ dubitationis contingentis in eisdem. 408.

In non habentibus vero digestionem ⁊ pronosticationez contingit q̄dem dubium in accidentibus. Nec contingit crisis in his dieb⁹ nisi cum contingit consequenter aliquod sinistrum. 409.

Cum videris morbū sanguineū aut austerū ⁊ violentum valde cum illaudabili ⁊ impetuoso motu cuius signa patula sint in capite ⁊ manifesta que vsq₃ ad omnes sensus extendantur cum rubore ⁊ pruritu nasi: erit proculdubio crisis eius per fluxum sanguinis nariū. 410.

Si vero accidentia ipsius deorsum ⁊ in parte inferiori appareant cum dolore continuo vmbilici ⁊ precesserit retentio menstruorum: continget quidem crisis per fluxum menstruorum. 411.

Sed si pars suprema corporis incolumis fuerit ⁊ a dolore in humeris cum dolore tamē hypocūdriorꝫ ⁊ patiens querulosus sit de epate et dolor vsq₃ ad anū extendat: nequaq̃ q̄dem cōmittet error si ꝓnosticetur crisis illa futura per fluxū sanguinis emoroydarꝫ. 412.

Si autem morbus ex colera rubea sit in statu: acciderit q₃ apostema capiti: ⁊ dolor capitis ⁊ angustia augeant: nequaq̃ quidem est desperādum: q̄m continget crisis eius per fluxū sanguinis nariū. 413.

Verum si eius accidentia sint in stomacho ⁊ cuz hoc prius conquestus fuerit patiens de epate cum angustia ⁊ sincopi valida: erit quidem crisis eius per vomitum. 414.

Si vero caput eius fuerit sine dolore ⁊ cum angustia ventris ⁊ eminentia vmbilici ⁊ precedente ventris constipatione: pronosticanda q̄dez erit futura crisis per fluxum ventris. 415.

Quod si venter eius pacem habuerit ⁊ digestionem laudabilem preter q̄ morbus eius violentus sit austerus cum aliquantulo tamē la-

bore ꝛ vigilijs circunscriptis accidentibus sudoris:morbo quidem sic molli ꝛ lento existente cũ doloribꝰ pectinis:erit sermo meus veridicus.s. ꝙ crisis huiꝰ patiẽtis continget per vrinam. 416.
Uerũ si cũ pace ꝛ quiete predicta retineat̃ vrina preter ꝙ morbꝰ sit in vltimo acuminis cũ apertione tamen poroꝝ sine forti dolore ꝛ vigilijs ꝛ siccitate:erit q̃dem crisis eius forsitan cũ sudore. 417.
Si aũt dolor membri vel iũcturarũ in acutis:continget ꝓculdubio crisis earũ per apostemata. 418.
Utere laudabili regimine ex signis super mortem euasionem seu quietem ꝛ pacem significantibus. 419.
Ex his quidem sunt horror luminis ꝛ lucis ꝛ fluxus lachryme cũ rubore motu forti ꝛ vertigine. 420.
Et paruitas oculi in vno latere.ꝛ aptio oris absq̨ oscitatiõe. 421.
Et cum quis iacet ꝛ dormit resupinus manibus ꝛ pedibus suis protensis ꝛ relaxatis. 422.
Ex his etiam est si videatur patiens descendere in lecto suo ꝛ manus ꝛ pedes suos detergere. 423.
Necnon mala ꝛ illaudabilis imaginatio qua videat̃ fila a pannis suis euellere. 424.
Ex his ẽt est vltimata grauitas:aut eiꝰ manifesta suspẽsio. 425.
Et etiam frendere dentibus preter solitum:ꝛ apponere manus super caput ꝛ puluinar. 426.
Aut etiam si imaginetur ꝙ vespilionem nigri coloris capiat ꝛ velit eũ interficere. 427.
Nam hoc ꝯtingente in morbo acuto:mors q̃dez appropinquabit. 428.
Ex his etiam est si tacitus efficiatur verbosus: ꝛ mitis pacificus furiosus. 429.
Aut si conquerat̃ de cecitate ꝛ surditate vel casus virtutis ratione violentie morbi. 430.
Uel etiam si videatur patienti dum dormit in statu ꝙ cadat nix super caput eius. 431.
Et anima quidem inquieta domina magne frigiditatis:est res mala ꝛ illaudabilis. 432.
Ex his sunt vigilia nocturna ꝛ somnus diurnus:aut omnimoda priuatio somni. 433.
Necnon si dispositio egri in somno ꝛ post somnum deterioretur ꝛ cum dolore efficiatur. 434.
Si etiam medicus ordinate ꝛ recte operetur preter ꝙ operationis intentum erit malum. 435.
Ex his aũt sunt facies mortuoꝝ faciebꝰ consimiles cũ planitie seu extẽsione tempoꝝ ex morbo contingente ꝛ constrictione aurũ ꝛ ipsaruz frigiditate ꝛ eaꝝ inuersatione ꝛ oculoꝝ profunditate. 436.
Etiam rubor vel nigredo oculorum aut eoruz eminentia vel principiũ fuscedinis ipsorum. 437.

Aut ēt si quieuerint vel si fuerint ifrigidati aut palpebrarū tortura. 438.
Aut si fuerit nasus acutus cuz obliqua fronte ex latere labij contracto vel marcido. 439.
Frigiditas quidem extremorum patientis cum vlcere ⁊ nigredine lingue laboriosa ⁊ similia cruciantia: sunt quidem illaudabilia cum febre vrente. 440.
Ex his etiam viridis rubor vnguium ⁊ viror in corpore cuz vestigio nigredinis. 441.
Ex his etiam est icteritia si ante septimam diem apparet cum macie hypocundriorum. 442.
Et si frigiditas sit in māifesto ⁊ sup̄ficie corpis ⁊ talis fuerit ⁊ sit iteruꝰ. Et p̄sertim adhuc sit ⁊ remāserit sup mēbra p̄ncipalia. 443.
Et tumor q̄dem vultus cū tumore extremitatū ante duo septenaria est quidē terribilis: nam huiꝰ patientis materia velox est ⁊ cita: vn̄ non videt̄ ꝙ ad terminū duorū septenariorū valeat peruenire. 444.
Aut si quiescat ⁊ cesset febris absq̄ crisi: aut si eius fortificatio palā augeatur in diebus paribus. 445.
Ex his q̄dem est fex nigra vel viridis fetida pinguis rubea ⁊ sicut aq̄ butirosa ⁊ alba. Hec nāq̄ male sunt ⁊ illaudabiles. 446.
Necnon etiam si appareat diuersorū colorū: hoc nāq̄ mortem aut crisiz futuram significat. 447.
Et si cū casu appetitus egestio sit colerica cum qua egredia̅t frustū sanguinis congelatū primo ⁊ consequenter frustū carnis. 448.
Et etiam si post egressum colere appareat sanguis absq̄ punctione et stimulatione: 449.
Et si post extenuationem ⁊ emacerationem corporis appareat ⁊ egrediatur fex nigra. 450.
Et constipabit̄ venter in febre vrente: ⁊ vexabit̄ cerebrū. 451.
Si etiam egrediatur ventositas cum sono inuerecundo preter solitum erit malum. 452.
Et vrina q̄dem nigra tenuis ⁊ pauca significat patientis interitū. Estq̄ timendū vtplurimū ⁊ periculosum cū accidit permixtio rationis ⁊ intellectus cū tenuitate vrine. 453.
Ex his etiam sunt vomitus ⁊ fluxus cū nigredine: Et fetor cū exputrefactione contingens. 454.
Frequēs ēt tussis cū modico sputo est signū malū ⁊ illaudabile. 455.
Sputū etiam diuersorū colorū in pleuresi cum tussi laboriosa ⁊ difficili significat mortis propinquitatem. 456.
Et sudor solius capitis ad quem seu ad cuius euacuationem non subsequitur quies est malus. 457.
Si facies eorū appareant quales fuerint tempore sanitatis: eorū q̄dē cura ⁊ certa euasio erit manifesta. 458.
Ex his etiam est vniformitas ⁊ equalitas caloris circūscripta macie hypocundriorum. 459.

Icteritia post septimam diem manifesta ꝛ perfecta ratiocinatio absqꝫ malitia ꝛ vigor motus ꝛ sensuum omniuꝫ concomitante facilitate ꝛ lenitate sui corporis: ꝛ solitus decubitus ꝛ somni aduentus in nocte vtplurimum sine somno diurno cum vigore patienti post somnum. Ois etiam somnus tollens dolorem ꝛ perturbationē seu permixtionem rationis ꝛ mitigans egritudinem est laudabilis. 460.
Cerebrū quidem patitur ex qbusdam membris compatientib⁹ secuꝫ in passione. Unde si tunc euaserit a permixtione continua: euadet qdē patiens laudabiliter ab hoc morbo. 461.
Et si cum apostemate capitis assit sternutatio ex signis erit super sanitatem significantibus. 462.
Omnis fluxus sanguinis etiam ab aure in morbis capitis est curatiuus corporis. 463.
Anhelitus manifestus non frequens aut tardus est laudabilis: nec est verendus si non fuerit intercisus separatus aut orthomiosus cogēs erigere patientem. 464.
Et similiter est laudabile cum pulsus est virtuosus fortis sine angustia. Nec est anhelitus vrens nec inflammatiuus. 465.
Ex his etiam sunt bonitas appetitus ꝛ digestionis cū equalitate ꝛ laudabili substantia fecum ꝛ colore memino in citrinitate circūscripta nigredine earum vstiua ꝛ viriditate. 466.
Aut exitus etiam humoris cum lumbricis in die cretica: hoc quidēꝫ est signum vite: hoc enim contingente aufertur morbus cum fuerit ex illo humore. 467.
Egrediente colera rubea aufertur surditas tolliturqꝫ inde nocumentū in morbo cerebri. 468.
Sanguis etiam emorroydarum curat morbum splenis: hoc etiā est laudabile in melancolia. 469.
Et fluxus qdē aq̄ ꝛ hūoris flegmatici ē cura morbi in hydropisi. 470.
Egressus quoqꝫ colere citrine in obtalmia festinat curā eius. 471.
Ex his quidem signis est: vt videas vrinam similem in colore pomo citrino cum hypostasi alba in fundo residente. 472.
Et si etiam videas sudorem infirmi equalem in febre continua. 473.
Et tumorem exterius apparentem in squinantia: hoc enim bonum et laudabile est: 474.
Tumor quidem testiculoꝝ in tussi cronica est cura corporis. 475.
Et similiter apostema pedis in morbis pulmonis: necnon apostema generatum in iunctura cruris ꝛ in inguinibus. 476.
Et pustule narium aut labiorum in tertiana est signum salutis pronosticum. 477.
Et varices quidem innate sunt cura alopitie: necnon eius quod est in ventre ꝛ splene. 478.
Et oxiremia qdem in lienteria intestini ꝯtingit ex retētione cibi. 479.
Et febre contingente in spasmo vel epilepsia fit eorum cura. 480.

Si patienti singultuz contingat sternutatio est cura eidem. 481.
Decet qdē vt cū volueris iudicare patientē q̄ vtaris ꝓportione. 482.
Nam ex signis sunt: quorum virtus vera est ꝛ certa: ꝛ ex eis sunt que ꝑ alia falsificantur. 483.
Justa autem significatio sumitur inter membra ex eis que apparent in capite. 484.
Si ergo videas aliquā significationem iuste significantem in corpore ꝛ aliam sibi contrariam sic significantem. 485.
Contingit etiam q̄ apparens super contrarium corporis non sint nisi testimonia debilia. 486.
Omne signum non habens contrarium significat ratione super curaz ꝛ euasionem. 487.
Et omne signum pronosticationis predictis contrarium significat mortem ꝛ perditionem. 488.
Cum autem apparebunt tibi signa contraria ꝛ debilia: sequitur qdem ad hoc dubium. Unde sta tunc ꝛ prologa iudicium. 489.
Cum ergo erunt equata in dispositionibus suis sta. Sed iudica a predominante cū erit contingentia in equalitate sua supple. 490.

¶ Incipit secunda pars canticorum. Et est practica. j.



Ostq̄ ordinaui in parte theorice medicine qđ seriatim audiuistis: ꝛ hoc ꝫm quod in mea mēte preordinaueram: incipiam quidem nunc in practica ipsius: Jam autez retuli in principio huius libri illud propter quod est necessarium illud cuius relationem faciā in hoc capitulo. ¶ Operationis autem practice sunt duo modi. ¶ Quorum vnus manualis exercetur. Alter vero medicinis ꝛ conuenienti regimine in cibis. Est autem non modicuz quod per illud regimen exercetur. Hoc autē regimē in duas partes diuiditur. Quarum vna conseruatiua sanitatis dicitur. Et altera egritudinis curatiua. Et hoc per vitam meam in perfectione medicine continetur. 1.
Et cōseruatiua quidē sanitatis dicit̄ ꝫm veritatē de habēte eā perfecte ꝛ absolute: necnō etiaz de eo cuius sanitas est imperfecta. Et hui⁹ quidem sunt ꝫm opinionē due spēs. Una est in eo cuius debilitas pmixta est per tatā suā substantiā in oib⁹ ptib⁹ suis: sicut in sene ꝯualescente: ꝛ puulo in qb⁹. s. debilitas est ꝑ totū mixta: ꝛ in eo in quo apparet aliqđ signū ꝑcedēs metū q̄ appeat in eo lapsus in aliquē morbū. 2.
Alia est in eo in quo appet morb⁹ in aliqua ex partibus soluz sui corporis. Puta in cute eius aut carne vel ossib⁹ eius. Et sicut ēt est in hūte

stomachum debilez frigidum egrū naturalr. Nec nō ēt in hn̄te lesionē ab vtero ⁊ mrīce: sicut in hn̄te sextū digitū aut tumorē gibbū. 3
Et in eo in quo apparet in aliqua etate ⁊ in aliquo ex tēporib⁹ āni ⁊ nō in alijs: sicut humidus in cōplexione est debilis in pueritia: ⁊ postq̄ꝫ actus fuerit est sanus ⁊ fortis. Et siccus ꝑ ꝯplōnē destruetur virib⁹ in autūno preter q̄ in vere debilis efficiat. 4.
Conseruatio quidē sanitatis est qōdaz genus generale duas ꝯprehendens spēs ex operationib⁹ medicine. Ex qbus est vna vt cū intendet ad ꝯseruationē cōplexionis alicuius q̄ ordinet ⁊ cibus ⁊ dieta siliis Sed cū intēdet trāslatio corporis eius a sua cōplexione fiat hmōi eo q̄ cōtrariet cōplexioni antedicte. Uez regimē sani simpliciter ⁊ absolute est q̄ attēdat ad ꝯseruādū ipsius laudabilē dispōnez. 5.
Et moretur seu faciat residentiam suam in aliqua ex ciuitatibus quarti climatis que. s. perfectum aerem habeant ⁊ vaporem: ⁊ habeant speculam versus heremum ⁊ siluam: ⁊ inspiciant etiam versus partem orientalem quia ipsa est subtilior. 6.
Tempore vero estiuo declinet ad montes. Sitq̄ꝫ habitationis locus aptus a parte septētrionali. 7.
In noctibus quoq̄ꝫ habitet ⁊ quiescat in superioribus locis ⁊ sedibus In die vero descendat ad inferiores. 8.
Caueat etiam ⁊ vitet pannos laneos: ⁊ de bombace: ⁊ condescendat ad subtiles lineos. 9.
Utatur etiaz aromaticis frigidis: sicut ex oleo rosaceo. 10.
Protegatq̄ꝫ oculos suos a puluere fumo vapore turbido ⁊ corrupto ⁊ a radio solis hora meridiei ⁊ feruoris: necnon ab occursu fortis caliditatis: nec etiam attente inspiciat figuras exiles ⁊ subtiliter intricatas: nec litteram minutam ⁊ subtilem. 11.
Debeat autem ad minus quilibet comedere semel inter diem ⁊ noctem Ad plus bis. Medium autem inter hoc est si comedatur ter in duobus diebus. 12.
Prolongetur etiam tempore refectionis: vt fiat cibi bona digestio: fiant etiam parue bucelle vt bene digerantur. 13.
Nam omne aliud quod contundere non poteris: erit apud te digestionis difficilis. 14.
Attendat ēt vt oē preter nām ⁊ illaudabile curet cū contrario eius conuenientis ſm complexionē ⁊ malitiam ipsius. 15.
Sunt autem q̄ plures complexiones inequales cum malitia cibi rectifica biles. 16.
Utatur ergo eis homo ſm vsum ⁊ consuetudinez suam. Nec sunt appetitus nec delectatio cibi omittendi. 17.
Omnis nāq̄ꝫ consuetudo subito ⁊ sine gradatione ablata: nocet ⁊ offendit illum cuius est. 18.
Est autem humidum ⁊ lubricum stiptico imponenduz. Estq̄ꝫ sapor dulcis acetoso miscendus. Et siccum cum humido rectificanduz. Et fri

gidum cum calido. Et ecōtrario. Qđ si timeatur defedatio oleagino si vel eius qđ est male digestionis rōne pinguedinis addatur sal eis aut aliquid acutū. nā hec iuuāt ad subtiliandum. 19.
Post exercitiū q̄ꝗ ē refectio faciēda: ꝛ ipʒ postq̄ʒ exiuerit fex ab eo. 20.
Est aūt querēdus locus tranqllus ꝛ frigidus ꝛ a vēto euētatus ad laudabilem refrigerationē faciendaʒ: Necnō ēt tēpus ꝛ hora frigida: vñ decet hominē eſſe attentum in hoc regimine. 21.
Tempore quidē estiuo est cibi quātitas minuēda. Estqʒ tunc ad subtilitatē nutriētia declinādū. Unde vitāde sunt tūc carnes grosse. Et vtēduʒ est oleribus ꝛ lactis spēbus. 22.
Et piscib⁹ recentib⁹: edo ꝛ agno mediocris etatis: ꝛ pullis gallinaceis ꝛ gallinis: carnib⁹ quoqʒ colūbarū ꝛ coturnicū. 23.
Sunt etiam ex conferentibus tunc ex coriandro ꝛ agresta composita ꝛ satabeg ꝛ ceribat. 24.
Si qs ergo velit a morbis euadere diuidat regimen suum in tria: quoꝝ vnū tribuat aie: ꝛ aliud cibo: ꝛ aliud potui vel aque. 25.
Et parum quidem aque frigide satiat ꝛ sitim sedat: ad hoc tamē nō sufficeret multum tepide. 26.
Non est autem aque potus frigide nimium frequentandus: eo q̄ neruis obsit. 27.
Non est etiā offerendus potus aque niuis nisi pingui sanguineo multe carnis. 28.
Est etiam vitandus potus aque in mensa nisi ratione adherentie ꝛ tardi descensus bucelle. 29.
Non est etiā sumēda aqua cū cibo nec ingressu a balneo. 30.
Nec ēt post forte exercitiū ꝛ coitū: hoc.n. est malū ꝛ illaudabile. 31.
Si tamē quis ex modica tollerādi potētia sitim vrgeat: sumat ex ea parum tantū. s. qđ declinatio ꝛ impulsio cibi ad inferi⁹ stomachi ꝯpleatur: quaten⁹ ibidē digerat. Sumat tñ ex aquis illa que sitiʒ sedet ꝛ satiet: aut ex vino qđ ꝛ quātū ꝯgruat ꝛ sufficiat. 32.
Et si sumpta aqua ad satietatē aut vino sufficienti accidat sitis: vitentur potus eoꝝ: q̄m talis sitis est mendosa. 33.
Non est curādū de assumptione multi vini: debetqʒ sufficere modicū cū est in vsu: nec est cōtinuādus omni die potus vini: nec est bibēdus in ieiunio: nec ēt post sūptionē cibi subtilis vel acuti. Estqʒ omni tpe vite nisi semel in mēse ebrietas euitāda. 34.
Et bibat vinū aromaticū adiūcta sibi acetositate mali granati aut succo citōloꝝ ꝛ cucumeris: ille cui accidit ex potu vini dolor capitis supercalefactio ꝛ ebrietas: bibatqʒ ipm cū aqua mixtū. 35.
Et dandū est in potu ei qui q̄rulosus est rōne vētositatū in corpore suo existentiū vinū purū ꝛ citrinū. naʒ fortius ex eis ꝯgruit eis. amplius expedit ēt vt cū salsis cōiungatur. 36.
Tempore autem estiuo sumendum est vinum album ꝛ aquosum: eo q̄ sit subtilitati ꝛ simplicitati propinquius; cui addantur acetosa: ꝛ su-

per comedantur stiptica. 37.
Non ꝓlongetur somnus: quoniam hoc obest anime. Nec etiam vigilie quoniã inde debilitantur sensus. 38.
Prolongatio veri somni ꝯgruit eis cuiꝰ cibꝰ est indigestus: necnon ſup malitiã cibi nõ recipiẽtis digestionẽ. 39.
Sic nec est somnus ꝓlongãdus in ieiuno ⁊ tpe famis. Nã replet caput fumo ⁊ vaporibꝰ a fecibꝰ ⁊ supfluitatibꝰ eleuatis. 40.
Est quoq; imediate post cibũ vel comestionẽ dormiẽdũ accũbẽdo donec ad locũ digestionis peruenerit cibꝰ assumptus. 41.
Non est exercitandũ exercitio magno ⁊ forti: nec est tñ ꝯcedẽdũ ꝙ omittatur oẽ exercitiũ: imo qdẽ est hoc vitandũ. 42.
Sunt ergo taliter mẽbra exercitãda ⁊ per exercitiũ adiuuãda ne colligatur qđ timet colligi in eis ex malis humoribus. 43.
Eundo vł clamãdo si volueris donec appeat velox ⁊ cita expiratio. 44.
Macer autem ⁊ extenuatus non debet exercitari ne ipsius dissolutio amplius augeatur. 45.
Nec nõ debet exercitari pinguis ⁊ multe adipis axungie: ⁊ tamẽ accingendus si habuerit ventrem magnum. 46.
Tempore vero estiuo est minuendũ exercitium: cum tunc dissoluatur ⁊ subtilietur homo per sudorem. 47.
Jam quidẽ retuli in capitulis theorice regimen eius: cuius corpus indiget euacuatione superflui: aut retentione contrarij addens huic quod mihi placuit. 48.
Congruit quidem vsus omnium ⁊ quorum premissi relationẽ ſm qualitatem dictam in tempore estiuo supercalefacto iuueni ⁊ ciuitatibꝰ meridionalibus. 49.
Et tempore quidem hyemali est vtenduꝫ contrarijs eis que retulimus vt obuietur ⁊ resistatur frigiditati ipsius. 50.
Uere quoq; ⁊ autumno incedẽdũ est inter estatẽ ⁊ hyemem. 51.
Congruitq; regimen exiccatiuũ in vere. Et humectatiuum in autũno. Unde fugienda est exiccatio in eodem. 52.
Est autem vtendũ regimine cõuenienti tempore estiuo: ⁊ in fine veris: ⁊ in principio autumni. 53.
Uerũ in principio veris ⁊ in fine autũni dꝫ regimen ꝯformari regimini hyemis. Unde vtendũ est tũc cibis calefaciẽtibus. 54.
Regimen aũt eius cuius relatio dicta est congruit habitantibus ⁊ residentiã facientibꝰ in ciuitatibꝰ ⁊ castris. Uerꝫ mercatores sunt regendi regimine iter agentium. 55.
Et quidem vitanda nauigatio per mare in hyeme. Et volẽs nauigare debꝫ assumere ⁊ colligere aquam multam ⁊ multa vasa munda. Cui preparãda ⁊ offerẽda sunt cibaria humida. Uẽter ⁊ natura eius est cum medicinis mollificãda. Unde si timeat vomitus colere euacuetur per secessum. Quibus pactis ingrediat nauim. Et imponat secũ succos acetosos ⁊ cum eis stipticos. 56.

Et ad vitandū defedātia ⁊ sordes ꝑparet sibi mūdas vestes. 57.
Cum autē in aliquo ex iter agentibus multiplicabunt pediculi: quos nō possit interficere: lana contrita ⁊ mersa in oleo: in quo argentum viuum fuerit extinctum appendatur vestibus eius donec videantur cadere pediculi ab eo. 58.
Iter autē agens per siccū regatur cū regimine frigoris. 59.
Est ergo cauendū ne obuiet ei frigus: quoniam perdetur ratione algoris ⁊ congelationis. 60.
Et reficiatur vsq3 ad saturitatem ne moriatur fame. 61.
Et si fuerit infrigidatus ingrediat balneū. Et vniat cū habentibus corpora pinguia ⁊ carnosa. 62.
Et si caligēt oculi eius: visusq3 ipsius disgreget ex gelu: ponatur super faciem eius pepulum nigrum. 63.
Et eius extrema ꝓtegant a frigore: ⁊ oleo fomentent. vel inuoluant pedes eius multis cooperrorijs postq̄ subtelares calcient. 64.
Unde si cessante dolore extremoꝝ nō recuperēt sensū scito ea dissoluta ⁊ mortificata a frigore. Pro tāto tūc iugiter sunt fricāda ⁊ calefaciēda cū oleo de sinapi calefacto ⁊ ꝯsequēter fasciāda. 65.
Et si inde pedes fuerint nigri aut liuidi: scarificētur. Et si fuerit in eis putredo mundetur. Et si aliquid dissolutum fuerit abscindatur illud ab eis. 66.
Qui vero inde lassitudinē incurrerit curetur cum oleo. Et seruet regimen ⁊ dietā subtilē. Fricenturq3 ⁊ extēdant ipsius mēbra in balneo Et regescat ꝯsequēter aliquibus diebus. 67.
Iter agens tempore estiuo ⁊ calido sic est regēdus. vt. s. prohibeat ei ne aggrediatur iter suum hora estus ⁊ feruoris in meridie. Estq3 primo minuendus ne supercalefaciat ex labore itineris. Pro tanto extrahatur sanguis ab eo in magna quātitate ⁊ sic efficietur securus ab apostemate. s. per flobotomiam. 68.
Uer si colera in eo dominet educat ab eodē: ⁊ sic sitis malitia alleuiabitur aut tollet. Estq3 ante aggressiū itineris succis ꝯueniētib9 extinguēda: alias verēda est: ne calor ipsi9 periculo exponatur. 69.
Et fiat vt comedat aliquātulū ex herbis frigidis ⁊ simul saturet aqua. Et quiescat cū poterit. Nec irascat fortiter aliquatenus. Et moret in locis vmbrosis. Et vitet seu dimittat clamorē ⁊ sermonē: necnō etiā bellū ⁊ iurgiū. Nec moretur in loco nimis calido. Et sumat in potu sirupū ex succo vue acerbe cū succo portulace ⁊ aqua. 70.
Et si sitiat in meridie teneat in ore suo pillulā vnā ad quātitatē lupini factam ex trociscis camphore. Et si timeat ne facies alteretur a sole ⁊ nigrescat eius cutis: dissoluat seu liquefaciat rector eius oleū cū cera simul iuncta: ⁊ presertim in mulieribus. 71.
Custodiatur taliter infans in vtero: ne contingat corpori eius aliquod nocumentum. 72.
Et eligatur nutrix que cibabit et potabit eum vt sit boni nutrimenti

apud eum. 73.
Talis est etiam apponenda intentio super stomachum pregnantis ne contingat corruptio in desiderijs seu appetitibus. 74.
Rectificetur etiam sanguis eius. Et ipsius superfluitates educant: ne infantes superfluitatibus offendant. Uex si sanguis excitaret i eis: minime tamen minuant. Sed vice predicte euacuationis infrigidetur sanguis seu eius feruor extinguatur. 75.
Si etiam flegma in ea excitetur: minime tamen euacuat secessiuis: vtat nihilominus tunc cōiter subtiliantibus. 76.
Cū aūt instabit tp̄s partus vtendū est partuz facilem efficientibus. Uñ fricent in balneo ex omni parte cum oleo illa ipsius: et qd̄ coniungitur ventri eius: vt sic nerui eius et musculi mollificentur: ne partus eius laboriosus efficiatur. 77.
Unde vtat oleo in cibis eius. Et sorbeat brodiū seu ius pingue. 78.
Et ꝓtegat a clamore: saltu: timore: pugna: et percussione. Et in agone et violentia eius offerat ei decoctio dactiloꝝ et fenugreci. 79.
Expedit ēt vt in partu habeat obstetrix discreta: q̄ circūscripta oi pusillanimitate trahat fortiter pedes eius et iprimat vētrē eius: caute tñ et discrete: postq̄ subito eam surgere fecerit. 80.
Et si fluat ex ea sanguis multus offerant in potu trocisci ex karabe. Si vero rōne alicuiꝰ impedimēti nō egrediat ab ea sanguis in ꝯuenienti quātitate sumat in potu trociscos de myrrha. 81.
Et vtatur fumigijs dissolutis ex myrrha kytran sauina sulfure et collo quintida factis si secūdina nō egrediatur. 82.
Est ergo nutrix eligenda: sit mediocris etatis et carnosa: non tamen laxe carnis per complexionem suam: appropinquans qualitati et temperiei: alti et erecti corporis et magnaꝝ mamillaꝝ: habens caput mundum et sanum: et oculos imunes ab omni nocumento intrinseco: et q sit sana breuiter in membris et iuncturis suis. 83.
Et habeant multum lac cuius color sit albus: nec sit nimis subtile nec nimis grossuz: et sit sapor eius dulcis sine horrore aliquo: sitq; coniunctum in partibus et non fluidum. 84.
Congruit autem vt dulcibus pinguibus et piscibus recentibus cū oleo nutriatur. 85.
Ungatur ergo et liniat stipticis cuz fasciabit: donec manifeste induret cutis eius et calefiat. Et ab humiditatibus eius mundetur. Et mediocri ligatura fascietur. 86.
Nec est etiam ei longo tempore prohibendum: quoniam super calefieret inde. 87.
Suntq; tollenda et vitanda omnia ipsum ad iram excitantia: et ipsius somnum impedientia. Si enim velit quis somnuz prouocare ponat stratus eius capax et latus satis i loco opaco. Et imponat papauer in cibis suis: si ex ablatione somni seu vigiliarū instantia cōtingeret ei aliquod nocumentum. 88.

Utilius tñ eēt multũ magisq3 necessariũ ne alicui infantiuz dareẛ ali-qd ad comedēdũ excepto lacte solo donec habuerit dētes suos. 89.
Et cũ surget a somno ⁊ excitabiẛ nec exercitẛ ad videndũ lucē: taliter etiã ꝙ inspiciat astra in celo: videat etiam in die colores varios ⁊ di-uersos: quatenus in hoc exercitetur. 90.
Et loquaẛ semꝑ alte qcũq3 aut quecũq3 habebit accessum ad ipm cũ vo-luerit qs ipm instruere ⁊ assuescere ad loquendum. 91.
Et ponaẛ mel in ore eius leniēdo ⁊ fricando ex eo palatum gingiuas ⁊ linguã ei⁹. Et addaẛ cũ eo aliquãtulũ thuris ⁊ liqritie. 92.
Et ꝓuoceẛ ei sternutatio quatenus ipsius nasi opilatiões apianẛ ⁊ mũ-denẛ: hoc enim rectificat ⁊ clarificat vocē suã oēs ēt sensus eius: ⁊ cũ hoc dilatat pectus: ⁊ anhelitũ bonũ facit. 93.
Et vitet flobotomiam ⁊ farmaciaz donec ad etatē adolescentie perue-nerit. Nec resistatur apostemati variole seu exiture eidem contingē-ti cum attractione. 94.
Licet conualescētes ab egritudine sani existant: eoꝝ tñ corpora nõ sũt fortia sed debilia: sicut sunt debiles imunes a morbo quoꝝ virtutib⁹ accidit fatigatio ⁊ sanguinis priuatio in eoꝝ corporib⁹. 95.
Si sũt macies ⁊ extenuatio corpoꝝ suoꝝ fuerit longi tꝑis ⁊ cronica re-ducanẛ paulatim ad cõsuetudinē ꝓprlã: nec fiat hoc subito ⁊ festinã-ter. Si vero emacerati fuerint ⁊ extenuati in tꝑe breui reducanẛ cele-riter ad solita: est nihilominus gradatim regimen subtiliãdũ donec euasio corporis ipsorum sit manifesta. 96.
Deẛ ergo ei paꝝ ex cibo q tñ laudabilis sit ṽtutis ⁊ chimi. 97.
Et sit in quiete ⁊ tranqllitate eo ꝙ eoꝝ mēbra tenera sint ⁊ mollia. Re-ctificenturq3 eoꝝ aīe bono ꝯsortio ⁊ laudabili sede. Et ministrentur ei aromata ⁊ omnes flores laudabilis odoris. Et gaudeãt ⁊ letentur ipm. Ex hylarantibus rectificenẛ. Et vitet meditationē ⁊ tristitiam. Et ingrediatur tinas in balneo: nec tamen ibi diu sedeat. Et vngan-tur ibi mēbra eoꝝ oleis conuenientib⁹: non tamen cum forti fricatio-ne: nam hec efficiũt in eis colorem innaturalem. 98.
Uires ⁊ virtutes senũ retrocedũt omni die ⁊ ēt minuũtur. 99.
Unde detur eis fortis cibus in parua quantitate sumptus: que scilicet non aggrauet membrum. 100.
Et si ea euacuanẛ nequaꝙ̃ colera educaẛ: sed potius dimittatur: cũ sit in eorum corporibus medicina. 101.
Nec ꝓhibeaẛ eis totaliter flobotomia si iam vsi fuerint ea: imo minua-tur ēt in hoc casu sexagenarius si corpulentus fuerit ⁊ carnosus bis in anno: nec abducaẛ in hoc duob⁹ anni tēporib⁹. Prohibeatur tñ ei oĩno flobotomia ex cephalica: ⁊ sic erit eius regimē bñ ordinatũ. 102.
Cũ etiã peruenerit ad septuagesimũ annũ minuaẛ semel i anno: nec se-cũdetur in eo etiã in corpulētis. Nec etiã ex tũc de mediana minuen-dus ⁊ si fuit corpus eius quasi plenũ: vnde cũ processerit in etate am-plius. 5. annis minuaẛ bis de basilica in duob⁹ annis. 103.

Post hanc aūt etatē est eis oīno flobotomia ꝓhibenda. Nā obest multū senioribus ⁊ decrepitis. Nec etiā sunt eoꝝ apata mitiganda. Nec est etiam attractio in apostematibus eoꝝ fortificanda. 104.

Sunt nihilominus mūdificandi cū fricatiōe ⁊ sudore: dēturq; eis pin gues. s. ficus per interualla: ⁊ mūdificent̄ ēt cū cibis mollificātibus: Destructio aūt eoꝝ cū medicinis est oīno ꝓhibenda. 105.

Qui ergo patitur in aliquo tempore determinato: curetur prius q̄ in currat morbum. 106.

Et curetur cum contrario eius de quo conqueritur. Et commuta tem pus pro tempore. 107.

Si ergo aliquis patiatur in aliquo ex membris suis: attendatur ⁊ reci piatur cura eius ex his que colligam in curis morboꝝ: donec liberet̄ ⁊ mundetur ab illo morbo. 108.

Et si appareat in alicuius corpore signū significans sup morbū futurū: prohibeat̄ attente aduētus eius: qm̄ occulta est cā in corpore ei⁹. Iaz aūt retuli quid significet accidens apparens in corpore: ⁊ de q̄ egri tudine timendū sit ex eo. Unde attente curandū est de eo faciēdo ces sare cās eius ex his que retulimus in capitulo suo. 109.



Postq̄ seruaui contenta ergo sub genere conseruationis sanitatis: nunc incipiam loqui de cura ipsius morbi. Et hoc quidē est vnū ex generibus practice. Hoc aūt fit ob uiando ei cum suo contrario. Ut si fuerit morbi ex cali ditate curetur cum frigiditate. ⁊ econuerso. Et si fuerit ex humiditate curet̄ cū siccitate. ⁊ econuerso. 1.

Curetur ergo cerebri repletio cū euacuatiōe: ⁊ sic fiat de membris aliis ⁊ in patiente obturationez ex opilatione fiat apertio donec eius ma litia fuerit rectificata: ⁊ lenitas corporis nociua exasperetur: ⁊ simili ter asperitas leniatur. 2.

Hic quidem faciam mentionem medicinarum humores educentium per secessum. 3.

Unde referam illaz sup quā dn̄at̄ aliqua cōpositio ⁊ habentē potētiaz educendi aliquē humorē ⁊ hn̄tem vim aperitiuā aut mollificatiuā ⁊ hn̄tem potētiaz vrendi vel putrefaciendi claudēdi ⁊ opilatiuaz ope ratiōis ⁊ attractiuā ⁊ exiccatiuā sanatiuā carnis gn̄atiuā aut sigilla tiuaz ⁊ his similes in virtutibus secūdis ⁊ tertiis. 4.

Educit autem fortiter coleram rubeam scamonea cuius dosis est attra ctio vnius darhan vsq; ad vnuz kirat. habet etiam potentiam super alios humores. Cuius quidem rectificatio fit cum citoniis ne ledat stomachum ⁊ epar. 5.

Detur autem ex aloe solidum vnum: ⁊ si fuerit necesse duplicetur pon dus illud in speciebus conuenientibus: ⁊ si detur multum ex eo re ctificet̄ cum bdellio gūmi ⁊ dragaganto. 6.

Et ex mirabolanis citrinis offeratur in potu vnc. I. ⁊ tantūdem offera tur de violis. Sic etiam fiat de medullis cassiefistu. ⁊ tamarindis. Et

non amplius. 7.
Deni ad hoc dauic.2.ex pulpa colloquintide mundē ⁊ rectificate cum bdellio:⁊ silr̄ fiat cū cucumere amaro qđ est ei silr̄ in hac operatione rectificato cū pondere sui ex ꝯuenienti ad hoc. 8.
Deī aūt. vnc.ʒ.ex sale nitro ⁊ sale.nā expellūt fla. Sed deni ex turbith darhan.2. Et cū dabit in potu ponat inde coctiōe sequali. 9.
Et detur ad minus ex agarico darhan.1.aqua ex granis. 10.
He quidem medicine educunt aquam citrinam scilicet pondus.2. dauic laureole:⁊ pondus vnius dauic euforbij non antiqui: tantundez ex titimallo rectificato sicut rectificaui ipsum aloem: ⁊ etiam potus darhan.1.ex centaurea. 11.
Deī ergo in potu ex sene polipodio epithi̇ma mirabol. indis ⁊ ēt ex fumo terre ⁊ buglosa ꝫm quantitatē quaz ex ea educere intenderis. vn̄ si equalr̄ ⁊ tēperate eam velis educere da.3.v. ⁊ ex lazulo darhan.v. ipse tm̄ est signanter periculosus ⁊ verendus. 12.
Radix aūt veridica eēt vt si posset fieri ministret semꝑ vnica ⁊ simplex medicina in omni morbo: donec eius oꝑatio panderet. Fuit nihilominus necāria ea cōpositio ꝓpter illud qđ nunc dicaz. 13.
Scilicet ꝓpter morboꝝ cōpositionē adinuicē: ⁊ ꝓpter medicinarū adeq̄tionē:⁊ dulcorationē mali saporis ⁊ amaritu.ipsaꝝ. Et adiuuant eaꝝ transitum si fuerit difficilis ⁊ tardus. Et rectificant difficilē glutinationē ipsaruz ⁊ ventris solutionem. 14.
Cum ergo fueris attentus in cōpositiōe solutiuaꝝ pone debitū ordinē ⁊ numerū eaꝝ in compositiōe. Accipe ergo cū ꝓprijs dosibus ⁊ determinato numero medicinas solutiuas sicut volueris rectificatas ⁊ diuide cōsequenter certis portionibꝰ doses eaꝝ:⁊ deī in potu ex ea ꝫm numerū cōponētiū ipsaz ⁊ sic cū fiat sic cōponenī qđ totū cōpositum ꝓpopinet:⁊ sic cōposite seruent necessitati tp̄e oportuno. 15.
Huiusmodi sunt mirta sumac berberis.⁊ ex frigi.mirabol. acatia coralli ⁊ emblici lutū armenicū vel terra ⁊ rumex seu ariꝰ. 16.
Et cuppe glandiū sanguis galliamus. ⁊ balaustia cum spodio mixta:⁊ auellana indica ⁊ coriandrum siccum ⁊ folium cum plantagine.hec enim stiptica sunt actione sua. 17.
Et galle lapatiū ribeos berberis sunt frigida ⁊ ꝯstrictiua. 18.
Scito ꝙ calefaciētes medicine ꝫm ꝙ retulerūt ⁊ expertū est:sunt condi si:tus:piper:cardamomū:⁊ piper longum. 19.
Et cartamū menta squinantū ⁊ cinamomū ⁊ passe montane.i. staphisagria ⁊ capparis. 20.
Et cētonica vrtica ⁊ melissa storax ⁊ ambra. 21.
Et ligni aloes acorus mellilotum cuscute ⁊ zinziber. 22.
Et gentiana:basilicon:peonia:lacca:⁊ reubarbarum. 23.
Et folium laudanum ⁊ bacce lauri ⁊ ameos. 24.
Et anetum ⁊ cataputia ⁊ alcanna tus ⁊ myrrha. 25.
Prassium serrapinum acorus ⁊ anisum. 26.

Et carui ciminum ꝛ semen apij campestris. 27.
Et spica capil.ve.satureia ꝛ darsaan. 28.
Et cassia lignea galanga celidonia ꝛ assaruȝ pix ysopus ꝛ alchitran pi retrum ꝛ balsamus. 29.
Et maiorana ꝛ papauer ru.celicerta calamꝰ aro.ꝛ camomilla. 30.
Et nigella assa fetida terbentina ꝛ sulfur amoniacum synapis nestalle um cubebe costum. 31.
Omne aūt frigidū ꝛ calidū erit siccū vel molle seu humidū. Et ex stipti citate qdē siccitas cognoscet: Ex lenitate ṽo humiditas. 32.
Est aūt apud medicos nota graduū diuersitas. Nam imutatio ꝛ altera tio solo intellectu ꝛ rōne percepta est in pmo gradu. 33.
Omne aūt cuius imutatio sensu pcipit sine violētia hȝ manifestā signi ficationē qd sit in gradu secundo. 34.
Omne aūt qd sui violenti vstione aut stupefactione seu narcoticatione corrūpit qd imutat exiuit a tēperie vsqȝ ad.4.gradū. 35.
Scito ꝙ in omni maturatōe est viscositas cū dolore mediocri ꝛ tēpera to ꝛ pportionali cū calore mēbri in quo maturatio intēdit: cuiusmo di sunt adipes pix ꝛ gūmi pini ꝛ oleū cū cera simul mixta ꝛ oleū cum calida bene mixtū ꝛ agitatū ꝛ frumentū in oleo coctum. 36.
Omnis medicina mollificatiua est fortioris caloris ꝙ sit mēbruȝ in quo mollificatio intendit: non tñ est tante virtutis ꝛ potentie: ꝙ sui disso lutione ꝛ subtiliatione manifestet in corpore nocumentū: cuiusmodi sunt galbanū bdeliū amoniacū storax ꝛ medulla tibie ceruine. 37.
Indurātes qdē medicine sunt sic solatrū lētigo palloꝝ ꝛ silēs his. 38.
Omnis medicina oppilatiua cum caliditate ꝛ siccitate expoliata mani festa: non mordificans membrum cui coniungitur: ꝛ cum hoc terre stris est: aut viscosa. 39.
Est aūt notū ꝙ oīs medicina apitiua icisiua est ꝛ subtiliatiua: cuius sa por est salsus vel amarus: cuiusmodi sunt cepe marine ꝛ radix lilij ꝛ radix puinche sal nitrū capparis ꝛ faba lupina. 40.
Et stipticum quidem potest esse aperitiuum: nullo modo aperiet exte rius applicatum: nihilominus in potu assumptum opilationeȝ ape riet in membris existentem. 41.
Medicina quidem mundificatiua ꝛ abstersiua est minoris subtilitatis ꝙ sit precedens sicut fabe. Fortius tamen eis est dulce sicut mel ꝛ dul ces amigdale. 42.
In omni qdē rarificatōe ꝛ resolutōe existit caloꝛ tēperatus: sicut ē oleū catapntie ꝛ camomille ꝛ oleū radicū feniculi. 43.
Omnis quidem medicina orificioꝛum venarum aperitiua ꝛ mundifica tiua est habens calorem mixtum cum grossitie: cuiusmodi sunt allea cepe ꝛ fella. 44.
Quicquid confert ad obturanduȝ ꝛ constringendū meatus debet esse stipticum ꝛ mordicatione priuatum. 45.
Oīs medicīa vstiua ē magni ꝛ fortis caloris ꝛ vltimate grossitiei. 46.

Omnis

Omnis medicina putrefactiua ē pfecte calitatis ⁊ subtilis sbe. 47.
Medicine aũt carnis diminutiue sunt debiliores pdictis: Sꝫ sigillati, ue vlcerũ abstersiue sunt ⁊ desiccatiue. 48.
Medicina que a tota spē attrahit humorē seu humiditatē aliquam est bezaar ⁊ medicie laxatiue seu eductiue. 49.
Omnis aũt actio medicine attrahētis rōe q̃litatis note fit a calore ipsi⁹ nãli ⁊ subtilitatis substãtie: cuiusmodi sunt ammoniacũ bdeliũ: aut a putrefaciēte sicut in egestionib⁹ ⁊ stercoribus. 50.
Bezaar aũt cōfert cũ superat. aut rōne q̃litatis ꝯuertētis ⁊ immutãtis: aut ex sui nã siue ex ꝓpria: aut eo ēt qd cōfert educēdo per modũ q̃li, tatis necãtis a veneno. Usus autē haꝝ hoc est tpe sanitatis: ideoqꝫ q vtif frequēter eis incurrit inde nocumentum. 51.
Hec medicina calida est ⁊ aperitiua ⁊ mollificatiua. Ex ea etiam est que stupefaciēdo cōfert sicut opiũ ⁊ cetere narcotice. 52.
Post relationē quidē predictoꝝ reperietur relatio tertiaꝝ virtutũ sup, his que cōtingunt ⁊ generanf ex q̃bus est cōminutio lapidis in reni, bus: que q̃deꝫ fit ex oī eo q dissoluit incidit subtiliat ⁊ mollificat: dũ tñ calorē nō habeat manifestũ: cuiusmodi sunt radix aspagi: ⁊ radix arũdinis: ⁊ vitrũ vstuꝫ: ⁊ passe mõtane. i. staphisagrie. 53.
Et similes istis habētes. s. aliquã caliditatē ⁊ humiditatē: faciunt egre, di qd est in pectore per screatum. 54.
Que etiam sunt temperate caliditatis generãt lac. 55.
Et omnis medicina iuuans screatum ꝓuocat dum auctam habuit ca, liditatem. preter q fortius exiccet. 56.
Et he quod omnes ꝓuocant vrinam: acute tamen sunt in hoc certiores ⁊ magis conuenientes. 57.
Postq̃ ergo retulit vires ⁊ virtutes cōpositionuꝫ medicinarũ: incipiã nunc referre modos medicaminum ⁊ antidotoꝝ. Referam ergo oēs modos eaꝝ q̃bus vtunf medici tã in interius assumptis q̃ in exteri⁹ applicatis. Et sunt velut decoctiones pillule sirupus loc linimēta ce rata ablutiones fomētationes fricatiōes stuffe vel pirria balnea tro cisci electuaria suppositoria licinia clysteria stille seu stillicilia inie, ctiones magdaleones dētifricia sternutatoria acciatoria siringa em, plastra ⁊ vnguenta puluere oculoꝝ ⁊ sinapisma: sunt caputpurgia collíria nastallia cũ colatura opiate ⁊ finegia per traiectoriuꝫ ⁊ sine fricatoria sacellationes infusiones trazee cōfectiones. 58.
Omnis morbus quē sumus relaturi existit vniuersaliter in toto corpo, re: aut specialiter in aliquo ex mēbris eius. Qui si fuerit sine mã erit q̃dem cũ cōpositioni sue suo cōtrario eius cura. 59.
Discernitur aũt morbus repleti corporis a morbo pdicto sumēdo expe rientiã ab eo per inuestigationē artificialē si. s. nō assit cũ eo aliqd ex signis super repletionē corporis significantibus. 60.
Si autē cōtingat nocumentũ ex operatione in cura morbi: erit q̃dē me, dicamē simile. s. morbo in cōpositiōe. Et recipiet iuuamētũ ex eo: cō,

trariaꝫ cause efficiēti corruptionē ⁊ morbū seu egritudinē. 61.

Potest etiam sumi significatio super morbū excessu tactus ⁊ debilita-
te operationis. 62.

Et ēt ex eo qđ apparet ex illaudabilibꝰ ſm spēs ⁊ modos suos. Et ēt ex
eo ꝙ videꝫ de supfluitatibꝰ exeūtibus. 63.

Si ergo patiētis vrine fuerint sine hypostasi ⁊ resideētijs: ⁊ pulsus ineq̄-
lis: nequaꝗ̄ ex repletione patieꝫ: sed morbꝰ eius reponeꝫ potius sub
genere morbi inanietis ⁊ cōsumptiui. 64.

Et si dolor sit in aliquo loco specialiter significabit super passionem il-
lius loci. 65.

Sumitur etiam significatio super ipsum ex etate ⁊ ꝯpositione corporis
⁊ ipsius colore ⁊ .iiij. anni temporibus ⁊ eoꝝ cōstitutionibus ⁊ ipsius
ꝓpria habitatiōe ⁊ ciuitatibꝰ eius ⁊ ex eo qđ ꝓcessit de regimie ꝓprio.
ex his enim fit iuuamentū sup cognitionē ⁊ ꝓcognitionē morbi. 66.

Si ergo corpꝰ patiaꝫ de caliditate ledeꝫ qdē ab oī calido. Et tactu cali-
dū reperieꝫ. Eritqꝫ eiꝰ vrina rubea. Et pulsus ingetus cū siti ⁊ labo-
re seu angustia ⁊ vigiliarū instātia: cū motu inordinato: ⁊ habitudie
extenuata: ⁊ colore citrino. Et habitatio meridiōalis ciuitatis: ⁊ eta-
te iuuenili: ⁊ discursu eoꝝ que calorē efficiūt. Pro tāto cureꝫ cū infri-
gidantibꝰ febrē vrētē ⁊ oē qđ laborē infert curātibꝰ. Et sit cibꝰ eius ſꝫ
quātitatē ꝟtutis ⁊ quātitatē eiꝰ qđ appebit ex appetitu ipsiꝰ. 67.

Si ꝟo ex mala ꝯpositiōe frigida patiaꝫ ꝯstat ꝙ infrigidātia oberūt ei.
Et oīa calida ꝓderūt eidē. Eius ēt frigiditas pcipieꝫ sensu tactꝰ. Et
color eiꝰ signāter albꝰ reperieꝫ. Pulsus tardus. Nec patieꝫ sitim: nec
vigiliaꝝ instātiā. Qđ si patereꝫ nō tñ inde molestareꝫ. Et si cū dolore
albo assit lassitas ⁊ mollities corpis: etas senectutis: ⁊ locus quē inha-
bitat fuerit septētrionalis: ⁊ tp̄s anni hyems: ⁊ vsus fuerit in ꝓterito
infrigidātibꝰ: erit qdē significatio certa sup isto. Pro tāto si mediceꝫ
⁊ cureꝫ in aliquo cureꝫ cū calefacientibꝰ. Et breuiter intēdaꝫ in cura
eius ſm curā qua curaꝫ spasmus. 68.

Hic quidē duo morbi nō priuanꝫ altero ex duobus. Unde si fuerit mor-
bus siccus videbis patientē siccū. Et si fuerit humidus videbis pa-
tientē laxum ⁊ spongiosum. 69.

Humiduꝫ ergo exicceꝫ subtiliter: siue fuerit cū caliditate: siue cū frigidi-
tate: Et siccū cū sibi cōtrario rectificeꝫ. Et in omnibꝰ sunt prius aufe-
rende cause efficiētes si fiat reeta curatio. 70.

Cū ergo erit morbꝰ ex replōne: neq̄q̄ curabiꝫ nisi p euātionē. 71.

In oī euātiōe sunt .x. obseruāda: q̄ si nō possint seruari: reguleꝫ tñ quā-
titas ⁊ mensureꝫ ſꝫ exigētiā eoꝝ. Quoꝝ ꝓmū est laudabilis dispō ac-
cidentiū. Et scđꝫ vt sint de repletōe. Et tertiū etas a iuuētute vsqꝫ ad
senectutē. Et quartū ꝯsuetudo enacuādi. Et qntū ꝯsistētia ꝟtutis. Et
sextū tp̄s veris vel autūni. Et septimū ꝙ locꝰ quē ihabitat eq̄lis sit in
oibꝰ ⁊ tpatꝰ. Octauū silr tp̄s pn̄s. Et nonū ꝙ patientis ꝯpō sit calia ⁊
hūida. Et decimū vt corpꝰ bone habitudis sit ⁊ bn̄ carnosuꝫ. 72.

Cũz ratione eius qđ generatũ est in aliquo ex mẽbris corporis volueris ipsuz trahere abinde: trahe ipm per euocationẽ ab ipso mẽbro: aut p attractionẽ ipsius solũ ad alia mẽbra ↄtraria: siue eis eqpollẽtia. Et interdũ fiet eius attractio ad mẽbrũ: habens colligantiã cum mẽbro patiente. Et sic fiat attractio cum vẽtosis positis super mamillas in constrictione menstruoꝝ matricis. 73.
Jam qđẽ pmisimꝰ signa replẽonis ꝛ medicinas eductiuas. 74.
Galienus qđẽ aperiebat venã ꝛ sanguinẽ minuebat cũ erat chimus auctus ꝛ magnificatus. 75.
Fiat igit minutio sanguis in corpe apparẽtibꝰ signis ꝛ potissime cũ apate: seruatis cõditionibꝰ istis. Nõ aũt in alijs humoribꝰ. 76.
Fiat ergo flobotomia in his que intellexit in hoc tractatu ꝛ in morbis illis etiam in qbus ipse fecit eam. 77.
Inchoetur ergo a flobotomia in omni flegmone habito testimonio certo super ipso. 78.
Fiat ergo siue sit in capite interiꝰ vel exteriꝰ necnõ ẽt in tali facto in iũcturis: fiat etiã in apate facto sub auribꝰ ꝛ obtalmia oculoꝝ ꝛ apostematibus lingue mery gingiuaꝝ ꝛ squinãtie: ꝛ in apostemãtibus intestinorũ ꝛ crurũ ꝛ splenis testiculorũ renũ ꝛ vesice: necnon in apate matricis ꝛ vmbilici ꝛ iussarri ꝛ alijs spẽbus rubedinis. 79.
Fiat ẽt in vlceribꝰ capitis ꝛ oculorũ ꝛ rubigine aurũ scabiosa. 80.
Est etiam faciẽda in volatilibus vlceribus pulmonis ꝛ oris ꝛ rasuris ꝛ excoriationibus. 81.
Et fiat in passione intestinoꝝ: cũ tñ ↄstabit de notitia ipsoꝝ: ꝛ cũ erit in eis carnis augmentũ innaturale. 82.
Est etiã facienda in variola vbicũqꝫ fiat ꝛ scabie humida: postq̃ fuerit notum ꝛ manifestũ sicut in variola oris ꝛ oculorum: ꝛ siue in variola in hypocũdrijs generata. 83.
Est ergo facienda in repletiõe venarũ ꝛ egressu sanguis ab eis: sicut in fluxu sanguinis narium: ꝛ in manãte a dentibus ꝛ gingiuis: ꝛ etiam in egrediente ab auribus ꝛ ab ore matricis ꝛ in emorroydibus ani ꝛ menstruorũ ꝛ in sanie rubicunda. 84.
Fiat etiã in dolore capitis vertigine ꝛ fetore oris: necnon in dolore dentium ꝛ casu capillorũz seu allopitia. 85.
Est etiam in membri dissolutione ꝛ spermatis egressu vel expulsione et dolore artuum ꝛ reumate. 86.
Competit etiã in epilepsia ꝛ in zebel vngue ꝛ moro: necnon etiam in casu ꝛ ablatione appetitus. 87.
Et etiam vena est incidenda in passionibus ani ꝛ sedis ancharum sciatica ꝛ dolore stomachi. 88.
Sic etiaꝫ in dolore epatis pungitiuo ꝛ in opilationibus eius. 89.
Intendatur ergo cum regimine ꝛ cura horum morborũ sicut in cura ꝛ regione sinochi cum eductione colere rubee: post flobotomiã ꝛ vsuz ciboꝝ infrigidãtiũ ꝛ fuga calefaciẽtiũ: ꝛ q̇ sãguinẽ auget ꝛ magnificat

ꝛ qđ eis affertur declinet ad stipticitatē: ꝛ ꝓpinenẜ eis acetosa. 90.
Sumanẜ aūt signa sup hāc passionē significātia ex capitulo sanguinis dominiū significātiū. Et in sūma declinare ad infrigidationē ꝛ exiccationē est actus medici expediti ꝛ ingeniosi. 91.
Morbi q ex colera rubea generanẜ sunt sicut vlcera in lubricitate intestinoꝝ contingētia ꝛ permixtio rōnis suffocatio matricis tertiana sciatica ꝛ fluxus sanguinis per secessum. 92.
De tertiana iam fecimus mentionem in his que ꝑcesserunt. Et in summa: febris est calor extraneus per totam corpus dispersus nocēs operationibus suis. 93.
Et tussis ꝛ dolor capitis ꝛ apostema quod ẜm latum ꝛ longuꝫ in corpore dispergitur. 94.
Et fortis ꝛ acutꝰ dolor auriū: ꝛ multitudo scabiei palpebraꝝ. 95.
Et vlcera ꝛ apostemata in iuncturis ꝛ dolor pūgitiuus ꝛ mordicatiuꝰ in eisdem ꝛ fissura digitorum ꝛ panaricum vnguium: ꝛ macule apparentes in corpore lentibus similes: ꝛ morbus cum citrinitate dentium ꝛ vesice dolor fortis. 96.
Et amor heremos ꝛ fluxus sanguinis ꝛ apostema existens in extremitate oculi ꝛ citrinitas cutis variola. 97.
Et macule subtiles ꝛ nigre ꝛ opilationes epatis et apostema matricis ꝛ pleuresis ꝛ casus ꝛ ablatio appetitus. 98.
Et vertigo ꝛ fissura labioꝝ ꝛ dolor vue ꝛ fortis fluxus vētris. 99.
Et vlcus qđ dilatatur ꝛ dubaslet ꝛ tumor existens in ano. 100.
Et pruritꝰ ꝛ variola aut formica: ꝛ herisipilla ꝛ pulmōis vlcera. 101.
In cura quidem horum est sicut in cura febris tertiane procedendum. Educatur ergo colera absq̧ flobotomia. Et attēdatur ad infrigidationem ipsorum sicut in morbis sanguineis. Uerū morbi colerici specialiter humectentur. Nam predicti ambo morbi vniuocantur ꝛ conueniunt in caliditate: necnon etiaꝫ in omni eo ꝙ per eā inferetur patientibus nocumentū. Sumanẜ aūt signa super hos morbos significantia signoꝝ dominiū colere significantium. 102.
Omnis qdē morbꝰ ex hūore flegmatico generatꝰ est sicut aꝑa tumiduꝫ ꝛ laxū paralysis ꝛ relaxatio dolor capitis de frigida ꝛ epilepsia. 103.
Et sicut scabies magna ꝛ grossa ipsius constipatio ꝛ retētio ꝛ tumores colli. i. glādule: ꝛ squāme capitis ꝛ obliuio ꝛ dolor auriū ō frida ꝛ borat ꝛ macla alba seu morfea ꝛ aplica tussis sicca ꝛ tortura oris. 104.
Et sicut elefantis pedū casus appetitꝰ ꝛ pediculi ꝛ tumor ani ꝛ anchaꝝ ꝛ aqua oculoꝝ ꝛ ipsoꝝ dilatatio ꝛ fetor ascellaꝝ. 105.
Ex passionibꝰ vētris sicut lubricitas intestinoꝝ ꝛ vermes. 106.
Uermes etiam ex humore flegmatico generanẜ ꝛ difficultas partus ꝛ secundine ꝛ retentio in eodem. 107.
Et dolor renū ꝛ febris quotidiana ꝛ frigiditas splenis ꝛ epatis ꝛ egressus seu eminētia vmbilici ꝛ passio cū egestiōe saniei. 108.
Et dolor artuū ꝛ nigredo corpis ꝛ viror cutis ꝛ supficiei aut ipsiꝰ fusce,

do ꝛ morbus hydropicus sicut vterina carnosa ꝛ tympanites. 109.
Procedendũ est in cura huius speciei sicut ꝓcedit in cura cõplexionis frigide ꝛ humide. Super cuius cõplexione vtendũ est signis positis in capitulo de signis dominiuz humoris flegmatici significantibus. Estq; vtendum in euacuatione hoꝝ morboꝝ eo qd̃ retulimus in cura p quam euãt flegmaticus humor. Estq; ꝯsequẽter vtendũ in his corporibus his que corpus calefaciũt ꝛ exiccant ꝛ cibo calido ꝛ subtili. Et in summa curent calefaciẽtibus intus ꝛ exterius sicut fit in paralisi cũ pillulis fetidis ꝛ similibus eductiuis. 110.
Omnis morbus ex colera nigra gñatus in corpore est sicut veruca ꝛ febris q̃rtana emorroyde epilepsia polipus ꝛ spasmus: 111.
Et dolor ventris ꝛ cancer ꝛ morphea ꝛ dolor capitis ꝛ vigiliarum instantia. 112.
Et apã durum ꝛ lepra ꝛ qd̃ ex cibo in corporibus corrumpit ꝛ tussis sicca ꝛ splenis durities ꝛ vẽtositas. 113.
Et melancolica passio in capite ꝛ retentio vrine in ea. 114.
Et passio colica allopitia ꝛ morsus cani rabidi. 115.
Ut ficus ꝛ lac coagulatum in corpore ꝛ algor epatis. 116.
Et caninus appetitus ꝛ rimulatio seu ruptura in anchis facta: ꝛ lapis factus in renib⁹ ꝛ vesica: ꝛ tumor anchaꝝ dolorosus ꝛ tumor in duobus lateribus seu hypocundrijs factus: necnõ etiaz tumor in capite auribus palpebris ꝛ pedibus generatus. 117.
Procedat in hac specie morborum ẜm ꝙ ꝓcedit in cura ꝛ regimine lepre. Accipianturq; signa super ipsam ex capitulo signoruz dominiũ melancolie significantium. Euacuent ergo cuz epithimo vel polipodio ꝛ cum alijs que retuli. Si autem vtatur quis calefaciẽtibus ꝛ humectantibus ꝓsperabunt ipsius opera in eisdem. 118.

Ostq̃ iam perfeci primum regimen curationis: incipiaz nunc in operatione manuali. Ex qua faciam primum regimen in venis magnis ꝛ paruis. Et secundum faciam in carne. Et tertium in osse. 1.
Ex genere venaꝝ sunt quedã quas aperim⁹ ꝛ q̃dã quas ligam⁹ ꝛ in pte scindimus ꝛ seq̃stramus. 2.
Est autem mediana aperienda in omni morbo capitis ꝛ pectoris sicut in apostemate ipsius. 3.
Et cephalica superior aperiẽda ẽ in forti dolore capitis ꝛ fluxu sanguinis narium. 4.
Et inferior in medicatiõe nocumẽtoꝝ pectori ꝛ pulmoni ꝯtingẽtiũ. 5.
Et q̃ dicunt almerina ab arabis i malitia morboꝝ splenis ꝛ epatis. 6.
Et in absentia basilice debet funis brachij aperiri. 7.
Uene quoq; tympanoꝝ sunt in ꝯtinuo doloꝝ ipsoꝝ aperiẽde. 8.
Et existẽs post aures in emigranea ꝛ antiquo vlcere capitis. 9.
Sed que sunt in ambabus oculorum extremitatibus in morbis eorum aperiantur. 10.

Et minuatur existēs in supremo capitis in vlceribus ꝛ apostema tibus seu pustulis in superficie ꝛ cute eius generatis. Uene autē colli sunt in lepra aperiende. 11.
Et vena frontis est aperienda in passionibus oculi: ꝛ in continuo dolore capitis: ꝛ tinea. Aperiatur etiaꝫ in parte posteriori existens in continuo dolore capitis: ꝛ existens inter nares meatus nasi ratiōe pustule seu variole faciei: existens sub lingua in squinantia. 12.
Et aperiatur vena cauille in morbis intestinoꝝ sub vmbilico existētiū. Ex saphena existens in tibijs in morbo cruriū. 13.
Et minuat sciatica in sciatica: ꝛ vena pedis in accītib⁹ eius. 14.
Uene quoqꝫ pulsatiles sunt in dolore capitis incidēde ꝛ sequestrande: ꝛ in dolore oculi cum etiam timuerit ex violentia morbi ex fluxu ꝛ descensu aque ad locum. 15.
Cum etiam generabitur apostema: ex apertione enim ipsius preter ꝙ fluat sanguis ex ipsius superficie incidemus ꝛ sequestrabimus eam vel cauterizabimus ipsam: aut siquis maluerit minuatur aut omnino abscindatur ꝛ sistatur fluxus sanguinis ab ea cū ligatura vel cauterio: deinde curetur cum medicinis quibus vulnera curantur: donec sanitati fuerit restitutus. 16.
Ex operibus autem in carne facienda sunt sacrificatio incisio ꝛ cauterizatio. Sūt ex scarificationibus quedaꝫ qbus fluit sanguis a superficie cū ventosis: ꝛ hoc corporib⁹ patiētib⁹ vlcera ꝛ variolas. 17.
Ponimus autem ventosas sine scarificatione in eo in quo intendimus solum euulsionem ꝛ diuersionem materie. 18.
Et interdum coniungimus eas vacuas: ꝛ interdum cuꝫ toto vrente ad consumendum illius loci ventositates ꝛ ad rectificandum membrorum malitiam cum caliditate. 19.
Quod scinditur est sicut claui ꝛ altezar. 20.
Et omne quod superfluit ꝛ putrefit in extremitatibus sicut basbeia nasi: ꝛ digitus superfluus aut inseparabilis coniunctus: ꝛ coniunctio palpebrarum. 21.
Et vuea eminens: ꝛ preputium claudens cannalem virge. 22.
Et caro in vlcere innaturaliter aucta ꝛ putrefacta: ꝛ vlcus ex contusione putrefactum. 23.
Est etiam abscindendum quod innaturaliter augetur in lingua: ꝛ qđ cadet in auribus. 24.
Est etiam caro incidenda super vitiū in membro fixum ꝛ profundatū: spinam aut festucam vt inde predicta extrahant. māme etiaꝫ hosum abscindant ꝛ varices in tibijs apparentes. 25.
Et boaissar ꝛ nouaissar. 26.
Et ꝙ fuerit iaꝫ denigratū ex pinguedine aut putrefactū ex carne. 27.
Et etiam omne illud de quo elongatur vulua. Et omne quod augetur super gingiuas. 28.
Abscindatur etiaꝫ caro vene madan. Et omne quod nobis aures clau-

dit ⁊ obturat: 29.
Et omne qđ existit super visum ⁊ velat ipsum. Et qđ denigrat in nobis ex preputio. Et qđ claudit anum: ⁊ tussea: ⁊ satera: ⁊ tuffra: ⁊ non habens sexum manifestū: ⁊ ruptura vmbilici. 30.
Et vulnus quod contingit ex omni eo qđ scindit vniuersaliter: cura cū sutura. Et omne membrum vulneratū consolidando. 31.
Omne corpus cauterizatur ad sistendum emorosagiam sanguinis a vena pulsatili aut apertione vene magne fatigante medicum in sistendo fluxum sanguinis ab ea. 32.
Fit etiam in corporibus humidis ad exiccandum ea ⁊ in carnibus laxis ad indurandum eas ⁊ ad calefaciendū corpora infrigidata: necnon ad tollēdū humiditates egredientes a natura. 33.
Utimur quacunq; perforatione ad extrahendum humiditatem nociuam sicut saniem quam sic extrahimus ab apostemate: ⁊ sanguinem alicubi corruptum: ⁊ aquam ab oculo vel grandinem: ⁊ aquam a capite: ⁊ nodum. 34.
Et sicut in hydrope ⁊ hernia aquosa ⁊ carnosa. 35.
Quicquid fit per operationem in osse est sicut in fractura aut dislocatione ipsius. Curabimus autem quamcūq; fracturam cum consolidatiōe ipsius ⁊ reductione ipsius fracture in osse donec inde ad ꝓprium situm reducatur ⁊ ablatione cuiuscūq; pūgentis ⁊ mordicantis ipsum: ⁊ ligatura manu facte que laborem neq; molestiam inferat. s. non minus forti aut debili. Inchoetur autem fasciatio ī medio ipsius ⁊ fortificet strictura super amplius ⁊ liget: ⁊ superaddantur puluilli ⁊ desuper astelle coniūctim. 36.
Subtiliabimus quoq; dietam eius a principio ⁊ in fine ingrossabimus eam quatenus bene restauret. 37.
Est autem cauendum a principio ne apostema calidū generetur diuertendo ⁊ attrahendo ad locū fracture quod infunditur ex sanguine toto posse: ⁊ prohibendo fluxum eius cum omni frigido competenti ⁊ prohibendo donec curatus fuerit motum patienti. Cura enī eius sine longa quiete non perficit. 38.
Cura aūt dislocationis est cum eo qđ trahit ipsum os dislocatum donec ipsum ad locū ꝓpriū redire faciat. 39.
Postquam autem reductum fuerit sic ligetur stricte ⁊ stet sic quanto tempore dicemus. Et vescatur stipticis medicinis. Et comedat patiens cibos acetosos: donec fuerit securus ab apostemate: nec timeatur de collectione sanguis. Continuetur autem caua ista ad minus per mensem vnum ⁊ interdum amplius per. x. dies. Iam ego perfeci curam omnium morborum. Et ex nunc abscindā sermonem meū ex quo iam perfeci librum istum. 40.

Incipit tabula Tractat⁹ Noni Almāsoris: nonagitaqnq3 ꝯtinēs capl'a.

¶ Finis tabule tractat⁹ noni Almā-soris.

¶ Incipit tractatus nonus Almāso.

¶ De cephalica ⁊ emigranea. Ca. j.



Quando rubedo ⁊ tensio ⁊ grauedo in facie ⁊ oculis cū istis affuerint ⁊ tact⁹ calidus sentit ⁊ pulsus fuerit magn⁹ ex cephalica minutio faciēda ē in pte in q̄ est dolor vel in q̄ dolor magis īfestat. ℣ Deīde aq̄ ro. ⁊ oleū ro. ⁊ acetū sumant ⁊ sil' mixta agitent donec inspissentur: ⁊ sup niuē īfrigidata sup caput fundāt. ℣ Eger vero a carne abstineat ⁊ vino: ⁊ comedat adesfiaz citrinā ⁊ tapsil' ⁊ olera frigida ac fructus frigidos. ℣ Vēter aūt soluat ex mirabolanis citrinis ⁊ prunis ac tamarindis ⁊ zuccaro albissimo: qꝫ si ista nō sufficiūt semina maluauisci in aceto posita agitent quousqꝫ ad spissitudinē pueniāt ex qb⁹ ēpl'm capiti supponat: ex psilio quoqꝫ ⁊ aceto empl'm fieri vtile ē. ℣ Si aūt cū istis fuerit in pulsu velocitas ⁊ in tactu sentit caliditas: sꝫ neqꝫ in facie neqꝫ in oculis fuerit rubedo neqꝫ tēsio: in pncipio soluat vēter: deinde fiāt ea q̄ diximus. Narib⁹ aūt inijciat oleū viol'. aut oleū cucurbite dulcis: aut nenufaris oleū: aut oleū de florib⁹ salicis: quoꝝ qdlibꝫ sup niueꝫ infrigidatū capiti supfundat ⁊ nutriat vt pdixim⁹. Eger quoqꝫ odoret cāphorā ⁊ aquā ro. ⁊ salices ⁊ violas ⁊ his silia. ℣ Qd si egritudo multū inualescat: sumat opij ⁊ cāphore vniuscuiusqꝫ qntū pōderāt duo grana ordei: q̄ dissoluta in oleo de salicib⁹ mittant in nares ⁊ aures. ℣ Qd

si cũ soda nõ fuerit aliqđ eoꝝ que diximus de rubedīe in facie: fueritqꝫ
egritudo antiqua: in pͥncipio vēter cũ pillulis cochijs soluaꝑ: quas ego
feci. ¶ Pillule cochie. ℞. pulueris pigre. ʒ. x. collo͂qntide. ʒ. iij. ⁊ tertiã:
scamonee. ʒ. ij. ⁊. ʒ. turbith sticados. añ. ʒ. v. fiat pillule ex istis: ⁊ sũt do-
ses. x. ¶ Postq̃ vo vēter solutus fuerit īfundaꝑ caput ex oleo sambaci-
no ⁊ oleo de ben: ⁊ mittaꝑ in aures. ¶ Eger quoqꝫ odoret algariã ⁊ īsuf-
fleꝑ muscus in narib9. ¶ Qđ si egritudo multũ īfestauerit: sumaꝑ eufor-
bij ⁊ castorei amboꝝ. añ. sexta ps. ʒ. i. ⁊ dissoluta in pauco oleo sambaci-
no mittanꝑ in nares ⁊ aures. ¶ In cephalea vo calida empl̃m hoc frõti
⁊ timporib9 ē īponēdũ. Empl̃m in cephalea calida. ℞. semis lactucaruꝫ
fieꝑ menithe sandalũ rubeũ ⁊ albũ saufel rosas opiũ: fiat ex eis empl̃m
postq̃ aceto ⁊ aq̃ ro. ꝯspersa fuerint: ⁊ frõti īponaꝑ sup qđ mittaꝑ pãn9
aceto ⁊ aq̃ ro. īfusus. Qui cũ tepefactus fuerit iteꝝ īfundaꝑ ⁊ desuppo-
naꝑ. ¶ Linimētũ vo cephalee frigide. ℞. castoreũ euforbiũ pip sinapim
storacē ruthã marubiũ: q̃ siccata ⁊ pulueriꝫata ⁊ ēt triconizata misceaꝑ
⁊ ꝯspergantur vino veteri ex quibus fiant trocisci ⁊ desiccenꝑ. Lũqꝫ ne
cesse fuerit ex vno in vino veteri: aut oleo costino vel camomellino disso
luto: frons multotiens liniaꝑ. Hoc enim linimentũ omni antique cepha
lee confert nõ solum suppositũ: sed etiam auri iniectuꝫ que sequiꝑ illud
tēpus postq̃ in aliquo de predictis oleis resolutuꝫ fuerit. Egro vero vi-
num vetus ⁊ forte dandũ est. ¶ Lũ aũt cephalea per hebdomadã vnam
perseuerauerit eger in balneũ mittēdus est atqꝫ super caput ipsius aq̃
in qua camomilla ⁊ sansucus ⁊ sticados arabicus ⁊ nemen cocta fuerit
simul aut sigillatim infundēda est. ¶ Qđ si cephalea quottidie ante co
mestionem inuadat ⁊ post comestionem recedat succurrendum est in-
firmo ante horã qua venire ꝯsueuit dando eis bucellas panis in succo
granati: aut vue acerbe: aut hoꝝ similiũ infusas. ¶ Si autē cephalea cõ
tingat ꝑpter multã in sole morã sufficiēter ex oleo ro. ⁊ aceto infrigida
tis curari poterit: que tamē si ex hoc nõ quieuerit: ex alijs infrigidanti-
bus curãda erit. ¶ Si aũt soda adhuc perseuerauerit ⁊ fortior fiat neqꝫ
vllo mõ remoueaꝑ ⁊ timeatur ne eger visum amittat ⁊ aqua ad oculos
descēdat: timporum arterie sunt incidende ⁊ extrahende. Hoc tñ quod
nunc loquimur est preter nostrã intentionem in hoc libro.

¶ De scothomia. Cap. 2

CUm aliquis illud qđ ante eũ est circulariter moueri viderit: ⁊ ocu
li tenebrescunt ⁊ cadere voluerit. ⁊ facies ⁊ oculi rubuerint in ea-
dē hora: vene quoqꝫ que sunt post aures grosse appuerint: ex ipsius ve-
nis facienda est flobotomia. Et vētose in collo ⁊ tibijs sũt ponēde. Qđ
si predicte vene non apparuerint ⁊ facies fuerit rubea: sanguis ex basi-
lica erit minuendus: ⁊ ventose in tibijs erunt ponende.

¶ In hac preterea scothomie specie ⁊ in ea quã ante diximus caput ex
oleo ro. ⁊ aceto est infundendũ. ¶ Eger quoqꝫ calida cibaria vitare dꝫ.
Uenter vero ex apozimate mirabol. citrinoꝝ qđ in ca. de cephalea dixi
mus soluendus est. ¶ Lũ aũt neqꝫ in facie rubedo neqꝫ febris cum sco-

tomia fuerit: attendēdū est an sit stomachi subuersio ⁊ nausea: que si af fuerint prius vomere cogēdus est: deinde de pillulis cochijs dosi3 vnā sumat: ⁊ a frigidis abstineat cibis. ¶ Si aūt neq3 anime subuersio neq3 nausea fuerint: neq3 caliditatis signa apparuerint: vēter ex pillulis co chys multotiēs soluat. Cibaria quoq3 frigida omnino vitet. Et garga rismus fiat quo flegma deponat: ¶ In naribus quoq3 post illud pona tur aliqđ de his que nominauimus quo caput calefiat.

¶ De frenesi. Capl'm.3.

Quando aliquē febris ꝯclusa inuaserit cū forti capitis ⁊ oculoꝝ grauedine: ⁊ in facie atq3 in oculis vehemēs fuerit rubedo ⁊ ca pitis dolor ⁊ horror luminis affuerint ⁊ in pulsu velocitas ⁊ frequētie sup̄fluitas inueniant: signa frenesis certissima iudicabuntur. Qđ si lin gua nigra aut citrina fiat: ⁊ pmisceat intellectus: ⁊ multū fuerit aliena tus: ⁊ vigilauerit multū: iam frenesis perfecta erit. ¶ Egro igit anteq̄ predicta compleant accūtia est subueniēdū ex sanguinis detractione ⁊ ventris solutiōe cū succo fructuū. Nutrimētū vero eius sit aqua ordei semel aut bis in die sumpta s3 cōsuetudine3 quā in tpe sanitatis hūit. Caput aūt oxirodino īfundēdū erit. ¶ Qđ si multe affuerit vigilie su matur violaꝝ siccaꝝ corticū papaueris albi ordei excorticati seminis la ctucarum radicu3 mandragore oium. aā. ℳ.i. Que oia in cucuma ple na aqua tādiu coquant donec aqua rubea fiat. Deinde aq̄ illa dum est tepida ab alto super caput fundat ⁊ sit caput super ciminile in quo aq̄ colligat: q̄ i cucuma posita iteꝝ sup caput fundat. ¶ Hoc aūt omni die multotiēs fieri conuenit. ¶ Caput p̄terea ex oleo violato muliebri lacti ammixto inungendū erit: qđ etiā in coto positū est supponendū. ¶ Cu3 aūt eger in principio huius egritudinis in viriu3 fortitudine pmanere inuentus fuerit: flobotomādus erit nisi sup infirmū timueris. ¶ Post q̄ vero eius egritudo minui cepit nequaq̄ flobotomet. Qđ si ei⁹ iā dis soluta est virtus: ex alio preseruet regimine donec euadat.

¶ De apoplexia. Capl'm.4.

Cum aliqs quasi dormiēs iacet: ⁊ sine somno stertit: ⁊ cū pūgit nō sentit: ⁊ tūc iā patit apoplexia3. ¶ Est aūt hui⁹ egritudis q̄titas: s̄m q̄ fortiter aut debiliter stertit. Si tñ spuma ab ore exierit: nō ē ei me dicādū. Cū aūt paꝝ stertit egritudo ē leuior. ¶ Hec qdē passio aut cito īterficit: aut in paralysi3 trāsit. ¶ Cū ergo ista visa fuerit: attēdēdū erit an patiētis facies multū rubere: aut denigrari: aut viridis fieri videat. quēadmodū ꝯtingit cū sanguis in aliquo mēbro ex coartatiōe retinet. Tūc.n. sanguis illico ex duab⁹ guidegi extrahēdus ē: aut ex duab⁹ ce phalicis. ¶ Qđ si ita nō fuerit imo cum aerē attrahit: audit in pectore oregmō: ex hoc clysteri erit clysteri3ādus. ¶ Qđ. ℞. collogntide botho marien cētauree minoris arthanite ellebori albi oiu3. aā. ℳ.i. Coquā tur oia in.iij. lib'. aq̄ donec ad vnā redeāt. Deide colent: Et ex media li bra hui⁹ apozimatis fiat enema: qđ si cito exierit fiat iteꝝ donec humoꝝ multitudo sic cū eo exeat. ¶ Narib⁹ quoq3 cōdisi ⁊ elleborus albus sua

ulter insufflent. ¶ Et est ingeniādū vt anacardinū cū idromelle per os ad stomachū multotiēs descēdere cogat quaqz die semel: ex quo vnius aurei pōdus in potu sumēdū est. Cui⁹ descriptio est in capl'o de palysi. ¶ Sartago p̄terea ferrea calefaciēda est ꝛ capiti multotiens adeo vicināda: vt patiētis capilli adurant. ¶ Qđ si hoc mō nō sanat: in medicādo plus laborabimus: caput nāqz rademus ꝛ ex sinapi trito ꝛ castoreo ꝛ fortissimo aceto liniemus. ¶ In prima aūt huius passiōis specie post flobotomiā stringemus fortiter adiutoria ligādo supius paꝝ sub coniunctione ipsoꝝ cum spatulis ꝛ stringemus tibias silr. ¶ Capiti quoqz superfundendū est oleum roseuz ꝛ acetū vini: ꝛ flobotomia faciēda p̄us in pedibus: ꝛ postea in nasi extremitate.

¶ De graui dormitatione. Capl'm. 5.

Cum aliqs quasi dormiēs iacet: ꝛ tn̄ sentit ꝛ mouet sed oculos sēper h̄z clausos: quos tn̄ dū vocat cū clamoꝛ apit: lz iteꝝ statiz claudat: iā patit subeth q cuz clysterib⁹ acutis q̄ pauloante noiauimus: curādus est. In os quoqz ipsi⁹ mittemus idromel ꝛ laborabim⁹ vt descēdat. Ipz. n. nutrimētū existit ei⁹. ¶ Caput p̄terea vsqz ad diatritū p̄mū oxirodino īfundemus. Post tertiū vo diē sternutatōez ꝓuocabimus ex his q̄ noiauim⁹: ꝛ radem⁹ caput: ꝛ liniem⁹ ex sinapi: ꝛ castoreo: ꝛ aceto.

¶ De stupidis qui semp h̄nt oculos aptos. Cap. 6.

Cum aliquis quasi dormiēs iacet: ꝛ non mouet: ꝛ lz oculi sint apti palpebras tn̄ nō mouet: cōgelatus est siue rigidus. ¶ Curādus vo est ex medicinis subeth: hoc tamen addito vt oleum sambacinū sup caput fundat in omni libra cuius sit vncia euforbij. ¶ Ipsuz quoqz caput ex castoreo ꝛ euforbio ꝛ oleo sambacino liniatur.

¶ De paralysi. Capl'm. 7.

Cum aliqs se mouere nō valz: aut vnū vel plura ex mēbris mouere nō pōt: atqz eoꝝ sensuz amisit: ipz paralysiz illi⁹ mēbri: aut mēbroꝝ icurrisse ꝓnūciam⁹. Cui⁹ curā icipiem⁹ pillulas fetidas q̄s ego cōposui dādoqz. ℞. pulueris pigre. ℨ. x. colloqn. iterioris. ℨ. v. euforbij. ℨ. ij. ꝛ. ß. castorei pipis asse serapini oppopōaci seltaragi idi sinapis oiuz. ʒ. aā. ℨ. i. cētauree mio. elacterij amboꝝ. aā. ℨ. v. gūme in succo ruthe dissoluant: ꝛ alia ex eis ꝯficiant ꝛ fiāt pillule ꝛ fiāt ex eis decem potiones. Quaꝝ vnā postq̄ eger sumpserit: p tres dies qescat. Et nutriat tūc cuz aq̄ ciceris ꝛ oleo ꝛ sinapi. Et deide bibat aliā. ¶ Qđ postq̄ ter fecerit: p aliquot dies qescat. Et nutriat carne frustatiz icisa ꝛ i sartagine frixa: ꝛ mutagenat: in quibus sint specie calide vt piper ꝛ his similia. In potu vo sumat idromel. ¶ Membra quoqz eius ex oleo costino inūgātur. Qđ. ℞. costi vnc. i. piperis piretri euforbij: oium trium. aā. tertiaz vnc. i. castorei vnc. ß. dissoluant oia in. ß. lib. olei de cheiri: aut de narcisco: ꝛ vtere eo. ¶ Diebus vero qbus qescit: quaqz die dande sunt due. ℨ. de anacardino: qđ. ℞. zinziberis: piretri: nigelle: costi: melanopiperis: macropiperis: oggi: oiuz. aā. ℨ. xx. mirrhe ruthe sicce asse aristologie baccarū lauri castorei seltaragi idi sinapis gētiane oium. aā. ℨ. v. mellis ana-

cardi.ʒ.v.vngant ex oleo nucũ:⁊ cũ melle cocto ꝯficiant. Hoc enim me-
dicamẽ valde ꝯfert paralysi apoplexie torture ⁊ tremori albaras morfi
bus scorpiõis:⁊ oibꝰ passiõibꝰ frigidis:⁊ spasmo humido. Cũ aũt sumũ-
tur:illico ꝓuocat sudorẽ:⁊ īfert febrẽ. ☞ Qđ si sumptũ nõ affert sanita-
tẽ:eger ab omni medicamīe ꝑ decẽ dies abstineat excepta dieta:deinde
ad ipsiꝰ curá redeũdũ ẽ. ¶ Qđ si palysis ex ꝑcussiõe:aut casu euenerit:
⁊ acciderit subito:taliter ꝑmanebit. Nũq̃.n.sanabit. ☞ Qđ si nõ repẽte
ex ꝓdictis ſʒ paulatim ⁊ molliter iuaserit:loco ꝑcussiõis emplm̃ hoc ap
ponẽdũ erit:qđ. ℞.farinã fenugreci:semẽ ben:semẽ maalep:semẽ resin:
bdelliũ:ámoniacũ:adipẽ anatis:cerã:oleũ de lilio:ex his fiat emplastrũ
⁊ supponatur.

¶ De stupore ⁊ tremore. Cap.8.

Cum aliqs sentit aliqđ suoꝝ mẽbroꝝ sicut ẽ dispositio pedis cũ fit
stupidus:dicimꝰ i illo mẽbro stuporẽ eẽ:quapp eiꝰ cura nõ ẽ diffe
rẽda. Qñ.n.ꝓlõgat tp̃s huiꝰ egritudinis ꝑducit ad paralysim. Curat
aũt hec passio ex aliq̃ ꝑte medicinaꝝ palysis ⁊ cũ dieta ⁊ vnctiõe ex oleo
costio. Qđ si īueterauerit passio:eger ex pillulis fetidis purgádꝰ erit:⁊
ꝯplexio equáda cũ anacardino ⁊ dieta. ☞ Tremor aũt ex eisdẽ curat ex
qbus sanat stupor. Sʒ si ex supflui vini potu euenerit:eger ab ipso erit
abstinẽdus. Silr si aquã q ex niue dissoluit bibẽdo hanc incurrerit pas-
sionẽ ab ipsa abstineat:⁊ balneũ calidissimũ igrediat:in quo rádiu mo-
raʒ faciat donec sudet:a quo cũ egressus fuerit in sole assidue moret.

¶ De tortura oris. Caplm.9.

Cum hoīs os ꝯtorquet ⁊ vnũ de oculis suis claudere nõ valet ⁊ si
precipit ei vt sufflet:flatus ab vna tátũ ꝑte exire vr̃:ipm tunc ꝯtor
sionẽ pati dicimus. Cuiꝰ curá incipiemus cũ solõne ventris ex pillulis
fetidis. Nutrimẽtũ vͦo eius atqʒ ipsius potũ ordinabimus:vt in cap.de
paralysi diximus. ☞ Egrũ ꝑterea quottidie in mane añq̃ comedat sina
piʒ cũ sirupo acetoso gargarizare faciemus ⁊ mittemus eũ in domũ ob-
scurá:⁊ ꝑcipiemus vt vná nuceʒ muscatá in parte oris q̃ torta est teneat.
☞ Naribus quoqʒ tunc insufflabimus condisi vt sternutatio prouocet.
¶ Spondiles quoqʒ colli eius ⁊ faciem eius ⁊ frontẽ ex oleo costino in-
ungere ꝯuenit. Est quottidie de anacardino vnius aurei pondus sumẽ
duʒ. Et si passio hoc mõ soluta non fuerit:ad ventris solutionem ⁊ egri
preseruationem redeundum est. ☞ De tortura vero que non repente sed
paulatim accidit non loquimur:ipsa náqʒ non contingit nisi in frenesi
pernitiosa morte iam imminente ⁊ est ex siccitate.

¶ De spasmo. Cap.10.

Cum aliqđ mẽbrũ alicuius ꝯtrahit ⁊ ad suá redit originẽ aut ple-
raqʒ ex mẽbris sic disponunt:ipsa spasmata esse ꝓnunciabimus.
☞ Spasmus aũt subito aut paulatiʒ īuadit. Sʒ spasmo subito eueniẽti
eadẽ preparáda ẽ cura quá paralysi ꝯferre diximꝰ. In eo tñ fricatione
manuũ ⁊ inũctiõe ex oleo costino plus vtimur. ☞ Spasmus vͦo q nõ re-
pẽte sʒ suauiter accidit post febrẽ:aut post multá vẽtris solõnẽ:aut mul
tũ vomitũ:aut sanguinis fluxũ malus ẽ ⁊ vix curabilis. Quicqđ tñ ac-

cidit ei mederi incipiemus. Egro nãq3 ordei aquam ꝛ iura vnctuosa ꝛ mollia administrabimus: ꝛ in aquã dulcem tepidã ipm mittemus: ꝛ inungemus ex oleo vio. tepido: ꝛ oleo de seminibus cucurbite: ꝛ precipue neruoꝝ radices in qbus spasmus existit. In tina quoq3 diu moretur ꝛ ex oleo viol. inungatur. De vino bibat patiens parum: qđ tamen multũ habeat aque admixtum: ꝛ cibis nutriatur humidis.

¶ De epilepsia. Caplm. II.

Cum aliqs cadit in terrã ꝛ torquet ꝛ cõmouet ꝛ intellectũ amittit: dicim⁹ ipm epilepticũ fore. Quia si spuma exit p os aut se cõmingit aut sperma egredit aut egestio: passio tũc ẽ grauior ꝛ vehemẽtior. Si aũt eger añ accessionez sentit: q̃si aliqđ ex aliquo suoꝝ mẽbroꝝ eleuari ꝛ ascẽdẽdo caput petere: ꝛ deinde sincopizat ꝛ cadit: tũc oꝫ in hora q̃ sentit illud añq̃ illđ accidat: mẽbrũ qđ pdiximus a quo pcedit fortiter ligare: phibebit nãq3 hoc accessionẽ venire. In tpe vo qetis corpus multotiens erit euãdũ cũ pillulis cochijs. ¶ Et loc⁹ a quo exorit passio ex sinapi ꝛ pipe ꝛ euforbio ac melle anacardi erit epithimãdus: ꝛ epithima dimittẽdũ erit donec loc⁹ vesicet ꝛ vesice rũpant: ꝛ aq̃ q̃ in eis ẽ collecta effluat. Ipse quoq3 nõ cito sũt ꝯsolidãde gnimo dimittẽde vt qđ in eis colligit emanet deĩde ꝯsolidẽt. Hoc. n. oĩno hui⁹ egritudis certa salus existit. ¶ Ad vltimũ ẽt vẽt ose cũ pua scarificatiõe superponere vtile est. ¶ Eger vo si añ accessionẽ nauseã aut tristitiã aut cordis tremorẽ sentit: ꝛ deĩde egritudis accessio seqt: cogẽdus ẽ multotiẽs vomere ex aliquo vomitu. Deĩde pigrã in potu sepe accipe ꝯuenit. Stomacho quoq3 eplz ex spica ꝛ rosis ꝛ mastice ꝛ cortice thuris cũ vino odorifico ponẽdũ est. Nutrimẽtũ vo ei⁹ totũ taliter statuẽdũ ẽ vt paucaꝝ sit supfluitatũ: sicut caro frixa in sartagie: ꝛ caro cocta in gazol ꝛ cib⁹ q fit de aue q̃daꝫ q̃ hꝫ in palato dẽtes ꝛ vocat taguid ꝛ caro de volatilibus ꝛ edina. ¶ Quia si cũ epilepsia sensuũ affuerit debilitas: nec aliq̃ de pdictis significatiõib⁹ inueniat: egro pillule cochie multotiẽs sũt tribuẽde. Et eius ꝯseruatio subtiliãda ꝛ cibaria q̃ diximus dãda. ¶ Gargarismus quoq3 fieri dꝫ. Et sternutatio ex his q̃ diximus puocãda: ac narib⁹ peonie puluis subtilissimus q sit sic̃is alcohol insufflãdus. Siqs aũt cũ epilepsia i facie ꝛ oculis rubedinẽ habuerit: ꝛ venaꝝ grossitieꝫ: flobotomãdus erit a saphẽa. Sanguis autẽ ex carnositate tibiaꝝ cum ventosis erit extrahendus. Capiti preterea oleum ro. ꝛ acetum superfundatur. Et abstineat a vino ꝛ a cepis ꝛ alleis ac sinapi ꝛ porris ꝛ apio ꝛ fabis. Et cauebit postremo ab oibus fumũ caput ascendentem ꝛ repletionem generantibus.

¶ Electuarium qđ omni speciei epilepsie remedium affert. ℞. piretri siseleos sticados oium. añ. ʒ. x. agarici. ʒ. v. cordumeni recẽtis ꝛ acuti asse optime aristologie rotunde omniuꝫ. añ. ʒ. I. ʃ. deinde extrahatur succus ex squilla mixtus cum pari quantitate mellis: coquatur ꝛ conficiatur ex eo species ꝛ fiat electuarium ex quo patiens quottidie sumat ꝛ caueat sibi a cibis grossis.

¶ Electuarium hoc omnibus epilepsie speciebus excepta vna sanguĩ-

nea quã Gal. nominauit: ⁊ nos etiam iam fecimus mentionẽ: opitulaꝛ: cui dixit conferre flobotomiã ex saphena prius ⁊ postea ex basilica: deinde cuius regimẽ sit ex his que sanguinẽ in corpore minuũt ⁊ ipm̃ īfrigidant. ¶ A carne preterea ⁊ vino abstineat ⁊ bibat rob acetosoꝵ fructuum: capiti quoqꝫ supponantur ea que ipsum infrigidant.

¶ De incubo. Capl'm. 12.

CUm quis in somno quasi rem grauē aliquid super se cadere senserit: incubum pati denunciandus est. ¶ In ipsius itaqꝫ cura nõ est tardandum: ipse enim epilepsie preambulus est: ipsaꝫ quoqꝫ p̃cedit. ¶ Eger ergo si in colore rube⁹ fuerit ⁊ venas hũerit plenas ex saphena erit minuendus: ⁊ ventose in carnositate tibiaꝶ ponẽde sũt. ¶ Eger p̃terea a potu vini: ⁊ rerũ dulciũ comestione abstinẽdus erit: ⁊ p̃cipue ab omni re que multũ generat sanguinẽ. ¶ Qđ si huic ꝯtrariũ acciderit: venter ex pillulis cochijs multotiens erit soluẽdus: ⁊ eius regimẽ subtiliandũ: exercitio quoqꝫ vtendum erit: ⁊ mẽbra inferiora erũt fricãda.

¶ De melancolia. Capl'm. 13.

CUm alicui cogitatões male sine cã manifesta acciderint: ⁊ timor ⁊ tristitia in eo preualuerint: melãcolie principiũ in eo erit. Cũ autē res ad hoc deuenerit: vt ẽt ea que cogitare cepit ore ꝓmat: verbaqꝫ sua atqꝫ actus pmisceat: iã melãcolia ꝑfecta ẽ. ¶ Cui ergo he male cogitationes ⁊ tristitia ⁊ tribulatio accidũt anteꝗ̃ p̃ualere incipiãt: succurrendũ est. Quia si p̃ualuerint: cura erit difficilis. Qđ si cum melãcolia fuerit dolor vẽtris ⁊ inflatio: ⁊ malus color: ⁊ digestiõis corruptio: ⁊ vomitus acetosus: ⁊ excreationũ multitudo: īcipiẽda ẽ cura cũ flõmia ex basilica: aut saluatella sinistre manus. Et si sanguis visus fuerit niger dimittaꝛ egredi in ꝗ̃titate multa. Subtilis autẽ ⁊ rube⁹ si fuerit: illico restringẽdus erit. ¶ Eger ṽo ex reb⁹ leniẽtib⁹ est nutriẽdus: vt sũt alesfidabegi q̃ fiũt ex carne edina ⁊ arietina: ⁊ mittẽdus est in balneũ ī quo nõ diu moreꝛ. ¶ Post hec aũt decoctiõe de epithimo quã ego composui vtaꝛ: ⁊ hec ẽ decoctio de epithimo. ℞. mirabol. indoꝶ. ℥. x. polipodij. ℥. ʒ. sene. ℥. viij. turbith. ℥. iiij. sticados. ℥. x. passulaꝶ enucleataꝶ. ℥. x. epithimi cretẽsis. ℥. x. Oĩa excepto epithimo in trib⁹ libris aq̃ coquẽda sũt donec ad vnã librã ⁊ mediã redeãt. Cũqꝫ hoc factũ fuerit: addaꝛ epithimum ⁊ illico ab igne remoueanꝛ ⁊ dimittanꝛ donec īfrigidari ceperit. Cũqꝫ infrigidata fuerint: manib⁹ fricata colenꝛ. Deinde sumanꝛ agarici due tertie. vnc. 1. aloes. ℥. 1. salis indi. ℥. ʒ. ellebori nigri q̃rta. 1. ℥. ꝯficianꝛ cũ melle aut cum iuleb ⁊ fiãt ex eis pillule que per tres horas ante decoctionis acceptionē sumende erũt. Postea sumat decoctionẽ. Deinde trib⁹ diebus quiescat. In his aũt diebus quibus quiescit: nutriatur ex his que prediximus: ⁊ in potu sumat vinum subtile ⁊ clarũ ⁊ bene odoriferum. Post hec quoqꝫ iterum soluẽdus est vt prius. Hoc vero ita vt prediximus tertio iterandum est. Quarta quoqꝫ potio ei danda est. ¶ Eger vero ab omnibus que coleram generant nigraꝫ: abstinẽdus est; vt sunt carnes silvestres oẽs: ⁊ caro vaccina: ⁊ porcina: ⁊ magnaruꝫ

caprarum

caprarum ⁊ fabe: ⁊ caro salita: ⁊ caseus vetꝰ ⁊ proprie lentes. ⁊ oīa olera
nisi humefacientia. Uitet preterea vinum grossum ⁊ laborē ⁊ vigilias: ne
qꝫ patiatur famē neqꝫ sitiꝫ. Uino vero subtili in potu vtatur. Et pcipiē
duꝫ ei vt dormiat: ⁊ studendū in splenis curatione: ex his que in sequen
tibꝰ in ca. de splenis curatōe q augmētaꝛ dicturi sumꝰ. Os quoqꝫ stoma
chi cōfortandū est: ⁊ proprie ex medicinis quaꝝ mentionem in sequenti-
bus facturi sumus cū egritudines stomachi nominabimꝰ. ¶ Si aūt cū
melancolia ea que nominauimꝰ non fuerint: acciderintqꝫ post frenesim:
aut longam morā sub sole: aut pcussionem in capite: in principio ex ce-
phalica flobotomia est facienda: ⁊ capiti studiuꝫ adhibendū: ⁊ reliquo
regimine qđ diximus proprie. ¶ Aqua preterea tepida ab alto loco sup
caput fundenda est: deinde oleum roseum cum aceto vini capiti infun
datur: ⁊ lac muliebre desuper mulgeaꝛ. ¶ Naribus ēt oleum de semine
cucurbite dulcis: ⁊ lac muliebre inijciaꝛ. ¶ In balneū quoqꝫ sepe mit-
tendus est: ⁊ multuꝫ ex aqua tepida capiti est supfundendū. Eger etiam
omnia odorifera que frigida sunt odoret. ¶ Si autem cuꝫ melancolia
nihil fuerit eoruꝫ que diximus: in principio matrix vena dextri brachij
aperienda erit ⁊ sanguis erit ꝯsiderādus: ⁊ vt prediximus faciēdum: ⁊
regendū vt diximus. ¶ Et postq̄ hoc regimen infirmo adhibueris: per
aliquot dies quiescere dimittēdus est: deinde vt prius in cura eius inci-
piendum: donec sanitatis fiat restitutio. ¶ Studium vero totum quod
erga melācolicos est obseruandū: est vt impingueꝛ ⁊ carnosi fiant. Ex
quo enim pingues ⁊ carnosi fuerint: illico sani erunt. ¶ Cibi aūt q illis
congruunt sunt caro arietina ⁊ edina ⁊ gallinacea ⁊ panis de simila.
Opirus autē panis nullo modo est eis congruus. Uinum quoqꝫ subti-
le ⁊ clarum eis ꝯueniēs est. Uinum vero grossum nō est eis bonum neqꝫ
nigrum. ¶ Lac aūt recenter ab vberibus extractū dum adhuc calet eis
confert: ⁊ pisces recentes ⁊ sisami de zuccaro facti ⁊ oleuꝫ amigdalinū.
¶ Preterea audire cātilenas ⁊ gaudere ⁊ habere ante se res delitiosas
⁊ dormire plurimum confert eis. Econtrario vero cogitare: ⁊ solus mo
rari: ⁊ vigilare maxime nocet eis.

¶ Pillule que coleram nigram expellunt ex quibus daꝛ his qui deco-
ctionem sumere nequeunt. ℞. epithimi cretensis. ʒ. xx. polipodij agari-
ci amboruꝫ. aā. ʒ. x. ellebori nigri salis indi amboruꝫ. aā. ʒ. v. sticados. ʒ.
vij. pulueris hyerepigre. ʒ. xv. bibat ex eis. ʒ. iij. ¶ In diebus vero qbus
quiescit eger debet sumere ex electuario qđ vocatur letificans: quod. ℞.
mellisse: corticū citri: gariofiloꝝ: gallie muscate: masticis: croci orīetalis:
cinamomi: nucis muscate: cardamomi: neheremisch: been albi ⁊ rubei:
zedoarie. doronici: seminis ozimi maioris: semis ozimi gariofilati: om-
nium. aā. partes equales: musci quātum est decima partis vnius. Dein
de sumaꝛ chebuli. xx. ⁊ embl. xx. ⁊ terantur: ⁊ in tribus libris aque co-
quantur donec ad vnam redeant: ⁊ colentur. In colatura vero mittaꝛ
mellis lib. i. Deinde bulliant donec aq̄ cōsumpta sit. Post ex hoc melle
conficiaꝛ p̄dicte species qđ tamē in pondere sit tripluꝫ ad species: de

quo cuꝫ necesse fuerit ad magnitudinẽ auellane sumẽdum est: hoc enim
medicamen letitiam ⁊ coloris pulchritudinem ⁊ digestionis bonitateꝫ
operatur ⁊ retardat canos.

Cap. 14.

¶ De catarro.

Cum caput alicui⁹ in egressiõe balnei discoopertũ fuerit: aut post
exercitiuꝫ: aut post aliud: fueritqꝫ aer frigidus ⁊ vẽtus septẽtrio-
nalis ⁊ acciderit ide narib⁹ ⁊ palato pruritus ⁊ cõmotio ⁊ sternutatio:
pannus tunc calefaciendus erit: ⁊ capiti superponendus: in quo tãdiu
moretur donec eger calorem in capitis ꝓfunditateꝫ penetrasse sentiat.
Deinde nigellam odorare incipiat: ⁊ prouocetur sternutatio: ⁊ caueat
ne supinus iaceat: ⁊ comedat parum. A vino quoqꝫ omnino abstineat.
Quod si passio ex appositione panni calidi alleuiata nõ fuerit nec mi-
nuitur per ipsum fiat flobotomia ex cephalica: ⁊ soluatur natura ex re-
bus que non exasperant sicut hec decoctio quam in potu sumere debꝫ
qui tussim patitur ⁊ in pectore asperitatem habet: ⁊ indiget ventris so-
lutione que. ℞. iuiubas. xx. sebestẽ. xxx. passularũ enucleataꝝ. ʒ. x. viola-
rum siccarũ. ʒ. iiij. radicis liquiritie fricate. ʒ. v. ficus citrinas. x. coquã-
tur in tribus libris aque donec redeant ad. i. ⁊ colentur ⁊ in colatura
dissoluant̃ cassiefi. ʒ. vij. tereniabin. ʒ. x. ¶ Qđ si neqꝫ flobotomia profue-
rit neqꝫ ventris solutio ⁊ materia ad pectus descenderit: ⁊ cõmoueant̃
tussis ⁊ febris: illico fiat flobotomia: ⁊ patiens a carne abstineat ⁊ vino:
⁊ in potu sumat aquam ordei ⁊ muraba violatũ: quãdiu calor fixus p-
seuerauerit: ⁊ tussis fuerit sicca ⁊ aspera. ¶ Sed postquam calor quieue-
rit ⁊ tussis mollificata fuerit: ⁊ screare inceperit: hec decoctio quaqꝫ die
cum muraba violato danda erit: donec pectus mũdificetur ⁊ tussis se-
detur: ⁊ vox clara reddatur: que. ℞. ficus citrinas. v. iuiubas. x. sebestẽ
xx. passularum albarum ⁊ enucleatarum. ʒ. x. liquiritie excorticate. ʒ. ß.
coquantur vsqꝫ ad dissolutionem ⁊ colentur: ⁊ dentur ex hoc omni die
vnc. iij. in potu cum muraba violato. ʒ. ß. ¶ Si vero tussis inueterauе-
rit ac diu permanserit: tunc ostendemus qualiter curanda sit: cum de
tussis cura tractabimus. ¶ Quod si cursus in naribus diu perseuerauе-
rit: ⁊ non fuerit calor: fluxus erit restringendus suffumigando nares
per traiectorium. ¶ Et si quod per nares effluit subtile: ⁊ acutum ac ci-
trinum fuerit: suffumigatio fiat ex sulfure infuso prius in aceto: ⁊ po-
stea siccato: aut ex fabis: aut ordeo excorticatis: ⁊ in aceto prius infusis
⁊ post siccatis: aut ex zuccharo albo ⁊ sandalo albo. ¶ Quod si neqꝫ ca-
lor neqꝫ rubedo in facie fuerint: suffumigatio fiat ex costo aut thure.
Hec nãqꝫ suffumigatio fluxum restringit.

Cap. 15.

¶ De obtalmia.

Cum ea que in oculis alba sunt: in rubedinem mutata fuerint: flu-
xerintqꝫ lachryme: ⁊ in angulis oculorum lachrymalibus lippi-
tudo collecta fuerit: dicemus tunc egrum pati obtalmiam: et quanto
plus sinthomatuꝫ vehementia aut ipsoꝝ affuerit minoratio: tanto erit

obtalmie fortitudo aut eius debilitas. ¶ Deterior autem obtalmia est: cum alba oculorum videntur inflata ⁊ adeo eleuata vt oculorū cooperiant nigredinem ⁊ palpebre inuersentur. ¶ In principio vero curationis obtalmie: cephalica est flobotomanda: ex manu vel brachio partis contrarie in qua est oculus infirmus nisi leuis fuerit obtalmia. ¶ Et quanto fortior fuerit obtalmia: tanto plus est minuendum ex sanguine. Deinde venter ex mirabolanis citrinis: ⁊ tereniabin: ⁊ succo fructuum soluendus est. ¶ Et eger a carne ⁊ vino ⁊ a rebus dulcibus abstinere debet ⁊ cibum minuere. Quod si ista non suffecerint: sief album in lacte puellam lactentis fricandum ⁊ in oculo distillanduz. Et si lippitudinis multitudo in oculo collecta fuerit: radius coto inuoluatur ⁊ madefiat in aqua: ⁊ cum eo oculus ab illa lippa mundetur. Deinde puluis albus aspergatur: ⁊ superponendo oculis aliquid suauiter sustentet: ⁊ ligetur: ⁊ eger in domum tenebrosam mittatur: ⁊ ingeniandū est quantum possibile est vt somnus prouocetur. Caueat tamen ne sup oculum infirmum dormiat ⁊ ne caput depressum sit sed superius eleuatum: neqȝ vestimentorum capitia sint stricta: neqȝ in faciem se diu proijciat. ¶ Si autem oculus leuior fiat: ⁊ dolor sedetur ac lachryme minuātur: flobotomia iam facta ⁊ ventre soluto balneuz multotiens ⁊ frequēter ingrediatur. Ex hoc enim passionis reliquie dissoluentur. ¶ Quod si in oculo humorositas ⁊ grauedo remanserit: puluis citrinus erit immittendus. ¶ Ex his autem que habenti obtalmiam multum conferūt est: vt frons ⁊ palpebre ex hoc liniantur epithimate: quod. ℞. sief memithe rosarum aloes licij sandali rubei faufel croci orientalis omnium ana. partes equales: fiant ex his pillule. Cūqȝ necesse fuerit resoluatur vna ex eis in succo coriandri aut in succo endiuie aut cuȝ aqua rosata: ⁊ liniatur cum eo si deus voluerit.

¶ Sief album. ℞. ceruse ablute. ʒ. x. sarcocolle grosse. ʒ. iij. dragagāti. ʒ. i. opij. ʒ. s. fiant ex his forme lenti similes.

¶ Puluis citrinus. ℞. sarcocolle. ʒ. x. aloes. ʒ. ij. croci. ʒ. ij. myrrhe. ʒ. i. licij. ʒ. ij. ex eis optime tritis imittat puluis cum opus fuerit.

¶ Puluis albus. ℞. sarcocollam albaȝ ⁊ pinguem que mittatur in lac mulieris qđ meli⁹ erit cū alicui⁹ iuuēcule fuerit: ⁊ dimittat i vmbra donec siccetur: ⁊ teratur optime: ⁊ omnibus. ʒ. x. ipsius addantur de sief memithe. ʒ. ij. que iterum optime trita reponantur: ⁊ cum opus fuerit in oculum mittantur.

¶ De vlceribus oculorum. Cap. 16.

Cum in oculo fortis dolor ⁊ punctio nociua ac pulsus sentiūtur: ⁊ lachrymarum fluit multitudo: cum palpebre eleuantur ⁊ oculi aperiunt: loca q̄ sunt in albis ipsoꝝ inueniunt rubea: ⁊ si totum fuerit rubeū: ⁊ vnus locus magis rubere inuenit: aut in nigredine loc⁹ aliqs albus appet: pustula iam in oculo exorta ē. ¶ Ad hāc vero curādū passionem necessarius est medicus in curis oculoꝝ valde instruct⁹. Nostrū

curationis ipsius summas ⁊ aggregationes dicemus. ¶ Dicimus itaqȝ ꝙ vlcera que in coniunctiua nascuntur hoc est in albis oculorum: non adeo sunt timenda vt ea que in cornea hoc est in oculi nigredine fiunt. Deterius vero vlcerum est illud quod in nigredine sub pupilla existit. Eminentia namqȝ ad istud est velocior. ¶ Horum autem vlcerum curã cum flobotomia incipere debemus: ⁊ sanguinis extrahere multitudinẽ ſm ꝙ possibile fuerit. Consequenter autem venter soluendus: ⁊ eger sibi cauere debet a carne ⁊ vino dulci: ⁊ esse contentus herbis frigidis: ⁊ in potu sola aqua vti. ¶ In oculo vero in initio sief album cũ lacte mulieris est mittendum: ⁊ si pulsus iam alleuiari ⁊ sedari videntur: sperãdum est ꝙ egritudo soluetur sine saniei collectione. ¶ Quod si pulsus post sanguinis extractionem ⁊ ventris solutionez ac sief albi immissionem quiescere non videtur: parua fiducia in hoc quod diximus est habenda. Et itaqȝ tunc sief de olibano mittendũ in oculum: ⁊ pila aliqua oculo superponenda ⁊ cum ligatura stringenda. Ante vero ꝙ hoc eueniat: oculus suauiter est ligãdus: ⁊ sine superpositione pile. Et non cesses in oculum de sief de thure sepe distillare donec sanies in pupilla videatur. Ex quo enĩ hoc visum fuerit: sief de plumbo vti necesse erit vsquequo profunditas fiat plana: ⁊ tota caro generetur. ¶ Ea tamen que diximus: tũc sunt facienda: cum pustula non est magna. Quoniam cũ magna fuerit: fueritqȝ iuxta pupillam: aut inferius ea: erit tunc necesse vt cum elilescir mediceturː ne oculus emineat. Ad pile quoqȝ superpositionem: ⁊ ligaturam erit redeundum. ¶ Eger preterea semper supinus iacere debet: ⁊ a forti motu abstinere. Cum autem caro in loco vlcerum perfecte generata fuerit vel vlcus apostematis carne repletũ fuerit remanebit ibi in oculo albedo. ¶ Quod si vlcus fuerit profundum: albedo erit grossa: ⁊ si in superficie tantum cornee fuerit erit subtilis. ¶ Vlcus quoqȝ si a pupilla fuerit remotum: ⁊ steterit separatim per se: vestigium illud qđ remanet nihil mali faciet. Si autẽ iuxta pupillam fuerit qñqȝ post vlceris curationẽ vestigium remanens prohibebit visionem. Quapropter tunc est vtendum medicinis quibus vestigium quod diximus abstergi ⁊ deleri possit.

¶ Sief de thure. ℞. armoniaci sarcocolle amborũ. aã. ʒ. v. thuris. ʒ. x. croci. ʒ. ij. conficiantur ex mucillagine fenugreci: ⁊ fiant ex eis sief.

¶ Sief de plumbo. ℞. plumbi adusti: antimonij: thutie ablute: calcecumenon: gummi arabici: dragaganti: omnium. aã. ʒ. viij. opij. ʒ. ß. terant ⁊ cum panno sericino qui sit subtilissimus cribellentur ⁊ conspergant ex pluuiali: ⁊ fiant ex eis sief.

¶ Sief ex quo caro in vlceribus oculorum generatur ⁊ vuee egressio prohibetur ⁊ vestigium subtiliatur. ℞. climie ablute thutie ablute cerusse antimonij thuris omnium. aã. ʒ. ij. myrrhe. ʒ. i. sarcocolle grosse. ʒ. i. ⁊. ß. sanguinis draco. aloes opij omnium. aã. ʒ. i. fiant ex eis sief.

¶ Elescir quo est vtẽdũ cũ timet ne ex vlcere vuee sequat egressio. ℞. antimonij emathitis amborum. aã. ʒ. x. acatie. ʒ. iiij. aloes. ʒ. i. terãtur et

fiant ex eis sief et administrentur apud necessitatem.

¶ De his que in oculis cadunt siue sit pilus siue palea siue aliud. Ca.17.

S Umatur resina idest gumma pini: et per oculum trahatur et extrahit illud quod in oculo cecidit.

¶ De albedine que fit in oculo. Capitulum.18.

A Lbedo que in oculo contingit: est vestigium post vlcerum curationem remanens quando consolidantur. Que cum in oculis puerorum fit: leuior est ad curandum quam cum accidit annosis: ad sanandum fortasse impossibilis existit: nisi subtilissima fuerit. Hec autem passio ex his medicaminibus curanda est: postquam eger balneum egressus fuerit aut faciem super vaporem aque calide vsquequo rubea sit tenuerit. Si tamen ex hoc medicamine in venis oculi rubedo et dolor prouenerint per aliquot dies: ab eo quiescendum est: donec oculus quiescat: et post ad id redeundum.

¶ Medicamen valde vtile ad albedinem remouendam et cito eradicandam. ego quoque non vidi quod eo melius aut equale esset ad albedinem delendam. ℞. masacume spume maris stercoris magni lacerti baurach zuccari higeri omnium ana. partes equales. Deinde sumantur acori celidonie feni amborum. ana. ʒ.x. coquantur in libra vna aque donec ad quartam redeat: et colentur: et ex hac aqua imbibantur species quas prediximus: ita quod conficiantur ex ea: et siccent in vmbra: deinde iterum terantur et conspergantur vt prius et siccentur. Quod postquam quater factum fuerit: siccent et terant: et in oculo mittant. Hoc enim medicamen nulli vt prediximus compar existit in remotione albedinis. Remouet. n. hoc medicamen grossam albedinem etiam ex oculis animalium.

¶ De scabie et sebel. Capitulum.19.

C Um palpebra inuersatur et interius appareat rubea et aspera: scabies adest. Et cum super alba oculorum ac super nigredine videt similitudo panniculi ex venis rubeis et grossis texti: adest passio que vocatur sebel. He vero due passiones graues sunt et cronice et vix curabiles. Patiens tamen dum sanus est: flobotomia ex brachio et fronte et ventris solutione vbi debet: et in comestione vitet dactilos et sisamos de melle et vitet ebrietatem. Et quando non est plenus: sepe ingredi balneum est ei vtile: et frequenter imittere oculo sief rubeum similiter confert. ¶ Sief rubeum. ℞. ematithitis colcotar combusti amborum. ana. ʒ.iij. eris vsti. ʒ.ij. myrrhe croci amborum. ana. ʒ.i. piperis longi. ʒ.s. conspergantur ex vino veteri: et fiant ex eis sief. ⁋ His preterea egritudinibus viride confert sief cuius descriptio in capitulo de vngula continetur. Quod si passiones iste vetuste fiant scabies fricatione indigebit: et sebel collectione. Non tamen mensure huius libri congruit vt de eis tractemus.

¶ De lachrimalibus cum pruriunt. Caplm.20.

E Ndiuia tenera sumatur et conteratur et fiant ex ea magdaleones parui: et ex oleo violato inungant: et oculis superponant: et in hora dormiendi ligentur: rosatum tamen melius est: et citius confert. ⁋ Et si

hoc nõ suffecerit: lentes absq; corticibus ꝛ sumach: ꝛ rose rubee: ꝛ granati carnositas sumantur: ꝛ contrita ex careno conspergantur ꝛ more emplastri superponantur. ¶ Quod si non suffecerit ex cephalica pilus flobotometur patiens. Deinde ex vena frontis: ꝛ ex venis que sunt in angulis lachrymalibus. Uenter quoq; frequenter soluatur: ꝛ balneum multotiens ingrediatur.

¶ De vngula. Capitulum. 21.

Cum aliquid panniculo simile ex angulo qui est a parte naris oriri videtur: ꝛ albũ oculi cooperire ꝛ peruenit vsq; ad nigredinez: generatur passio que vngula dicit. Cuius nocumentum tunc solum est peius: cũ peruenit ad nigredinis partez que est iuxta pupillaz. Hec igitur passio dum subtilis est cũ sief viridi ꝛ sief de calcantho est medicanda. Si aũt vetusta fiat ꝛ grossa cũ ferro est expolianda.

¶ Sief viride quod confert sebel ꝛ scabiei ꝛ vngule ꝛ albedini. ℞. ziniar. ʒ. iij. colcotar vsti. ʒ. vi. arsenici rubei baurach spume maris oiuz. ana. ʒ. i. salis armoniaci. ʒ. ß. armoniaci. ʒ. ij. armoniacum in succo ruthe dissoluantur ꝛ species ex eo conspergant ꝛ fiant ex eis sief: est enim mirabile.

¶ Sief de calcantho quod confert vngule. ℞. eris vsti calcanthi amborum. ana. ʒ. v. ziniar. ʒ. ij. salis armoniaci baurach arsenici sulimati omnium. ana. ʒ. i. terantur ꝛ per hebdomadam vnam dimittantur: deinde fiant ex eis sief ꝛ fricetur vngula cum eis.

¶ De macula rubea ex percussione vel alia re. Capitulum. 22.

Cum in oculo ex percussione aut ex re alia punctum rubeum fieri contingit: sanguis qui ibi est dissoluendus est. Postq̃ estuatio generit sumantur igitur arsenici rubei olibani mirrhe armoniaci omniũ partes equales ꝛ fiant ex eis sief. Qui in succo coriandri fricentur ꝛ in oculum distillentur tamdiu quamdiu tamen dolor perseuerat: albugo oui sumenda est ꝛ oleo roseo miscenda: ꝛ cotum ex eis inuolutum: oculo est superponendum.

¶ De lachrymis. Capitulum. 23.

Cum lachrymales oculoꝝ anguli semp hũidi vident: patiẽs quotidie ieiunus balneũ ingrediat ꝛ in oculuz alcohol istud mittat.

¶ Istud aũt alcohol. ℞. thutie. ʒ. x. coralli rubei mirabolani citrini fricati aloes oiuz. añ. ʒ. ij. piperis. ʒ. ß. fiat ex his puluis q assidue mittat.

¶ De debilitate visus. Capitulum. 24.

Si cum debilitate visus humiditatis signa apparuerint manifesta que in tempore famis ꝛ exercitij parumper dissolui videantur: pillule cochie multotiens erunt assidue tribuende. Nutrimentum quoq; patientis desiccatiuũ esse debet: ꝛ eger sepe vomere cogendus est: pulueres etiam desiccatiui oculis sunt immittendi. Quod si cum predicta egritudine affuerit siccitas ꝛ corporis obfuscatio nutrimentũ erit augmentandum: ꝛ vinum in potu tribuenduz: ac super caput ipsius aqua:

tepida fundenda: & incuruatio super eam facienda. Balneum preterea ingrediatur: in quo tamen non multum sudet. ¶ Naribus quoqz oleū de amigdalis dulcibus atqz auribus est immittēdū. ¶ Oculis vero lac mulieris adolescētis quaqz die est inijciendū. Qđ etiam freqnter fieri conuenit. Hec quoqz debilitatis visus species fortior fit in tempore famis: & dum venter vacuus fuerit.

¶ Confectio alcohol quod valde acuit visum qui causa humoris debilitatur. ℞. thutie ablute & siccate. ʒ. xx. deinde extrahatur succus sansuci viridis & per noctem vnam residere dimittatur & coletur: ex quo tutia conspersa dimittatur quousqz siccetur: postea terantur. Deinde sumantur zinziberis piperis nigri macropiperis celidonie omnium. añ. ʒ. ij. salis armoniaci. ʒ. i. cum thutie. ʒ. xx. post hec omnia terantur & ex succo teneri feniculi conspergantur: & siccata iterum terantur: & reponantur: & cum necesse fuerit oculis immittatur. Ad hoc preterea valde confert sief de fellibus.

¶ De tumore palpebrarum. Capitulum. 25.

Epithimetur ex epithimate quod in capitulo de obtalmia nominauimus.

¶ De conuersis pilis qui nascuntur in palpebris magis interius ꝙ debent & pūgunt oculū. Caplm. 26.

Si pilus fuerit vnus aut duo: alijs palpebrarum pilis cum mastice aut oleo sceni sunt annectendi: aut radicitus euellantur: & loca a quibus euulsi sunt cum ferro acuto vt acus adurantur. Si aūt multi fuerint necesse est vt caro palpebre incidatur. Loqui tamen de hoc nostri libri mensuram pretergreditur.

¶ De aqua descendente in oculum. Caplm. 27.

Quandoqz alicui videt quod ante se habeat cimices aut alia parua corpora subtilia & radiosa. Quod aliquando cā stomachi aliquando ex ꝓprio nocumento ipsi⁹ oculi ɔtingit. Ideoqz differentiam inter hec duo consideranda est: neqz ꝑ paruo est habendū cū hoc accidens euenerit. Ex eo nāqz qđ causa stomachi accidit: non est multū timendū ꝙ oculo nocumentū inferat. Ex eo vero qđ ex proprio vitio oculi contingit valde timendū est: hec aūt passio dū recens est vt in principio: cum medicinis curabilis est. Sed cum iam ad perfectionem deuenerit sanari non potest nisi cū incisione: & fortasse etiam incisio prodesse non poterit. Quapropter differentia inter hec duo predicta diligēter ē inuestiganda que est prout dicemus. ¶ Quando imaginationes que videntur vtriqz apparent oculo estimandū est contingere hoc ex vitio stomachi: & ecōuerso. ¶ Et cū imaginatōes in hora fastidij & in hora male digestiōis plures solito videnf: in hora aūt famis & laboris pauciores appent: estimādū est ēt hoc ex stōaco eē. ¶ Et si ex quo iste imaginatiōes acciderūt duo preterierūt mēses aut plures: & in pupilla nō fuerit visa ɔturbatio: estimandū est ēt hoc esse ex stomacho. ¶ Quādo aūt iste estimationes tibi aggegate fuerint: pillas cochias in potu tribue: & si pas,

tio omnino remoueř: iam estimationes predicte certificate fuerũt. ¶ Si autem vni tantum oculo apparuerint: ⁊ vno modo in omnibus horis permanserint estimandum est vitium aque adesse: precipue cum in pupilla nõ fuerit obfuscatio. ¶ Obfuscatio nãq̃ si fuerit in pupilla dubitatio iam tunc erit sublata. ¶ Cum autem passio hec in oculo propria fuerit prohibendum est infirmis ne cũ ventosis minuat sanguinez: neq̃ ex brachio: neq̃ comedat pisces: nec omnia que humectare possunt. Uenter vero frequenter soluendus est ex pillulis cochijs: ⁊ eger ex calefactiuis ⁊ desiccatiuis nutriendus est. Jdromel preterea in potu ei tribuendum: ⁊ in oculis fieř de fellibus mittendum.

¶ Sieř de fellibus qđ proficit aque a principio ⁊ dilatationi pupille: et eis qui post occasuz solis non vident: ⁊ tenebrositati visus que est ex humore. ℞. fellis gruis fellis sabot fellis hyrcini fellis accipitris fellis aqle fellis perdicis omniũ siccoꝝ vnuz aut plura. Sumař quoq̃ ꝑ oibus ʒ. x. istoꝝ siccoꝝ euforbij colloqnti de serapini omniũ añ. ʒ. i. trita aggregentur ex succo feni. teneri ⁊ mittantur in oculo.

¶ De noctilopis. i. q post solis occasuz nõ vident. Cap. 28.

Ad hoc vtile existit epar caprinum scindere ⁊ ponere super vnam sectionem piper longũ: ⁊ cooperire ipsam ex alia sectione pipere longo in medio existente: deinde ponere ipsuz in furno: ⁊ dimittere ibi donec assetur ⁊ non desiccetur: quo perfecto piper longũ qđ in medio erat sumatur: ⁊ bene teratur cũ pauco musco: deinde ex liquore qui ex epate assato expressus fuerit conspergatur ⁊ siccetur: ⁊ in oculum mittatur. Aut fel caprinum cum melle mixtum in cucuma super ignẽ misceatur: deinde radius i eo illinit⁹ imittatur oculo. Quod autẽ ad hoc magis valet: est vt sieř de fellibus in oculo mittatur. Si autez hoc nõ suffecerit vẽter soluatur ⁊ sanguis ex duabus cephalicis ⁊ ex fronte minuatur: ⁊ regimen subtilietur.

¶ De dilatatione pupille. Capitulũ. 29.

Cum pupilla hoc est foramen qđ est in nigredine oculi adeo dilatari videtur: vt vndiq̃ pertingat ad albedinem fueritq̃ post vehementem cephalice dolorem parua: habenda est fiducia in eius cura. Sed si dilatatio parua fuerit: tunc assidua solutionẽ ventris ex cochijs multotiens: ⁊ sieř de fellibus in oculo mittendum. Quod si pupillam post percussionem dilatari contingat: non est inde timendum: quia remouebitur. Fiat itaq̃ emplastrum ex farina fabarũ ⁊ camomilla ⁊ euisco cum vino ⁊ aqua.

¶ De fistulis que in angulis lachrymalibus fiunt. Cap. 30.

Cum angulus lachrymalis resudat: ⁊ cũ premitur sanies ⁊ virus ab eo egreditur: fistulam pati intelligitur: que cuz cauterio curatur. De hoc tamẽ loqui plus est: q̃ꝫ huic nostro attinet libro. Nos tamẽ iaz ei adiungimus medicamen: qđ si adhibitũ fuerit: ipsaz per multos menses adeo tardare facit: vt eger sanus videař. ¶ Medicamen autez illud. ℞. aloes thuris sarcocolle sanguinis draconis balaustie antimo

nij aluminis: omnium partes equales ʒ in sar quantum est quinta pars vnius fiant ex eis sief. Cumqꝫ necesse fuerit: fistula in tantum prematur: vt quicquid saniei in ea continetur egrediatur. Deinde infirmus super latus in quo non est fistula iaceat: de predicto sief aliquid dissoluatur in aqua de quo in angulo lachrymali tres gutte aut quattuor inquinari zentur: magno existente interstitio inter proiectionem vnius gutte ꝛ alterius. Quo facto eger p tres sic iaceat horas. ¶ In mane quoqꝫ sequenti die similiter fistula bene prematur: ꝛ fiat eadem cura. Qđ per hebdomadam vnam fieri cōuenit: ꝛ etiam tādiu donec nihil a fistula egrediatur comprimitur. Ex hac nāqꝫ cura: locus multis mensibus siccus permanebit. ¶ De curis oculorum quantum huic loco necessarium esse putauimus: iam satis dictum eē credimus. Alia vero q̄ sunt de curis que per ferrum exercentur dimittamus: quia multis indigent medicaminibus. Sunt tamen quedam ex eis que in locis in quibus de decoratione tractauimus ꝛ sanitatis custodia continentur.

¶ De dolore qui fit in aure. Cap. 31.

SI cum dolore qui fit in aure fuerit in facie inflammatio ꝛ pulsatio sanguis ex cephalica erit minuendus: ꝛ oleum roseum aut oleum de floribus salicis tepidum cum pauco aceto imittendū: lac quoqꝫ ita calidum vt ex māmilla egreditur multotiens distillandū erit. Venter preterea ex mirabolanis citrinis ꝛ scamen ꝛ aloe vehementer soluatur. Qđ hoc modo fiet: mirabolanorum citrinorum. ʒ. xx: sumantur ꝛ puluerizati in duabus libris aque coquantur donec ad duas vnius lib. tertias redeant ꝛ colentur. Post hec sumatur aloes. ʒ. i. scamē sexta pars ʒ. i. aggregentur cum rob de citonijs: ꝛ fiant ex eis pillule: que p duas horas ante decoctionē sumantur: deinde bibatur decoctio. ¶ Quod si dolor non quieuerit: parum opij in oleo roseo resoluti in aurem mittatur. Et si pulsatio redierit ꝛ tribus diebus perseuerauerit: oleū sisaminum in quo anatis aut galline adeps fuerit resolutus in aurem sepe mittatur. Ibi namqꝫ est pustula que maturatione indiget. ¶ Cum aūt dolor quieuerit putredo iam tunc collecta erit. Ideoqꝫ pus subito ex insperato de aure egredietur. ¶ Cum autem dolor in aure fit post fastidiosam satietatem: aut post ventos frigidos: oleum in quo ruta aut cepe cocte fuerint in aure distilletur. Aut oleum de lilio sumatur: ꝛ cuiqꝫ vnē. ex eo commisceat eufōrbij recentis. ʒ. i. ꝛ castorei. ʒ. i. Sed si h̄ non suffecerit: venter ex pill. cochijs soluatur. Patiens quoqꝫ balneum ingrediatur in quo etiam sudet. Vinum quoqꝫ vetus ꝛ forte ei tribuatur. ¶ Si autem cū dolore auris fuerint sonitus ꝛ tinnitus atqꝫ vētositas: panicum siue milium in sartagine torrefactum calidum: multotiens superponatur. Et auris quoqꝫ super vaporem aque in qua sunt cocta mētastrum ꝛ sticados arabicus ꝛ sansucus teneatur: de castoreo preterea ꝛ euforbio in oleo sambacino dissolutis: quorum vnumquodqꝫ quattuor grana ordei ponderet: in aurem mittaf.

¶ De vlcere quod fit in aure. Cap. 32.

Cum pus ab aure egredit: idromel tepidũ multotiens in vna die in aure est distillãdũ. Deinde hoc medicamen optime faciens ad hoc est immittẽdũ: qđ. ℞. sarcocollam aloeȝ ⁊ sanguinẽ draconis thus squãmã ferri ziniar. Ex eo in aceto dissoluat: ⁊ in aurẽ mittat: ⁊ liciniũ melle illinitũ in predictis intingatur: ⁊ sic imittat: patiens itaqȝ ex hoc medicamine ⁊ ydromelle medicet donec sanus sit.

¶ De sonitu ⁊ tinnitu. Caplm.33.

Fortasse quandoqȝ contingũt ex subtilitate sensus audit⁹ ⁊ ei⁹ claritate. Cui⁹ signũ est quod in tempore famis auget: ⁊ in hora ebrietatis ⁊ satietatis minuit. ¶ Qđ propria non indiget cura nisi superfluitatem obtineat. Tũc enim de opio dissoluto in oleo immittendũȝ est in aure quãtũ duo ordei grana ponderant. ¶ Si autem hec cũ grauedine capitis ⁊ auditus debilitate affuerint: oleũ de semine raphani ⁊ oleum de amigdalis amaris ⁊ oleũ roseũ in quo castoreũ fuit resolutum: sunt immittenda. Auris quoqȝ super vaporeȝ aque in qua sansuc⁹ sticados arabicũ absynthiũ mentastrum origanum cocta sint ponenda sunt. Et venter multotiens ex pillulis cochijs est soluendus: ⁊ cibaria minuenda ⁊ vinum dimittendum.

¶ De grauedine auditus. Caplm.34.

Cum in auditu contingit grauitas considerandũ est: an sit ibi sordicies que vocatur cera que fit in aure: que si inueterauerit mundetur: aut cum medicinis ƒm quod diximus: aut cum cura man⁹. ¶ Si autem sordes non affuerint ⁊ euenerit hoc post satietatem fastidiosam que eam precessit: aut egritudinem acutam: auris ponenda est super vaporem aque in qua ea que prediximus cocta fuerunt traiectorio interposito vsquequo vapor ascendit. Qđ hoc modo fieri conuenit. Res iste in cucuma habente os acutum coquantur: deinde traiectorium ori cucume superponatur: ⁊ ne vapor egredi possit: pãnus obuoluatur: ⁊ auris super os traiectorij ponatur. ¶ Istud preterea fiet ⁊ in aureȝ mittat. Qđ. ℞. colloquintide. ʒ.i. baurach tertiam. ʒ.i. castorei aristologie rotunde succi absynthij. omnium. anã. ʒ.5. costi quartaȝ. ʒ.i. euforbij sextaȝ ʒ.i. fellis vaccini quantum sufficit ad predicta cõficienda. Fiant ex eis fiet. Cũqȝ necesse fuerit: vnum in oleo de amigdalis amaris resolutuȝ auri immittat. Hoc enim valde vtile existit dolori flegmatico ⁊ ventositati ac sonitui ⁊ tinnitui: qui ex grosso vento fuerit ⁊ surditati que est ex grossis humoribus. ¶ Si autem debilitas auditus contingit post ieiuniuȝ aut vigilias: fueritqȝ facies extenuata: ⁊ oculi concaui: eger balneuȝ sepe ingrediat ⁊ largiori cibo ac potu vtatur: ⁊ in somno fiat profundior: super caput quoqȝ aquam tepidam cum oleo fundat donec sanetur. Qđ si post frenesim cõtingat: ex medicinis primis curet.

¶ De vermib⁹ auris ⁊ paruis aialib⁹ ipsaȝ ingredientib⁹. Cap.35.

Cum in aure fuerit titillatio ⁊ pruritus ⁊ dolor: deinde acciderint vermes ab aure: immittantur auri succus mẽtastri. Aut de folijs

persicoꝝ. Aut oleum de nucleis ipsorum. Aut aloes in aqua dissoluat̄ ⁊ immittatur. Hec enim vermes auris ⁊ pua animalia ingredientia ipsam quando erunt in aure ⁊ in vlceribus nascunt̄ interficiunt.

¶ De eo qđ in aure figit̄ ab exterioribꝰ ingressum. Cap. 36.

Cum aliquid figitur in aure: oleum tepidum est immittendum: ⁊ patiens balneum ingrediens ibi moram faciat donec corpus eius mollificetur. Deinde naribus insuffletur condisi: ⁊ teneatur anhelitus donec sternutatio sequatur. Forsitan enim sic egredietur. ¶ Si autem fuerit difficile ⁊ non exierit erit necesse vt cuꝫ ferro auri immisso extrahatur. ¶ Quod etiam in naribus est faciendum siquid eas ingressum fuerit qđ extrahi non possit. ¶ Qđ si aqua intrauerit capite ad partem auris illius inclinato saliat eger: ⁊ si non exierit ꝓuocet̄ sternutatio vt diximus: deinde tepidū multotiēs imittatur. Neqꝫ hoc ꝑ paruo est habendum: ⁊ precipue si res malam habens qualitatem ingressa fuerit: ex ea nāqꝫ grauis sequetur dolor.

¶ De sanguine ex naribus fluente. Cap. 37.

Ex his que sanguinis ex naribus fluxum retinent: est succus albedarugi cum camphora fuerit in eo dissoluta naribus immissus. ¶ Confert enim ei qui hanc passionem incurrere solitus est ante eā infectus. Aut in hora egestionis. Aut fumatur gipsum cinis carte de pāno galle sanguinis draconis cahozegi ⁊ puluerizata naribus insufflēt tur. Aut licinium in eis intinctum mittatur in nares. Aut alumen iameni puluerizatum: vt alcohol cum amilo eiusdem quātitatis naribus insuffletur. ¶ Quod si adhuc vehementer mansuerit: superiores adiutoriorūꝫ partes apud ascellas cum instita: ⁊ coxe apud inguina ligentur: ⁊ testiculi similiter sunt ligandi. ¶ Si vero passio inualuerit: flobotometur cephalica eiusdem partis de qua fluit sanguis. ¶ Si autē nec hoc modo strictus fuerit: magne ventose cum igne superponātur ventri ab ea parte de qua fluit sanguis.

¶ Medicamen quod vehementer valet ad sanguinem constringendū. Sumatur calx alba ⁊ leuis qua vtuntur aurifices ⁊ sepe naribus insuffletur sine interpollatione: ⁊ licinium albumine oui illinitum ea inuoluatur ⁊ naribus immittatur.

¶ De vlceribus narium. Cap. 38.

Cum in naribus fuerint escare cera ⁊ oleum ac adeps gallinaceus eis immittant̄: ⁊ aquam calidam naribꝰ in mane multotiens per aliquot dies odoret. ¶ Cūqꝫ pustule egredi ceperint: licinium aceto forti infusum in quo sal posituꝫ sit naribus imittat̄: ac super eas similiter ponatur. Siccabunt̄ enim ex hoc ⁊ non prolongabit̄ eoꝝ mora. ¶ Qđ si vlcera ibi affuerint: ex vnguento de cerusa curentur.

¶ De emoroydibus que nascuntur in naribus. Cap. 39.

Cum intus in naribus caro superflua mollis ⁊ quasi dissoluta rubea aut alba exorta fuerit: ⁊ nares ingrossari ceperint: ac ex carne predicta repleri: cephalica prius erit flobotomanda. Deinde liciniū

ex vnguento viridi qđ in capitulo de corrodentibus carnem nominaui mus: liniendum ⁊ naribus erit imittendum. ¶ Si vero istud nõ suffe cerit: medicamen acutum qđ ibi descripsimus apponat: donec ex toto mundificetur. ¶ Hec preterea passio qñq₃ cum ferro curatur radicitus oino incidendo. ¶ Medici tamen qñq₃ in hoc errant: nam ex eoꝝ cura eger maximũ incurrit nocumentũ. In hoc namq₃ loco cancer plerũq₃ exoritur. Uerũ cancer qñ in hoc nascitur loco: neq₃ acutas tollerat me dicinas neq₃ incisionem que fit cum ferro. Jmmo indiget vt suauiter tractetur: ⁊ medicaminibus lenientibus: ⁊ flobotomia ⁊ ventris solu tione curetur. ¶ Cognoscit aũt an illud accidẽs sit cancer: q: est durus pertingẽs qñq₃ vsq₃ ad palatum. Sed cũ nares sicce sint ⁊ dure: nec sit in eis humiditas aliqua: summopere cauendũ est ne hec egritudo aut ei similis ferro aut acuto medicamine tangatur. Si naũt qđ in naribus exoritur caro mollis est fluxerintq₃ ex eis humores: ⁊ cũ nares stringun tur inueniunt molles: ⁊ cũ tangunt tactus nõ sentit solidus: non est ti mendũ qn ex medicaminibus acutis ⁊ ferro mederi possint.

¶ De amissione odoratus. Capitulum. 40.

CUm sensus quo odoranda precipiũtur amissus fuerit: neq₃ in na ribus caro superflua creuerit: ⁊ aer ita leuiter vt ꝑus attrahitur: ⁊ oculi ac sensus naturaliter existunt: naribus erit insufflandus pul uis adeo subtilis vt alcohol: qui fiat ex condisi ⁊ arthanita ⁊ sale ar moniaco. ¶ Egro quoq₃ precipiatur vt nares vapori ex aceto calido procedenti multotiens apponat. ¶ Si autem hoc non suffecerit: quod nominabimus naribus insuffletur. Cuius descriptio hec ẽ. ℞. nigelle fellis gruis colloquintide ellebori albi omniu₃ ana partes eq̃les. Pul uerizentur ⁊ ponantur in vrine camelli arabici quãtitate tanta que ea cooperire possit: et ponant ad solẽ donec siccentur. Deinde fiant ex eis fief. Cumq₃ necesse fuerit: vnum ex eis lentis habens magnitudinem in oleo sansucino intinctum naribus immittatur. Optimum enim ad hoc existit. ¶ Si autem ex hoc quod naribus immittit fortis sequatur dolor: oleum de semine cucurbite eis immittat: ⁊ aqua calida super ca put fundatur: ⁊ sorbeat calida ea que humectant vt ptisana: ⁊ quod fit de aqua furfuris: ⁊ de farina ⁊ simila. Et hoc quidem est medicamen ad emissionem odoratus probatissimum: quod sic conficitur. Nigella puluerizetur: donec fiat vt puluis: ⁊ misceatur cum oleo veteri. Dein de ager implens os suum aqua reclinet caput retro quanto plus pote rit: ⁊ tunc ex predicto medicamine aliquante gutte naribus distillen tur. ¶ Egro quoq₃ precipiatur vt quantum ei possibile est aere₃ extrin secum interius attrahere nitatur. Quod in tribus diebus tribus vici bus fieri conuenit. Si autem mordicatio superuenerit: fiat hoc quod nominauimus.

¶ De dolore dentium. Capitulum. 41.

SI gingiua cum dolore dentium fuerit sanguinolenta: ⁊ aposte mosa ⁊ rubea: fueritq₃ apostematio cu₃ pulsatione: extrahat san

guis cum ventosis flobotomia ex cephalica prius facta. ¶ Deinde hora aliqua diu acetum et oleum roseum teneat: quod postquam eiecerit: idem iterum faciat. ¶ Post hoc oleum roseum in ore teneat: et si ex hoc non euaserit fueritque pulsatio vehemens et cum inflammatione: camphora et piretrum terantur: et in radicibus dentium ponantur. Cumque dissoluta fuerint iterum mittantur. Cotum quoque oleo roseo illinitum desuper ponatur. ¶ Quod si dolor aliquando augmentatur et vehementior fiat: opij sexta pars ʒ.i. in oleo roseo dissoluatur. Ex quo cotum illinitum radici dolentis dentis adhibeatur. ¶ Si autem nec dum sedetur: locus scalpellandus est: et sanguisuge superponende sunt. ¶ Gingiua vero si non fuerit sanguinolenta neque apostemosa neque dolor est cum pulsatione: neque in facie fuerit inflammatio aut dolor acciderit post fastidium et satietatem et post cenam comeditque ex cibo frigido multum: venter egri ex pillulis cochijs soluendus erit: et dolentium dentium radices ex hoc medicamine fricande: quod sic fit. ¶ Sumantur piretrum sinapis scetaragi indi baurac piper zinziber: et ex eis puluerizatis dentium fricentur radices. Cotum quoque eis illinitum super dentium radices ponatur: postquam eger os ex aceto in quo piretrum et mentastrum atque origanum cocta fuerint colluerit. ¶ Afous preterea panicum siue milium in sartagine torrefactum super maxillam est ponendum. ¶ Aut ex piperis puluere melli commixto dens et eius radix fricentur. ¶ Et si hoc non suffecerit: in dentium radicibus hec tyriaca ponatur que. ℞. castorei asse piperis zinziberis storacis opij omnium partes equales. Conficiatur et administretur. ¶ Eger preterea per aliquantulum temporis a comestione abstineat maneatque famelicus: ingrediatur balneum: et vtatur motu. ¶ Si autem nec sic quiescat: ferrum ignitum radici dentis multotiens apponatur: aut eradicetur. Si vero dens corrosus fuerit: repleatur ex medicaminibus que nominabimus: et que sunt corrosiua: aut extrahatur.

¶ De extrahentibus dentes et confringentibus. Cap. 42.

Medicamen quod in dente corroso ponitur: ipsius sedat dolorem: ac ipsum confringit. Sumantur kebikegi et piper et trita ex alcatranor conspergantur et impleantur ex eo. ¶ Medicamen quod dentes debiles ac dolentes qui sunt extrahendi eradicat. ¶ Cortices radicum mori: et radicum capparis: et piretrum: et lac titimali: atque lac anabule: et arsenicum rubeum: et radix colloquintide: sumantur: et trita: ex tanto aceto quod eis sufficiat conspergantur. Acetum quoque per hebdomadam vnam semel in die vt prius addatur. Post hoc dentes in circuitu scalpellentur et ex predictis decies in die epithimentur: donec ad mouendum sint faciles: et sic extrahantur. ¶ Aut fiat epithima ex fece aceti acutissimi per multos dies: et postea extrahantur. ¶ Aut rane fluuiales in oleo coquantur donec dissoluantur. ¶ Cumque necesse fuerit: dentium radices scalpellentur: et ex oleo multotiens inungantur: donec facile moueri possint: postea cum instrumento extrahendi dentes euellantur.

¶ De dentium congelatione et stupore. Cap. 43.

Portulaca ꝛ amigdale amare masticentur: aut his similia. Aut fiat fricatio cum sale ꝛ masticetur cera.

¶ De dentibꝰ qui dolent cū a re frigida tangūtur. Cap. 44.

Oleum calefactum in panno desuper est ponendum. ¶ Aut vitellus oui assatus calidus multotiens masticetur. ¶ Aut calidum panez multotiens mordeat. ¶ Aut fiat fricatio ex balsamo. ¶ Aut ex oleo de lilio siluestri.

¶ De cola. Capitulum. 45.

Si pustule fuerint rubee sumantur anterē amili spodij lentium excorticataꝝ seminis portulace coriādri sicci seminis sene de mecha omniū anā. partes equales camphore paꝝ: ex his puluerizatis fiat fricatio ꝛ cū aceto mixta ꝛ oleo roseo ꝛ aqua rosata in ore teneanꝫ ꝛ sanguis minutio cū vētosis fiat. ¶ Albe vero si fuerint pustule: cū sale ꝛ melle fricentur: ꝛ sirupꝰ acetosus in ore teneaꝫ: aut almuri.

¶ De gingiuis sanguinolentis. Caplm. 46.

Cum ex gingiuis sanguis subtilis assidue manauerit: vtriusqꝫ arsenici scilicet rubei ꝛ citrini calcis gallarum aluminis omnium partes sumantur equales: ex quibus puluerizatis ꝛ cum aceto mixtis parui formentur trocisci. Cūqꝫ necesse fuerit ex eis puluerizatis sumatur quantum est sexta pars. ʒ. i. ꝛ fricentur gingiue ex eo optime: ꝛ permaneat sic parum. Deinde teneat oleum roseuz in ore. Est enim hoc mirabile ad hanc egritudinem curādam ꝛ putredinem: ꝛ herpetem estiomenum qui est in ore.

¶ De casu vuule. Capitulum. 47.

Cum eger senserit aliquid radici lingue sue insistere: aut gutturi: ꝛ cum iubetur aperire os ꝛ extrahere linguam: videtur vuula eiꝰ iam esse fluxa ꝛ elongata: ramech ꝛ sal armoniacus sumanꝫ: ꝛ bene puluerizata cum instrumento insufflandi super vuulam insufflentur: ꝛ ex eis in summitate predicti instrumenti aliquid ponatur ꝛ radici vuule cum eo dirigatur: ꝛ ipsa cum instrumento paruz exterius extrahatur. Aut granatum acetosum cum pulpa sua teratur: ꝛ fiat ex eo gargarismus. ¶ Quod si diu permanserit taliter ꝛ elongata fuerit: eiusqꝫ pars superior subtiliata et caput eius rotundum fuerit: tunc radicitus erit incidenda. Cauendum tamen est ne anteq̄ ita vt diximus sit disposita incidatur. Ex hoc enim sequitur quandoqꝫ sanguinis fluxus qui constringi non potest.

¶ De sanguisugis que ingrediunꝫ guttur. Capitulū. 48.

Cum aliquis in gutture suo titillationem senserit: ꝛ sanguis subtilis inde manauerit: extimandum est tunc sanguisugam in ore eē: ꝛ precipue si aquā loci quo sanguisuge fuerint biberit. ¶ Os igitur egri est aperiendum: ꝛ lingua extrahenda ꝛ inferius premenda ꝛ guttur in sole est inspiciendum: ꝛ si sanguisuga in loco propinquo pendere visa fuerit: cum forficibus quibus sagitte educuntur extrahēda erit. Quod hoc modo fiet: caput a quo pendet est stringendum ꝛ sic extrahatur.

¶ Quod si non fuerit manifesta eger multotiens gargarizet sinapim cum aceto: quia de loco in quo est mouebitur. ¶ Aut fiat gargarismus ex aceto et assa: aut ex aceto et sale.

¶ Nigella preterea et sinapis trita insufflentur gutturi: fiat etiam gargarismus ex succo cepe. ¶ Si autem post eius casum remanserit egro sanguinis resudatio: fiat gargarism⁹ ex apozimate in quo cortices granati: et balaustie et sumach cocta fuerint: et gutturi insuffletur puluis de balaustijs et thure et sanguine draconis et amido. ¶ Si autem sanguisuga stomacho annexa fuerit: medicamina quibus vermes expelluntur sumantur in potu. ¶ Ex his etiam que sanguisugam exire faciũt: est vt eger balneum ingrediatur et moretur in eo donec magnam patiatur sitim: et tunc aquam in niue infrigidatam frigidissimam scilicet in ore aliquandiu teneat. Cũq; ceperit tepefieri eam expellat: et aliam sumat. Sãguisuga enim quandoq; venit ad os frigiditatem querendo.

¶ De his que guttur ingrediũtur siue sint spine siue os. Cap. 49.

Cum illud quod guttur ingredit̃ et infigitur in eo aut meri: fuerit bolus magnus aut eius simile: de his que nõ habent frusta scissa contenta in eis aut acuta confert plerũq; percutere egruz in collo. Posterius multotiens et aquam sepe traijcere. Forstasse enim descendet inferius. Eger quoq; balneum ingrediatur et oleũ multotiens traijciat: q̃d postq̃ factum fuerit magnos deglutiat bolos. ¶ Quod si non descenderit: instrumentum quo huic simile inferius duci consueuit: in os mittatur. Est autem instrumentum illud de plumbo: quod cuz sit reti simile: est longum gibbositatem in se habens.

¶ De grauedine lingue. Capl̃m. 50.

Cum lingua absq; alijs membris grauedinẽ passa fuerit: et eger neq; febrẽ neq; acutaz incurrerit egritudinẽ sal armoniacũ et piper et zinziber et sinapis alba ac piretrũ et stafisagria et baurach atq; origanũ et sal indũ et nigella et sansucus siccus sumantur et in aqua coquant̃ et fiat ex eis gargarismus. Caueat tamẽ patiẽs ne ex eo aliquid traijciat aut eger ieiunus multis dieb⁹ gargarizet almuri nabati aut fiat gargarismus ex aceto et piretro. ¶ Postq̃ vero gargarizare cessauerit sumantur salis armoniaci piretri piperis sinapis oium partes eq̃les: et ex eis bene puluerizatis lingua diuti⁹ fricet̃. ¶ Q̃d si cũ lingue grauedine auditus ac reliquoꝝ sensuũ grauitas fortis affuerit: fiat egri curatio ſm doctrinaz qua paralysis curat̃. Si aũt loquela in acutis febrib⁹ aggrauata fuerit et videris ipſaz cũ grauitate in loquela extenuatam et abbreuiatã et spasmatã: aqua calida ab alto super spõdiles colli et auris principia fundat̃ et cũ oleo fricent̃. Eger quoq; oleũ tepidũ in ore tenere d;. Et si diu est ex quo loq̃la minui nõ cessauerit vel etiã semper considerandũ est an ligamẽtũ quo inferi⁹ lingua cõnectit̃ maius sit q̃ debeat. Q̃d si ita fuerit ex eo paꝝ est incidendũ et zegi puluerizatũ ſministrẽdũ,

¶ De lingua que adeo tumescit vt os egrediatur. Cap. 51.

Cum contingit linguam adeo inflari vt pre magnitudine os egrediatur: fricanda est ex cepis aut ex citri acetositate: aut cum ribes: aut ex granato acetoso donec saliua multa ab ea ꝓfluat. Hoc namqꝫ modo detumescet ⁊ ad primam redibit mensuram. Si autē non sufficit fiat fricatio ex sale ⁊ aceto. ¶ Et si necdum sufficit fiat minutio ex vtrisqꝫ cephalicis prius ⁊ postea ex venis que sunt sub lingua.

¶ De glandula que sub lingua nodatur ⁊ vocatur ranula. Cap. 52.

Cum sub lingua glandula nociua fuerit: in principio ex sale armoniaco ⁊ gallis fricanda est. Si autem vetusta fiat: ex medicamine gingiue sanguinolente fricanda est quod est medicamen acutum. Eger autem acetum ⁊ salem in ore teneat.

¶ De apostematibus accidentibus in lingua. Cap. 53.

Ista eisdem sunt curanda: ex quibus cola quas supra nominauimus ⁊ sinantia sanantur.

¶ De sinantia. Capitulum. 54.

Cum inglutiendo sentitur angustia adest passio que sinantia vocatur. Cuius grauitas vel leuitas ſm angustie quantitatem deprehendi potest. ¶ Cumqꝫ traijciendi angustia fuerit in facie ⁊ oculis rubedo ⁊ repletio: in principio curationis cephalica flobotometur ⁊ gargarismus ex succo granati muzi cum carnositate sua fiat: aut ex rob mori de seni. Et post hoc fiat gargarismus cū aqua rosata in qua sumach fuerit infusum. Quod postꝙ per tres dies sic factum fuerit ⁊ venter ex succo fructuum sicut prunorum tamarindi cassie fistule ⁊ tereniabin solutus fuerit: fiat gargarismus ex apozimate ficuum citrinarū ⁊ passularum: aut ex medulla cassie fistule cū ydromelle. ¶ Quod si passio inueterauerit: ex gargarismis ⁊ insufflatione fortium medicaminum que dicturi sumus curanda erit. ¶ Si autem in facie non fuerit rubedo fluxeritqꝫ ab ore saliue multitudo ⁊ eger fuerit humectatus: in principio soluatur venter ex cochijs ⁊ fiat enema ex clysteri acuto qđ in capitulo de apoplexia nominauimus. ¶ Cum tamen passio inceperit fiat gargarismus ex sirupo acetoso: aut cū ydromelle ⁊ pipere ⁊ oximelle ⁊ deinde ex a'muri nabati. Fiat etiam gargarismus ex ydromelle ⁊ sinapi. ¶ De his preterea que male sinante conferunt: est vt ex venis que sunt sub lingua fiat minutio: ⁊ vt ventose absqꝫ scarificatione in collo ponantur et epithimetur collū ex melle anacardino donec vesice in eo generentur ⁊ fiat gargarismus cum sinapi ⁊ gutturi fiat insufflatio ex hoc medicamine qđ sic fit. Sinapis sal armoniacū piretrum nitrum assa piper mētastrū: sumatur ⁊ ex eis cū ydromelle fiat gargarismus.

¶ De tussi. Capitulum. 55.

Cum tussis acciderit: fueritqꝫ aspera ⁊ sicca: ⁊ cū rubedine ⁊ calore: egro muroba violarum ⁊ ptisana tribuenda erunt: fabas quoqꝫ excorticatas ⁊ spinachia cū oleo de amigdalis dulcib⁹ in comestiōe accipiat. In ore vero semꝑ tenere debet pillulas bichichias. Aque autē

quā bibit sirupus violatus est admiscendus.

¶ Confectio pillulaꝝ bichichiaꝝ. ℞. succi liquiritie zucchari albi amborū. añ. ʒ. x. amidi dragaganti amigdalarū dulciū excorticataꝝ oīuꝫ añ. ʒ. v. ex eis cum mucillagine seminis citonij consperſis informentur pillule. ¶ Quod si cū tussi multum affuerit sputuꝫ qđ cū expuendo expelli non potest: nocumentum infert: sed neqꝫ febris neqꝫ vehemēs ventris solutio ipsam comitantur: ex his trociscis dandum erit infirmo: q ℞. seminis feniculi: seminis apij succi liquiritie capilli veneris amigdalarum omnium partes equales: ex his cum mucillagie seminis lini cōsperſis informentur trocisci: ex quibus. ʒ. iij. tribuantur. ¶ Decoctionē autem qua in hac egritudine vtendum est: in capitulo de catarro iā descripsimus: cui tamen. ʒ. v. capilli veneris sunt addēde. ¶ Quod si tussis antiqua ⁊ nociua fuerit adeo vt egrum in nocte dormire non pmittat: pillule storacine sunt dāde: que. ℞. myrrhe storacis opij omniū partes equales: informentur ex eis pillule ad lupinorum similitudinem: ex quibus vna aut due patienti tribuant. In potu vero sumat sirupuꝫ de papauere: ⁊ comedat semen albi papaueris cum zuccharo. ¶ Qui hāc preterea patitur egritudinem vitet in comestione acetosa salsa pontica acria atqꝫ amara.

¶ Suffumigium ad antiquam tussim ⁊ sputum fetidum: qđ. ℞. aristologie myrrhe storacis galbani omnium partes equales: arsenici rubei ad pondus omnium: omnia puluerizata ex butyro vaccino conspergātur: ex quibus magdaleones ad pile parue similitudinem informētur: ⁊ cum necesse fuerit in ieiunio ex vno eoꝝ per traiectorium suffumiget.

¶ De asmate. Caplm. 56.

Cum aliquis assidue patitur tussim: ⁊ aerem attrahit quēadmodū fit post cursum: aut post vehementem motum: ⁊ cum iacet supinꝰ est ei deterius: sed cum sedet est ei melius: decoctio ei danda est: que. ℞. ficuum citrinarum. ʒ. x. dactilorum maiorem humiditatem habentium seminis apij seminis feniculi capilli veneris liquiritie ysopi prassij omnium. añ. ʒ. v. coquantur in tribus libris aque dulcis donec redeant ad vnam ⁊ colentur. De hac vero decoctione tribus diebus egro in potu tribuatur cum pondere duorum aureorum huius confectiōis: que. ℞. succi liquiritie ysopi capilli veneris omnium. añ. ʒ. x. cordumeni piperis amigdalarum amaraꝝ aristologie rotunde seminis vrtice omnium añ. ʒ. v. mellis dispumati quod sufficit. ¶ Hec enim confectio superfluitates que sunt in pectore mirabiliter expellit: ⁊ est optima. Danda est itaqꝫ per hebdomadam vnam continuo.

¶ Deinde eger postq̄ comederit sinapim ⁊ mel: vomere cogēdus est: ⁊ venter ex his pillulis soluendus q̄ recipiunt agarici ordei grana. xviij. colloquintide inferioris grana ordei. vi. elacterij grana. iiij. succi liquiritie. ʒ. v. fiant ex eis pillule: ⁊ sufficiunt ad dosim vnaꝫ. Post hoc quoqꝫ iterum redeat ad bibendum confectionem ⁊ decoctioneꝫ sumendū: ⁊ postremo ad vomituꝫ ⁊ ventris solutionem vt prius. Hoc faciendum

est donec eger sanitati restituatur. Interiz tamen a cibis grossis ꝛ stipticis ꝛ acetosis abstineat.

¶ De pleuresi. Caplm. 57.

Cum aliquis sub costis suis dolorem sentit pungitiuum: ꝛ proprie quando siccam patit tussim: ꝛ febrit: expedit vt si dolor super partem costarum ꝛ furculam tendit fiat minutio ex basilica eius partis in qua est dolor: nisi totum corpus multo sanguine repletum fuerit: tunc enim ex latere contrario sanguinis detractio facienda est. ¶ Egritudo quoqꝫ si iam per aliquot dies a sui principio infestauerit egrum: flobotomia similiter a parte dolente facienda est. ¶ Quod si dolor inferiꝰ ad partem costarū posteriorum tendit: venter ex decoctiōe quam in caplo de reumatismo descripsimus est soluendus. Melius tamen est vt flobotomia fiat: deinde aqua ordei cum zuccharo assidue tribuaf. ¶ Et si videris tussim eius vehementis siccitatis: da ei in diluculo omni die iulep: deinde da ei in potu aquam ordei. ¶ Et si eger fuerit debilis nutriatur cuz pane ꝛ ex zuccharo. ¶ Si autez fortis fuerit: aqua ordei vsqꝫ ad diem quartum sufficiet. ¶ Cūqꝫ screare ceperit: decoctionem quam in capitulo de reumatismo nominauimꝰ quotidie sumat anteqā aquam ordei bibat donec sanetur. ¶ Si autem febris ꝛ acuitas perseuerent: ꝛ eger in excreatione difficultatē patiatur: detur decoctio quam in capitulo de asmate nominauimus: qđ similiter est faciendum cum saniei fit excreatio. ¶ Qđ si in principio passionis qđ excreatur nigerrimum: aut valde citrinū apparet: ꝛ sic permanserit ꝛ febris non quieuerit neqꝫ calor vsqꝫ ad diem septimum timorosum est. ¶ Et si cum hoc toto aeris attractio non alleuietur: ꝛ in pectore fuerit oregmō aut in maxillis rubedo: ꝛ in oculis stupor: morti est propinquus. ¶ Si aūt exterius in latere apparuerit rubedo aut apostematio: ꝛ cum premitur locus dolet: ponatur desuper ventosa aut emplastruz ex sinapi ꝛ ficubus: ꝛ dimittatur ibi donec locus vlceretur. ¶ De his vero que ex errore stolidorum ad augmentū nocumenti accidūt: hanc egritudinem patientibus est: ꝙ cū dolor in principio sentitur sub costis estimant grossam fore ventositatem: ideoqꝫ electuariū diamuscuz aut ei similia egro tribuūt: eūqꝫ oīno interficiunt. Hec passio vocatur birsen: cuius cā est apostema qđ oritur interius in costis hypocūdriorum.

¶ De peripleumonia. Caplm. 58.

Cum homini superuenerit febris ꝛ in anhelitu tantū patitur constrictionez vt se prefocari putet: ꝛ in maxillis ita vehemens fit rubedo vt tincte videantur: ꝛ anterior pectoris pars doler ꝛ tussis adest: ꝛ qđ cum excreatione emittitur existit spumosum: ꝛ in pectore sentitur grauitas sine punctione ꝛ sine calore: cui omnia hec accidūt acutum in pulmone patif apostema: ꝛ vocatur hec passio peripleumonia. In principio igif curationis eius basilica minuenda est; deinde eger ex eis quibus medicatur pleuresis curandus est.

¶ De sanguinis proiectione cum sputo sine vomitu ⁊ sine rasicatione per os. Capitulum. 59.

Cum sanguis cum rascatione aut paruo sonitu qui fit sine tussi egreditur: non est egro inde timendum. Poterit enim sanari gargarizando ea que in capitulo de sinantia nominauimus: ⁊ regimen subtiliando. ¶ Cum vomitu quoqꝫ si exierit sanguis non magnũ affert timorem. Curatur nãqꝫ hoc flobotomando egrum ⁊ si comederit stiptica sicut sumach ⁊ succus vue acerbe. In potu preterea sumat ex boli armeni gũmi arabici balaustie sanguinis draconis thuris omniũ partibꝰ equalibꝰ dentur ex eo. ʒ. iij. cũ rob simplici de citonijs. ¶ Quibusdam autem solet accidere sanguinis exitus cum interpollatione: ex quo nullum sentiunt nocumentũ: immo remedium: ideoqꝫ sic est dimittendũ. ¶ Quod si cum tussi superueniat sanguinis egressio: est timorosum. Est tamen incipiendum in curatione egri cum flobotomia ex basilica. Deinde ex trociscis istis in potu tribuendũ: que. ℞. thuris sanguinis draconis: amboꝝ. añ. ʒ. iij. ⁊ tertiam. charabe. ʒ. v. emathitis terre sigillate: amboꝝ: añ. ʒ. x. aluminis. ʒ. ij. ⁊. s. balaustie. ʒ. iij. opij. ʒ. ij. raue: seni. ʒ. ij. ex his omnibus fiant trocisci. x. de quibus quotidie vnus in potu sumat cum succo ozimi maioris aut portulace. ¶ Et si egritudo vehemẽs fuerit: alius circa noctem dandus est. ¶ Adiutorioꝝ quoqꝫ ac coxarũ partes superiores sunt ligande ⁊ extremitates fricande. ¶ Pectꝰ etiã precipue si in eo fuerit locus dolens ex trociscis predictis cum aceto ⁊ aqua epithimetur.

¶ Eius preterea cibaria succum vue acerbe ⁊ sumach ⁊ eis similia admixta habeant: ⁊ patiẽs supinus iacens: de terra sigillata aliquid post aliquid paulatim comedat.

¶ De ptisi. Capitulum. 60.

Cum aliquis carnium diminutionem pati videtur post tussim cronica passione ⁊ sputo sanguinis aut saniei procedente lac asininũ in potu tribuatur. ¶ Qđ si inueniri non poterit: caprinũ cum pauco zuccharo dandum est. Cum quo etiam panem sepe comedat: ipsumqꝫ quãtoplus potest: loco aque in potu sumat. Uinum tamen subtile ⁊ temperatũ aliquando est tribuendum. ¶ Nutrimentum autem egri fit ex carnibus auium ⁊ edina. ¶ Eger preterea ante comestionem ⁊ post balneũ ingrediatur qđ non sit calidum sed tepidum: ⁊ in semicupio moram faciat. ¶ Summopere vero cauendum est ne venter soluatur. Cui tamen si solutus fuerit: ex huius pulueris bibitione succurrendũ est: que. ℞. gummi arabici spodij boliarmeni seminis mirtini: omniũ. añ. ʒ. i. fiat ex eis puluis de quo in die. ʒ. iij. cum sirupo de papauere albo aut rob mirtino dentur: huius quoqꝫ pulueris bibitio omnibꝰ ventris constrictione indigentibus qui tussim patiuntur remedium affert. Cui plerũqꝫ adduntur xilocaracte de syria ⁊ bdellium de mecca. ¶ Quod si lac egro febrem generauerit auferendum est ei lac: ⁊ ptysana quousqꝫ febris recedit danda. Deinde lac ei denuo tribuendum. Et si febris iterũ

redierit remoto lacte ptisana est danda. Post cuius recessionem vt pri⁹ ad lac est redeundum. Hoc autem semper est faciendum cum necessitas vrget ꝛ summopere custodiendus ne soluatur.

¶ De tremore cordis. Capitulū. 61.

SI cum cordis tremore fuerit pulsus velocitas ꝛ febris: eger ex basilica est minuendus: ꝛ trocisci camphorati cum succo malorū acetosorū in potu sunt tribuendi que. ℞. spodij seminis cucumeris citrulli endiuie lactuce portulace rosarum sandali albi omniū partes equales: ꝛ pro vno quoqꝫ pondere aurei vnius ex eis sumatur camphore triū granorum ordei pondus: ex quibus cum succo macianorum confectis fiant trocisci: de quibus in potu quotidie vni⁹ aurei pondus quaqꝫ die tribuatur quod per duas hebdomadas fieri conuenit. ¶ Si autem hec non suffecerint lac de quo butyrum fit extractum ad bibēdū def. Ipse vero nutriat ex pullis cum aceto ꝛ succo vue acerbe ꝛ ex acetoso. Syrupum preterea acetosuꝫ de zuccaro factum bibat.

¶ Si autem cum cordis tremore nō fuerit febris: trocisci muscati in potu sumantur: qui. ℞. masticis spice xiloaloes cinamomi gariofilorū gallie muscate nucis muscate cubebe cardamomi maioris ꝛ ibelohe corticis citri omniuꝫ an̄. pondus vnius aurei: musci sexta. ʒ. i. ex his omnibus cum vino redolente conspersis fiant trocisci. Hi autem trocisci conferunt sincopi ꝛ tremori cordis.

¶ Electuarium dyamuscuꝫ p̄ciosuꝫ qđ ad sincopim ꝛ tristitiam ꝛ cordis tremorē ꝛ tediuꝫ faciens. ℞. masticis cinamomi seminis ozimi maioris seminis ozimi gariofilati seminis mellisse semis sisimbrij seminis sansuci macropiperis: omnium partes equales: ex quibus omnib⁹ pulverizatis. ʒ. x. sumanᵗ margaritarū minutaꝝ coralli rubei charabe sete crude been albi ꝛ rubei folij: omnium an̄. ʒ. x. musci tubapirici corconij puri. ʒ. s. cōficianᵗ cū melle de muraba chebuloꝝ. Hoc. n. electuariū ad frigiditatē stomachi ꝛ digestiue egritudinē optimū existit.

¶ De passione colerica. Capitulū. 62.

CUm paruus dolor pūctio ꝛ tristitia alicui superuenerit affuerit qꝫ cum ea vel post ipsam vomitus ꝛ ventris solutio: aqua calida multotiēs cōtinue in potu tribuaᵗ. Et si adhuc perseuerauerint vomitus ꝛ ventris fluxus: aqua calida iterum detur: sedabitur enim passio. ¶ Cum autem egritudo quieuerit eger balneum ingrediaᵗ: in quo per vnius hore spaciū moretur. Egressus autem de balneo leui alatur nutrimento deinde dormiat. ¶ Sed licet vomitus ꝛ ventris fluxus vehemētes fuerint ꝛ sinthomata terrefacientia superuenerint non tamē est timendum: immo cum medicaminibus que ego nominabo succurrēdū.

¶ In principio itaqꝫ trocisci de olibano cum aqua ꝛ niue ꝛ rob granatorum dentur semel qui item etiam sunt dandi si vomitus non cessauerit. Duoqꝫ adiutoria ꝛ coxe in supremis partibus ligentur ꝛ aqua in niue infrigidata super crura ꝛ pedes fundaᵗ ꝛ in ipsam etiaꝫ mittantur. ¶ Venter quoqꝫ ex sandalis ros. camphora gallia aqua rosata cōsper-

fis epithimet & pãnus aqua rosata in niue infrigidata infusus desuper ponat: qui postq̄ tepefactus fuerit est remouẽdus: & alius vt prius desuper mittendus. ¶ Ad potandũ aũt paulatim tribuat vinũ vetus temperatũ cum rob granatorum: & quando vomuerit iterũ tribuat. ¶ Panez quoq; in succo granatorum infusum cogendus est sumere cũ vino & comedere. Quẽ si vomuerit: iterũ dandus est donec quiescat. ¶ Quod si sincopis supuenerit muscus cũ vino dare cõuentẽs est: vim inferendo. Et succus carnis edine & pulline cũ pauco citoniorum succo in vino mixtus in potu est tribuẽdus. Pulli preterea sunt assandi & ante nares ipsius discerpendi. Thus etiam dandũ est vt ipm masticet & paulatim traijciat. Et postremo bolũ corascenũ cũ camphora cõditũ tribuat. ¶ Quicquid aũt de huius passionis cura nũc vsq; diximus donec vomitus sedetur & stomachus cibũ recipiat fieri conuenit. Postq̄ vero stomachus ipsius recipere cibũ poterit: nutriendus est eger: & parũ vini veteris bene redolentus in potu sumat & dormire incipiat:

¶ Trocisci de olibano ad vomitũ dicti. ℞. boli corasceni thuris amborũ. añ. ℥. x. cucube cardamomi amborum. añ. ℥. ij. & . s. camphore gallie gariofilo. omniũ añ. sextam. ℥. i. fiant trocisci pondere aurei vnius. Hi enim vomitui multum conferũt.

¶ Rob de granatis: succus granatorum acetosorum sumat: & per noctem vnã aut amplius dimittat: donec qđ grossum est in fundo resideat. Deinde coquat & dispumet donec iulep similitudinem habeat: in quo ab igne deposito adhuc tamen calido mente viridis stipites mittant & in ipso manere dimittant quousq; infrigidet. Cũq; infrigidatũ fuerit extrahant Ad cuius similitudinẽ sirupus de cytonijs & sirupus de malis macianis fieri conuenit. ¶ Si aũt vomitus hora aliqua nimis inualuerit & superfluerit: magna ventosa stomacho supponat.

¶ De his q̄ cõfortant stomachũ & ciborum pficiũt digõnẽ. Capi. 63.

Cum stomachi debilitas cũ pauca siti: & tarda cibi a stomacho descensione: & acido ructu fuerit: fuerintq; omnia accidẽtia hec parua neq; fuerint vetusta: stomachus cũ trociscis de rosis erit curãdus. De quibus eger quotidie in mane pondus aurei vnius & . s. cũ vnc. i. decoctionis de seminibus sumat.

¶ Decoctio autem de seminibus hec est: sumat ciminũ nabati & ameos et bulliant in miua donec aqua fiat rubea: de qua preterea cũ trociscis de rosis vt predictũ est in potu tribuat.

¶ Trocisci vero de rosis sunt: qui. ℞. pulueris rosarũ rubearum. ℥. iij. xiloaloes spice masticis xilocassie squinãti cinamomi absynthij omniũ añ. ℥. i. conspergantur ex vino veteri & informentur trocisci. ¶ Nutriatur vero ex his que cito digeruntur & paucorum sint humorũ ac paucarum superfluitatum: que etiaz ex redolentibus & seminibus sint condita sicut sunt calagie & mutagenar. ¶ Ipse quoq; ante comestionẽ multo vtatur exercitio & aquam minus solito bibat & post comestionez multũ dormiat. ¶ De vino quoq; veteri & puro parũ bibat: totamq; nutrica-

tionem minuat. ¶ Quod ſi hec accidentia vetuſta fuerint electuarium diacimini: electuarium diaolibani: amboꝝ: añ vnius aurei pondus cũ vnc. vna veteris vini puri in potu ſumat. Regimen aũt eius ſit vt pre-diximus.

¶ Electuarium diaciminũ. ℞. cimini carmeni. ʒ. c. zinziberis. ʒ. xx. pi-peris. ʒ. x. folioꝝ ruthe baurach panis amboꝝ. añ. ʒ. x. Hec omnia cum melle diſpumato conficiant ⁊ det de hoc electuario ſi venter ſtrict⁹ fue-rit. Quod ſi ſolutus fuerit venter electuarium diaolibanuz eſt dandũ. Cuius deſcriptio in capitulo de ventris ſolutione continet. Si autem non ſuffecerit ſquáma ferri cũ vino tribuat.

¶ Scoria autez ferri hec eſt. ℞. ſeminis apij ſeminis feniculi aniſi cimi-ni ameos aniudẽ origani chetſim carui ſeminis coriandri melanopipe-ris macropiperis cinamomi thuris ſpice gariofilorum nucis muſcate ciperi zinziberis omnium. añ pondus aurei vnius ſcorie aureos: x. om-nibus ſexcuplum vini addatur ⁊ coquat donec ad medietatem redeat ⁊ coletur: deinde eger de hoc ſirupo poſtq̃ colabit pondus. ʒ. xxx. quo-tidie bibat ⁊ nutricationem alleuiet qđ per tres hebdomadas faciens caueat ſibi ab acetoſis ⁊ a fructibus recentibus ⁊ ab aqua frigida: vinũ vero menſurate bibat.

¶ Emplaſtrũ ſtomachũ confortans ⁊ calefaciens. ℞. ſtoracem ſpicam ſquinantum abſynthiũ calamum aromaticum maſticem. Ex his cum vino veteri ⁊ ſucco citonioruz conſperſis emplaſtrum ſuper ſtomachũ ponatur.

¶ Ad hoc preterea confert: vt ſtomachus fricando inũgat ex oleo qđ fit de ſpica nardi ⁊ cipero ⁊ vt lana carminata in predicto oleo calefa-cto inuoluta ſuper ſtomachũ ponat ⁊ cũ panno liget. Eger quoqz vinũ vetus bibat: aut miuam: aut idromel.

¶ Miua aũt hoc modo fiat: ſuccus citonioꝝ muzoꝝ ſumat ⁊ per diez ⁊ noctem vt reſidere poſſit dimittat ⁊ colet. Deinde eius qđ clarum eſt partes due ſumant: zucchari pars vna: vini veteris vna ⁊ incipiat co-qui ſuauiter ⁊ diſpumari donec in iulep ſimilitudinez tranſeat: poſtea pro vnaquaqz libra ex toto ſumant zinziberis ſpice cinamomi gariofi. omnium. añ. ʒ. i. maſticis. ʒ. ij. omnia hec puluerizata in panno ligent ⁊ intus dum calidũ eſt mittant ⁊ cum infrigidari ceperit pannus ex-trahatur ⁊ exprimat deinde ſirupus recõdat. ¶ Quod ſi digeſtiue de-bilitas fuerit cum multa ſiti ⁊ paucorum ciborum appetitu ⁊ fetido ru-ctu ſirupus acetoſus de citonijs bibatur.

¶ Sirupus acetoſus de citonijs. ℞. ſucci citonioꝝ acetoſoꝝ partẽ vnã zucchari albi partem vnaz aceti clari q̈rtaz partez vnius coquant om-nia ſimul donec inſpiſſent. Eſt aũt ſirupus iſte ſtomachi confortatiuus ⁊ ad ſuas peragendas actiones iuuatiuus ⁊ vehemẽtiaz inflámationis ⁊ incenſionis q̃ in eo eſt ſedat. ¶ Egri vero nutricatio ſit res in q̃ ſimul congregant acetoſitas ⁊ ſtipticitas vt eſt caro cum ſucco vue acerbe co-cta ⁊ cũ malis macianis ſimiliter cocta ⁊ cũ ribes ⁊ frigida ex albulem

& amososi & illis similia ex cibis.

¶ De isto pterea det puluere pluries vt transglutiat: qui. ℞. rosarũ rubearum. ʒ. x. spodij. ʒ. iij. seminis coriandri. ʒ. ß. dosis eius. ʒ. ij. cum succo granati muzi & cum sirupo acetoso de citonijs. ¶ Si autem cuz hoc quod diximus fuerit in corpore extenuatio & inflammatio: egro lac & aqua ordei danda sunt. ¶ Ipse quoqȝ ex herbis humectantibus est nutriendus vt sunt lactuce malue cucurbite citrulli carnes edorũ & agnorum lactantium & pisces recentes.

¶ Balneũ pterea anteq̃ comedat & postq̃ comederit & tinam quotidie ingrediat & vinũ clarũ valde tẽperatũ bibat: & assidue vtat qete: & motũ & exercitiũ vitet: sitqȝ totũ eius regimẽ vt eius q corporis grossitiem adipisci desiderat. Et si cũ hac dispositiõe inflãmatio fuerit & incẽsio vehemẽtissima: stomachus ex reb⁹ frigidis erit liniendus & aq̃ ordei danda. Sitqȝ eius regimen vt ethicam habentis.

¶ De dolore & apostemate stomachi. Cap. 64.

Si cuz dolore stomachi adsunt tribulatio & nausea: egro aqua tepida in potu est tribuẽda: & vt vomat precipiẽdũ. Et si hoc nõ suffecerit vẽter ex hiera pigra soluat: q̃. ℞. pulueris rosaꝝ rubeaꝝ spice masticis xilobalsami carpobalsami cinamomi xilocassie asari omniũ. aã. ʒ. ß. aloes scotrensis duplum omnium quod bene tritũ cũ alijs misceat medicinis tritis: & cum panno sericino subtilissimo cribellatis: quaruz trituratio cum aloe secundo iteret. Cuius dosis sit a pondere duorum aureorum vsqȝ ad. ʒ. ij. ¶ Egro quoqȝ quotidie det panis in vino & succo mali granati infusus: & in sirupo acetoso de citonijs. ¶ Quod si cuz dolore fuerint ructuum multitudo & extensio atqȝ singultus: egro electuarium diaciminum: & de calamento & alie confectiones que ventositatem dissoluere consueuerũt que in capitulo de colica nominabimus danda erunt. ¶ Cibaria vero eius sint calagie & mutagenat cũ seminibus: vini veteris puri parum bibat & vtatur motu & ingrediatur balneum. Stomachus quoqȝ ex oleo de neriden vt diximus in panno inuoluto vaporetur.

¶ Si autem cum dolore stomachi fuerit febris & apostema manifestuz & cum tangitur sentitur calidus: eger prius ex basilica flobotomet & loco dolenti duo superponant sandali & rose & camphora cum aqua rosata & succo citoniorum. ¶ Nutrimentum vero eius non sit nisi sola ordei aqua: & custodiat a carne & vino & confectionib⁹ que de melle fiunt & bibat succum granatorum muzoꝝ & rob de fructibus frigidis. ¶ Cũqȝ caloris vehementia sedata fuerit: egro cassia fistula in succo endiuie dissoluta & bullita ac dispumata ad bibendũ detur. ¶ Cum autem egritudinis dies elongati fuerint: & calor omnino quieuerit si remanserit apostema cum duritie: ex hoc emplastro epithimetur locus: quod. ℞. violarum siccarum. ʒ. x: rosarum rubearum. ʒ. ß. spice odorifere masticis amborum. ana. ʒ. iij. ciperi squinanti calami aromatici omnium. ana. ʒ. ij. farine fenugreci. ʒ. xx. florum camomille: seminis maluauisci

albi farine ordei omniu3: an. ʒ. x. conspergantur omnia ex mucillagine seminis lini. Deinde locus ex oleo de neriden tepefacto inunctus emplastretur ex predictis per quatuor horas anteq̄ comedat. Et postq̄ cibus fuerit digestus: ⁊ stomachus fuerit euacuatus: ex oleo de neriden cum lana vt diximus vaporetur.

¶ Cōfectio olei nardini simplicis. ℞. olei de ben. lib. i. spice. vnc. 5. masticis costi ciperi squinanti calami aromatici omniū. an. octaua3 vncie vnius. omnia hec puluerizata in predicto oleo posita ad sole3 p hebdomadam vna3 vasis ore clauso dimittatur: deinde colentur ⁊ exprimantur feces: ⁊ scophe que in manibus remanserint emplastris admisceantur. optime enim erunt. ¶ Cum autem apostema in stomacho inueterauerit: trocisci de spica erunt dandi: qui. ℞. florum squinanti xilocassie rauetseni calami aromatici spice omnium. an. ʒ. iij. croci myrrhe anisi costi piperis omniū. an. ʒ. i. bdelij varij. ʒ. iij. masticis. ʒ. ij. armoniaci. ʒ. i. informentur trocisci: quorum vnusquisq3 vnu3 ponderet aureum: ex quibus vnus quottidie cum vino cocto detur.

¶ Emplastrum quoq3 istud fiat: quod. ℞. bdelij mollis: ʒ. x. armoniaci ʒ. v. seminis ben seminis apij ambo℞. an. ʒ. x. spice masticis nigri: amborū. an. ʒ. v. cere. ʒ. iij. olei de neriden. ʒ. xv. gūme i vino dissoluant: deinde omnia coniungantur ⁊ fiat ex eis emplastrum. ¶ Ad dolore3 tamen stomachi ⁊ epatis curandum medicus valde eruditus est necessarius: qui ipso℞ diligenter attendat dispositiones. Nos tamen aggregatiōes ⁊ summas ad hoc conferentes iam diximus: l3 inquantū potuimus in hoc abbreuiauimus sermonem.

¶ De singultu. Capitulum. 65.

Cum singultus post grossi cibi comestione3: aut vini valde temperati bibitionem superuenerit: aqua calida in qua ciminu3 ⁊ menta ⁊ mentastrum ⁊ parum thuris bullierint: multotiens in potu erit sumenda: ⁊ egro vt dormiat est precipiendum: ⁊ venter vaporandus: ⁊ ieiunandū est ei. ¶ Cum autem per multos dies a comestione abstinuerit iubendus est balneum sepe ingredi. Deinde paucis cibis desiccantibus tamen est alendus sicut sunt calagie ⁊ mutagenat cum seminibus ⁊ vini puri parum in potu tribuendū. ¶ Et si hec non suffecerint: trocisci isti dandi sunt qui dicūtur trocisci de thure: ⁊. ℞. thuris. ʒ. 5. enule. ʒ. iij. mentastri foliorum rute sicce amborum. an. ʒ. ij. seminis nemen. ʒ. iij. ⁊. 5. informent ex his trocisci pondere vnius aurei: ex quibus vnus in die cum apozimate cimini tribuatur. ¶ Qd̄ si singultus post febrem acciderit: fueritq3 cum eo tribulatio: aut nausea: aut sitis: aut in ore siccitas: aqua calida egro multotiens danda erit: non tamen repente sed paulatim. ¶ Et si sedatus non fuerit: aqua ordei cum oleo de amigdalis dulcibus detur. Spondiles quoq3 colli ⁊ dorsi ex oleo tepido inungantur ⁊ fricentur: ⁊ mucillago psilij cū iulep ⁊ succo granati in potu tribuat. ¶ Singultui preterea ⁊ sternutatiōi confert retinere anhelitū.

¶ De canino appetitu. Caplm. 66.

Cum aliquis famez assidue patiť: ꝛ cibus post comestionem adeo grauat eum: vt aut vomere aut per inferiorem regionem ipsum eijcere cogatur: rizi dandum est ei: qđ dum coquitur ex liquore qui fluit ab agno qui in furno assať impinguatur ꝛ cauda ꝛ ei similia: necnon ex omni cibo q̄ vnctuosus est. Et vinū vetus purū dandū est: de quo quantum poterit bibat. Deinde precipiendum ei est vt euomat: ꝛ hoc regimine conseruandus est donec sanetur. ¶ Qđ si neq̧ cibus eum grauat neq̧ ipsum euomit neq̧ per secessum expellit: carnes vaccine sunt dande ꝛ frumentum coctum vt puls ꝛ rizi cum lacte: ꝛ aquam frigidam in potu sumat: ꝛ in aere frigido moretur. ¶ Hac autem egritudine laborans nil acetosum ꝛ stipticum neq̧ acutum comedat: sed dulcibus ꝛ vnctuosis solum vtatur.

¶ De colere epatis. Caplm. 67.

Cum quis male fuerit coloratus ꝛ cum hoc malam habuerit formam: habueritq̧ dolorem in dextro latere apud costas posteriores: ꝛ fuerit eius malus color citrinus: ꝛ fuerit cum hoc in ore siccitas: ꝛ sitis vehemens: aqua ordei ꝛ succi herbarū vt endiuie ꝛ solatri ꝛ cuscute cū sirupo acetoso ex zuccharo albo facto in potu tribuanť.

¶ Emplastrum quoq̧ ex duobus sandalis ꝛ rosis ꝛ camphora ꝛ aqua rosata: cum panno lineo loco superponať. Qđ hoc modo fiat: pannus in predictis inuolutus superponatur: cūq̧ tepere ceperit remoueať: ꝛ alius loco eius apponatur.

¶ In potu preterea sumat granatorum succum ꝛ robub qui infrigidare consueuerūt. ¶ Hic quoq̧ a vino ꝛ a confectionibꝰ que de melle fiūt sibi caueat ꝛ a cibis calefacientibus: ꝛ sumat trociscos de berberis: qui. ℞. succi berberis. ℥. x. seminis endiuie citrulli seminis portulace seminis omniū. anā. ℥. iij. rosarū. ℥. ij. rauetseni. ℥. i. spice. ℥. ß. Informenť trocisci pondere aurei vnius: ex quibus dentur vnus cum sirupo acetoso de zuccharo aut cum succo granati. ¶ Venter quoq̧ si necesse fuerit cū succo fructuū soluať: vt sūt pruna ꝛ tamarindi: ꝛ zuccharo albo. ¶ Qđ si malus color qui est cum dolore capitis fuerit albus medius videlicet inter eum qui est cum fluxibilitate ꝛ cum qui est cum tumore: fuerintq̧ cum eo ventris solutio ꝛ palpebrarum atq̧ extremitatum tumor: trocisci de rauetseni cūz sirupo acetoso de melle in potū dandi sunt: qui. ℞. masticis succi eupatorij succi absynthij seminis feniculi: anisi omnium ana. ℥. ij. rauet. ℥. x. informentur trocisci pondere aurei vniꝰ: ex quibus vnus in potū omni die tribuatur.

¶ Sumantur preterea spica mastix ciperum squinantū calamus aromaticus crocus mirra: deinde mirra ꝛ mastix in vino dissoluta cum alijs misceantur: ꝛ ex eis emplastruz epati superponatur. ¶ Eger vero a cibis grossis ꝛ frigidis abstineat. ¶ Si autez hec non suffecerint: trocisci de lacca cum apozimate de radicibus sunt dandi. Trocisci autem de lacca sunt qui. ℞. lacce rauetseni amborū. anā. ℥. iij. spice seminis apij

ameos masticis squinanti seminis iuniperi amigdalarũ amararũ costi amari rubee succi eupatorij assari aristologie rotunde gentiane omniũ anã.ʒ.i.ꝛ.ʒ.Informẽtur ex his trocisci pondere vnius aurei.

¶ Apozima de radicib⁹. ℞.corticis radicũ apij feniculi amborum.anã ʒ.x.seminis apij seminis feniculi floris squinãti ameos omniũ anã.ʒ.ʒ. rosarum rubearum spice odorifere amborum anã.ʒ.iij. coquatur in lib. i.aque donec ad tertiam redeat:ꝛ detur in potu cuꝫ predictis trociscis. ¶ Si autem apostemata in epate fiant:eorum cura erit vt apostematuꝫ que in stomacho generantur.

¶ De icteritia. Caplm.68.

Si cum icteritia fuerit febris:succus endiuie ꝛ solatri ꝛ aqua ordei egro in potu tribuatur.Ipse quoqꝫ ex cucurbita ꝛ crisolocanna ꝛ citrullis ꝛ his similibus herbis frigiditati attinentibus nutriendus est ꝛ sirupũ acetosum ex fortissimo aceto in potu sumat. ¶ Epati preterea emplastrũ ex duob⁹ sandalis est superponendum:ꝛ venter ex succo prunorum ꝛ zuccaro soluendus. Que si non suffecerint:trocisci de cãphora cũ succo granatorũ dandi sunt.

¶ Trocisci de camphora. ℞.zuccari spodij rosarum rubearũ omnium anã.ʒ.iij.seminis endiuie seminis citrullorum cucurbite lactuce portulace seminum ex omnibus sandali rubei omniũ anã.ʒ.i. Informent ex his trocisci pondere.ʒ.ij.ex quibus quotidie vnus cũ sexta.ʒ.vnius de camphora detur. ¶ Si autem eger venas habuerit plenas fueritqꝫ diu ex quo minutus non fuit flobotometur. ¶ Qđ si icteritia fuerit sine febre:venter ex his pillulis soluatur: que. ℞.aloes.ʒ.i.scamonee quarta ʒ.i.agarici partes duas.ʒ.vnius:succi eupatorij tertia.ʒ.i.ex his cũ succo endiuie confectis:fiant pillule:sufficient ad dosim vnaꝫ.Deinde detur trocisci de lacca cum apozimate de radicibus. ¶ Si autem icteritia in oculis remanserit:eger fortissimuꝫ acetum paulatim olfaciat ꝛ balneum ingrediatur. ¶ Eius quoqꝫ oculis qui icteritiam cũ febre patitur aqua rosata immittenda est. ¶ Icteritie preterea valde confert : vt eger per tres hebdomadas serum bibat.

¶ De ydropisi. Caplm.69.

Cum venter post epatis doloreꝫ ꝛ febres augmentari ceperit: ꝛ qđ est ab vmbilico vsqꝫ ad femur exterius prominuerit: ꝛ cutis q̃ ibi est subtiliari ꝛ albere visa fuerit:ꝛ cum venter mouetur auditur sonit⁹ quasi aque in vase non pleno mote. Et si cuꝫ his vrina fuerit rubea parua habenda est fiducia:ꝛ ꝓprie si virtutis non affuerit fortitudo.His tamen si virtus fuerit fortis:ꝛ venter vehementer siccus pillule de rauet que recipiũt mezereon sunt dande.

¶ Pillule aũt de rauet sunt que. ℞. rauetseni succi eupatorij seminis endiuie:omnium anã.ʒ.iij.agarici.ʒ.v.mezereon.ʒ.x.fiant ex his pillule quaruꝫ dosis sit.ʒ.ij.ʒ.ex quibus quaqꝫ hebdomada dosis vna sumat. ¶ Qđ si virtus debilis fuerit:trocisci de mezereon sunt dandi:qui. ℞. seminis endiuie.ʒ.x.mezereon.ʒ.i.ꝛ duas tertias:agarici succi eupato-

rij:similiter tantūdem rosarū seminis citrullorꝫ amborꝫ. aā.ʒ.ij.⁊.ʒ.ex his omnibus fiant trocisci.x.de quib⁹ vnus in die cum syrupo acetoso de zuccharo dandus est. ¶ Si autem venter fuerit solutus: dentur trocisci de berberis cuꝫ syrupo acetoso. ☞ Eger quoqꝫ nutriatur ex cibꝛegi ⁊ bibat syrupum acetosum de citonijs. Et si ventris solutio vehemens fuerit: citoniorꝫ rob solum dandum est. ☞ Si autem cum hac passione non fuerit vrina rubea neqꝫ calor: pillule iste dande sunt que. ℞. mezereon serapini amborꝫ. aā.ʒ.ʒ. salis indi fimi colūbini amborū. aā. sextā ʒ.i. Pillule enīꝫ iste aquā vehemēter expellūt: ⁊ descendere faciūt. Trocisci preterea de lacca cū apozimate de radicib⁹ dandi sunt.

¶ Emplastrū asciti conueniens. ℞. farine ordei cyperi stercoris ouini veteris baurach boliarmeni omnium partes equales. Ex his omnibus tritis fiat episthima super ventrem. Huius nāqꝫ proprietas est: aque magnam partem exiccare. ☞ Qd̄ si in palpebris ⁊ extremitatib⁹ fuerit apostema molle: ⁊ testiculi apostemantur faciesqꝫ ac totum corpus mollicie quadam teneatur: erit tūc hydropis species que hyposarcha nominatur. Egro itaqꝫ hac laboranti: trocisci de lacca cum apozimate de radicibus sunt tribuendi: ⁊ venter quaqꝫ hebdomada ex pillulis de reubarbaro est soluendus: ⁊ patiens in arena calida sepeliendus. Et preterea est precipiendum vt exercitio vtatur: ⁊ famem ac sitim sepe patiat. ☞ Si vero venter inflatus ac tensus fuerit: ⁊ cum percutitur sonitum reddit vt tympanum: idropisis species adesse significabitur: que tympanites dicitur. Quam qui patitur a comestione olerū abstinere debꝫ atqꝫ eorum omnium que ventositatis sunt generatiua. Uenter quoqꝫ omni die ex panico est vaporandus: ⁊ ventose super ventrem ponende: medicamina tumorem dissoluentia danda sunt: vt dyaciminū electuarium de baccis lauri qd̄ in capitulo de yliaca nominabimus. Eger preterea exercitio vti assuescat: ⁊ fameꝫ patiꝫ: ⁊ ex collirijs que ventositateꝫ dissoluunt: quorum faciemus mentionem sibi subijciat. Uenter quoqꝫ cū mandili donec incipiat rubere: fricet: ⁊ ex oleo rutaceo clysterizet.

¶ De dolore splenis. Capl'm.70.

Si cum dolore splenis fuerit calor ⁊ vrine rubedo ⁊ febris: eger ex his trociscis sumat. Trocisci de agno casto. ℞. seminis agni casti tamarisci seminis amborum. aā.ʒ.x. seminis endiuie seminis portulace: amborum. aā.ʒ.v. ex his fiant trocisci: de quibus quottidie detur vnus cum syrupo acetoso de zuccharo: cui⁹ pondus sit.ʒ.ij. ☞ Eger vero si repletus fuerit ex saluatella que est in sinistra manu flobotometur. Splen quoqꝫ ex frusto filtri aceto calido infusi embrocetur ⁊ obseruetur a rebus dulcibus ⁊ cibis grossis. ☞ Qd̄ si cum predicta egritudine non fuerit calor: egro trocisci de capparis dandi sunt: qui. ℞. corticis radicum capparis seminis agni casti amborum ana.ʒ..x. scolopendrie.ʒ.vij. aristologie longe foliorum ruthe seminis nasturtij acori nigelle omniū. aā.ʒ.iij. armoniaci.ʒ.iij. armoniacū i aceto dissoluatur: ex quo cetera conficiant: ⁊ informent ex eis trocisci ponderantes.ʒ.ij. ex

quibus vnus cum sirupo acetoso de melle: ꝛ apozimate de radicibus in potu sumatur. ¶ Si autem splen tensus fuerit: ꝛ cum premitur audi tur sub eo rugitus: ex predictis trociscis cum apozimate de radicibus est dandum: ꝛ vinum vetus bibendum: ꝛ potus aque minoretur quan tum plus possibile fuerit

¶ Emplastrū ad duriciem ꝛ ventositatem que est sub splene. ℞. folioꝝ ruthe.ʒ.x. baurach mentastri sicci amboꝝ.añ.ʒ.iiij armoniaci.ʒ.viij. armoniacū in veteri vino dissoluat ex quo cetera conficiant: ꝛ fiat ex eis emplastrum qd̄ loco superponat.

¶ De colica. Caplm.71.

SI cum dolore ventris fuerit ipsius constrictio ꝛ nausea: sed neqꝫ calor affuerit: ea egro danda sunt que ventrem sine vomendi desiderio soluant: vt est electuariū de gallia: qd̄. ℞. masticis gariofil. zinziberis melanopiperis macropiperis cinamomi nucis muscate gallie omniū añ.ʒ.x. scamonee.ʒ.x. postea exprimantur cytonia acetosa ꝛ recentia: ꝛ succus eorum cum eiusdem quantitatis melle misceatur ꝛ coquatur vsqꝫ ad spissitudinem paulatim: ꝛ conficiatur ex eo medicamen quod tamen eiusdem sit quantitatis cuius species sunt: cuius dosis sit a duabus.ʒ. vsqꝫ ad.ij.ꝛ.ß.

¶ Quod si nausee vehementia non fuerit: neqꝫ eger medicinas vomu erit: pillule illatice sunt dande: que. ℞. colloquintide: serapini: amboꝝ. añ.ʒ.x. scamonee.ʒ.iij.ꝛ tertiam. Informentur pillule: de quibus vnius aurei pondus est dandum. Velociter enim passionem dissoluūt iliicam. ¶ Si autē passio iliaca difficilis fuerit neqꝫ medicamina ventris solutiua ei contulerint: hoc suppone collириū: quod. ℞. salis panis.ʒ.x. colloquintide interioris scamonee amborū.añ.ʒ.ij.ꝛ.ß. fiant ex eis collíria longa ꝛ supponatur. ¶ Et si non contulerit: ex enemate leui clysterizet qd̄. ℞ ficus citrinas quinqꝫ furfuris quantū manu vna capi potest mal uauisci. M.i. hec in panno ligata: ꝛ ficie folia.x. in duabus libris aque coquantur donec ad vnam redeant: deinde colet ꝛ ponatur super eam baurach pondus aurei vnius: olei sisamini vnc.i.ꝛ fiat clystere ex eo. Siquis autem fortius ꝛ acutius facere voluerit: pondus aurei vniꝰ de collírio quod prius diximus admisceat.

¶ Clystere vehemēter soluens quo tūc vtendū est cū medicamina non conferūt: neqꝫ venter soluit. ℞. colloquintide interioris.ʒ.x. centauree ʒ.v. buchormarie arthanita amborū.añ.ʒ.ij. mētastri ruthe origani omniū añ. M.i. omnia in tribꝰ libris aque donec ad duas tertias libre vniꝰ redeant coquantur ꝛ colentur: deinde dissoluantur in ea alkitran mellis amborū añ.ʒ.iij. castorei serapini oppoponacis collirij qd̄ p̄diximꝰ omniū añ.ʒ.ij. misceant omnia: ꝛ dum tepidum est: fiat ex eo enema. ꝛ si squibale non exierint: iteretur clystere donec exire videntur. Hoc nāqꝫ clystere administrari debet cū res fortissima est ꝛ pessima: ꝛ in colica mala: ꝛ est illa in qua fit nausea valde vehemens ꝛ inferiꝰ nihil egreditur.

¶ Huic preterea egritudini quandoqꝫ fetida superuenit eructatio: et

plerūq3 fierē⁹ p ōs egredit:qđ cū3 hoc accidit:sepe portendit mortem. ¶ Quod si cum ventris dolore non fuerit ipsius strictura: sed inflatio ⁊ rugitus ac tensio in ventre existūt:confectio de baccis lauri danda est. ℞.folloꝝ ruthe siccoꝝ.ʒ.x.ameos cimini nigelle keisin origani carui alexandrini:seminis amigdalarū amaraꝝ melanopiperis macropiperis mentastri dauci acori bacchaꝝ lauri castorei: omniū.añ.ʒ.ij.serapini.ʒ.iiij.oppoponacis.ʒ.iij.conficiantur cū melle eiusdem ponderis cuius dosis sit vt auellana vna: aut nabacca multis vicibus cum vncia vna vini calefacti:aut cum apozimate de radicibus. Huic enim confectioni in remouenda ventositate ⁊ dissoluenda nihil eqparatur. ¶ Hoc preterea suppositorium subijciatur:qđ est ventositatis dissolutiuū. ℞.cimini.folioꝝ ruthe viridis amborū.añ.M.i.bucormarié arthanite amboꝝ.añ.ʒ.ij.baurach.ʒ.i.conficiant ex melle:⁊ supponat⁹ cū spongia vel lana. Hoc enim dissoluit ventositatem ⁊ inferius expellit. Uenter quoq3 assidue ex panno calido vaporandus est:⁊ eger in tinaꝫ mittendus. ¶ Si autem hec non suffecerint:ventosa cum igne imponē da est:⁊ locus donec rubere incipiat fricandus. Post hec vnctio fieri conuenit ex oleo rutaceo:⁊ ex alijs oleis calidis:⁊ ex eis clysterizādus est eger postq̄ eis admixta fuerit:castorei euforbij amboꝝ.añ.ʒ.s. ¶ Hūc vero solitus pati egritudinem:dū sanus est caueat ne vinū aqua mixtū bibat:nec etiam sumat vinū nisi puꝝ ⁊ forte:neq3 aquam multa3 bibat ⁊ abstineat ab herbis ⁊ lacte:⁊ omnib⁹ inflatiuis.

¶ Filonium faciens iliosis cū maximo coartantur dolore: ⁊ timetur ne sincopis egro superueniat:ventositatem carminat:somnū prouocat ℞.piperis ameos folioꝝ ruthe mentastri castorei baccharū lauri cimini omniū.añ.vnč.i.opij mandragore iusquiami seminis omnium.añ. vnč.s.conficiant cū melle eiusdem quantitatis:detur ex eo pond⁹ vni⁹ aurei. Huic quoq3 electuario addit plerūq3 scamonee vnč.tertia ⁊ fit tunc medicamen ventris solutiuū. ¶ Si autem cum dolore etiam febris affuerit:cassiafistula in succo endiuie bullito ⁊ dispumato dissoluta egro est danda:⁊ syrupus violatus in potu est tribuendus ⁊ nutriendus est ex tafea cū oleo de amigdalis dulcibus condita:⁊ ex leni clysteri clysterizandus. ¶ Cum autem locus doloris in ventre apparuerit grossus:⁊ apostema habens: eger in principio flobotometur: deinde cassiafistula cū succo herbarum sepe danda: ⁊ sit cibus eius cuius hic dolor ex consuetudine accidere solet:tafea vnctuosa cum zuccharo et oleo sisamino:⁊ abstineat a rebus stipticis ⁊ acetosis ⁊ cibis grossis et ventrem stringentibus. ¶ Qui autem cum hoc dolore ventositatem pati solitus est:cibetur cum kalagie ⁊ mutagenat conditis cum seminib⁹: ⁊ abstineat ab oleribus ⁊ lacte:⁊ ab omnibus que inflant. Et bibat vinum forte ⁊ non viciatum. Aut idromel cum speciebus que pro condimento ponūtur:vt piper quas dicemus.

¶ Idromellis confectio. ℞.mellis mundi lib.i.aque lib.vi.misceant ⁊ coquantur diu ⁊ spumentur bene donec fiat ad similitudine3 iulep.

Cumq; hoc factum fuerit in vnaquaq; libra ex eo mittantur.ʒ.ij. pipe-
ris puluerizati in panno ligati donec appropinquet finis decoctionis
eius: ⁊ cum infrigidantur extrahatur pannus ⁊ exprimatur: ⁊ cū neces-
se fuerit propinetur.

¶ Confert etiam cui hec passio ex ventositate ⁊ grossa superfluitate ac-
cidere solet: oleum de cherua recenti cū apozimate de seminibus sum-
ptum. ¶ Apozima autem de seminib⁹ est hoc. ℞. ameos cimini chelsim
carui origani nigelle omniū an̄. pugillū vnū. Istis admisceantur aque
lib. iij. ⁊ coquantur donec redeant ad libram vnam ⁊ mediam. De hoc
itaq; apozimate sumantur vnc. ij. quibus.ʒ.iij. olei de cherua addātur:
⁊ multis dieb⁹ bibant. ¶ Sed si cui dolor iste cum calore superuenerit
pruna.xx. ⁊ ficus citrine.v. ⁊ passarū enucleatarū.ʒ.v. sumant ⁊ coquā-
tur ⁊ colentur: deinde cassiafistula in eo dissoluta coletur: cui oleū amig-
dalinū admisceat ⁊ sumatur: ⁊ ex apozimate qd̄ in capitulo de reuma-
tismo diximus in potu tribuatur. ¶ Venter vero si multū fuerit siccus
predicto apozimati addantur polipodij turbith: amborū. an̄.ʒ.ij. ⁊ co-
quantur cum eo: ⁊ detur donec venter soluatur. ¶ Cum autem solutus
fuerit remoueatur polipodiū ⁊ turbith.

¶ Electuariū qd̄ ventrem soluens inflationem resoluit: ⁊ grauedinem
℞. turbith albi fricati ⁊ puluerizati.ʒ.xx. zinziberis.ʒ.x. zuccari.ʒ.xxx.
hui⁹ pulueris.ʒ.iij. ad bibendū dentur.

¶ Pillule de quibus cum quis ventrem soluere voluerit vnam sume-
re debet: que appetitum excitant ⁊ inflationem reprimūt ⁊ grauedinē
⁊ cibum digerunt. ℞. masticis zinziberis cinamomi gariofilorū nehere
misk melanopiperis macropiperis scamonee violarum zuccari omniū
an̄.ʒ.i. fiant ex eis pillule ad magnitudinem ciceris: ⁊ sumatur vna: mo-
uet enim semel aut bis.

¶ De fluxu ventris. Capitulum.72.

Cum cibus in stomacho more solito non moratur: immo citius egre-
ditur non mutatus nisi parum fuerit: cum hoc mordicatio ⁊ do-
lor in ventre ⁊ sitis: cum quo etiam plerūq; adest ventris fluxus in quo
ante comestionem inuenitur purulentum: detur egro rob de succo vue
acerbe aut de succo ribes: aut de succo granatorum cum spodij rosarū
amborum an̄.ʒ.i.

¶ Trocisci quoq; de spodio constrictiui itidem tribuantur.

¶ Nutriatur vero ex adesia citrina: ⁊ pullis cū aceto coctis: ⁊ assatis: ⁊
in succo vue acerbe positis.

¶ In potu autem sumat sumach cum aqua rosata: ⁊ deinde nutriatur
ex cibo: cui admiscetur sumach: qui vocatur sumachia. ¶ Totūq; eius
regimen ad hoc perducatur vt infrigidare possit ⁊ cōstringere. Quod
si non fuerit cum eo mordicatio in ventre: neq; qꝫ egreditur pus habet
admixtum: sed est viscosum: ⁊ adest inflammationis paucitas ⁊ pauca
sitis: ⁊ ructus acidus: egro sicla ⁊ sinapis ⁊ pisces saliti tribuantur. De-
inde cogatur ea vomere sumendo salem ⁊ mel ⁊ anetum coctū. ¶ Que

si non suffecerint: medicamen quod expellit flegma tribuatur. Quod
℞.aloes.ʒ.i.collogntide iterioris.ʒ.iiij.salis indi.ʒ.iiij.turbith.ʒ.i.Ex
his fiant pillule: ⁊ sufficiunt ad dosim vnam.
¶ Uomitu preterea sepe vtatur: ⁊ cibaria quibus vtitur in almuri pso
intingantur ⁊ comedat sulcita que sale condiuntur: ⁊ que acrimoniaꝫ
habent: que appetitum prouocare consueuerunt. ¶ Si autem cum hoc
quod diximus nihil egreditur qđ sit superfluū: neqꝫ qđ expellit aliqđ
purulentum vel flegmaticum habet admixtum: egro vinum purum ⁊
forte tribuendum est: ⁊ diaolibanum dandum: qđ.℞.olibani.ʒ.x. pipe
ris ameos spice keisiz anisi nigelle: omniū.aā.ʒ.ij.balaustie.ʒ.x. mellis
dispumati qđ sufficit ad ꝯficiendū: detur ex hoc in potu: q2 stomachuꝫ
calefacit ⁊ vehemēter desiccat. ¶ Apozima quoqꝫ de senibus qđ in ca-
pitulo colice passionis noiauimus detur ⁊ assuescat in potu sumere vinū
puruꝫ. ¶ Si vero cibus nō egredit̄ sed res subtilis ⁊ alba ⁊ aquosa: cuꝫ
qua sunt ea que epatis significant debilitateꝫ: egro tribuat̄ id qđ fit de
scoria ⁊ diaolibanū: ⁊ trocisci calefaciētes epar quos noiauimus: ⁊ ele
ctuarium diacalamentū: qđ.℞. folioꝝ ruthe folioꝝ calamenti siccorū:
ameos carui leuistici zinziberis cinamomi macropiperis: oium partes
equales: ꝯficiant̄ cū melle cocto: ⁊ dent̄ alia medicamina que nomina-
uimus in caplo epatis: ex his que ipsum calefaciūt ⁊ cōfortāt. ¶ Si aūt
cū predicta egritudine nō fuerit significatio debilitatis epatis: imo qđ
egredit̄ cum fluxu subtile est ⁊ album ⁊ fiat in stomacho grauitas: pul-
uis de granatis ad transglutiendum dandus est: qui.℞. ossium grana
toꝝ acetosoꝝ assatoꝝ tritoꝝ vt alchool.ʒ.c. carui se.coriandri: amborū
aceto acerrimo infusorum: ⁊ postea assatorum.aā.ʒ.xx.xilocaracte su-
mach balaustie: omnium.aā.ʒ.x.pulverizentur optime ⁊ commiscean
tur: ⁊ detur ex eis puluis ad transglutiendum. ¶ Electuarium quoqꝫ
qđ dicit̄ canzi det̄: qđ.℞.arilloꝝ passarū tritoꝝ vt alcohol lib͂.i.mirtil-
lorū siccoꝝ pulverizatorū vt alcohol lib.ß.xilocaracte nabati balaustie
sem̄.tamarisci ameos omniū.aā.ʒ.x.conficiant̄ cū melle de canna mel-
lis aut cū melle apū optime dispumato: ⁊ ex electuario sumat̄. ¶ Si au-
teꝫ qđ egredit̄ citrinū fuerit: ⁊ anū mordicat: ⁊ eger sitiꝫ patiat̄ ⁊ febrē:
trocisci constrictiui de spodio: ⁊ aqua sauic ordei dent̄. ¶ Trocisci con
strictiui de spodio.℞.rosaꝝ rubeaꝝ spodij: amborū.aā.ʒ.x.seminis ace
tose sumach balaustie gūmi arabici: omniū.aā.ʒ.v. Informent̄ trocisci
pondere.ʒ.ij.quoꝝ vnus cuꝫ vnc͂.de rob citonioꝝ simplici sumatur: aq̄
vero sauich ordei quā diximus ita fit. ordeū fractū in aqua ipsuꝫ coope
riente bulliat donec aqua inspisset̄: deinde colet̄ ⁊ bibant̄ ex ea vnc͂.iiij.
cuꝫ tribus.ʒ.spodij ⁊ gūmi arabici eadē quātitate. ¶ Quod si ex fluxu
ventris euenerit excoriatio puluis de bolo ad transglutiendum detur:
qui.℞.psilij.ʒ.xx.seminis plātaginis.ʒ.x.gūmi arabici boli armeni: am-
borum.aā.ʒ.iij.psilium assetur ⁊ gūmi: ⁊ bolum pulverizetur ⁊ cōmi-
sceatur: ⁊ sumantur in potu ex eo in mane.ʒ.iij.cum rob de citonijs ⁊
circa noctem tantūdem. ¶ Cibus vero eius sit pulmentum factuꝫ cum

granis granatorum ꝛ passis cum aqua ꝛ aceto ꝛ cibus factus cuꝫ succo vue acerbe ꝛ sumachia ꝛ tafea admiscetur succus sumach ꝛ his similia cibaria.

¶ Trocisci de balaustijs qui continue conferunt dyarie dandi sunt: cũ fluxus fuerit superfluus: siue habeat sanguinem admixtum siue nõ. ℞. gallarum siliquarũ nabati seminis tamarisci olibani balaustie: omniũ partes equales: opij gũmi arabici amboruꝫ. añ. partem mediam. Informentur trocisci pondere. ℥. ij. ex quibus vnus cuꝫ vino sumatur: si neqꝫ calor affuerit neqꝫ febris. Sed si febris affuerit: cum rob de cytonijs acetosis sumat: qui tunc dandi sunt cũ ventris fluxus supfluus fuerit.

¶ Trocisci ad tenasmon: qui dandi sunt cum caloris absentia fuerit: ꝛ ventositas erit nociua ꝛ sonit⁹. ℞. seminis iusquiami albi: seminis aneti: seminis feniculi omniũ. ℥. ſ. ameos. ℥. ij. ꝛ. ſ. opij. ℥. iij. seminis apij. ℥. x. fiant trocisci de quibus pondus vnius aurei in potu sumatur.

¶ Confectio de storace q̃ antiquo ventris fluxui conferens ac tenasmoni: cũ neqꝫ febris neqꝫ calor affuerit: sed erit ventositas nociua: danda ẽ ℞. castorei opij assari storacis liq de myrrhe semis iusquiami nigri thuris omniũ partes equales: mellis qđ sufficit ad speciez confectionem: cuius dosis sit. ℥. ij. vsqꝫ ad tres.

¶ Si aũt postq̃ tenasmon decẽ trãsierit dies non visa fuerint medicamina ꝯferre: ꝛ eger supra pectinẽ sentit dolorem: redeũdũ ẽ ad clystere.

¶ Clystere constrictiuũ. ℞. panici excorticati lentium excorticataꝝ rosarum siccaꝝ balaustie cupulaꝝ glandiũ omniũ. añ. M. i. omnia in. iij. lib. aque coquant donec ad libram. i. ꝛ. ſ. redeant ꝛ colent: deinde sumant ceruse cineris papyri babylonici: aut cineris papyri amboꝝ. añ. ℥. i. boli armeni. ℥. ſ. vitellus oui vni⁹ assati durus: olei rosei. vnc. ſ. Ex his omnib⁹ in predicto apozimate fricaudo dissolutis clysterizet eger semel aut bis. ⁋ Qđ si tenasmon fuerit longi temporis in quo nõ egredit sanguis: sed rasura alba mucillagini similis: medicamen putredis qđ in caplo de cura gingiuaꝝ putridaꝝ nominauim⁹ dãdũ est. Ex quo in apozimate eorũ qđ nominauimus fricato dissoluto clystere semel aut bis fiat. ⁋ Et si ex ventris fluxu in ventre vehemens mordicatio secuta fuerit: clystere fiat ex oleo roseo tepido. ⁋ Si autem nullo modo mordicat: clystere fiat ex illo medicamine: multotiens addatur donec sanet.

¶ Epithima de quo venter cum fluxus superfluit ꝛ virt⁹ est debilitata liniendus est. ℞. gallie acatie ciperi myrrhe gallarum cypressi thuris omniũ partes equales. Ex his omnib⁹ vino veteri aut succo citoniorũ conspersis liniat venter. Huic quoqꝫ quandoqꝫ addit panis biscoctus de suria. ⁋ Si autem cũ hac egritudine fuerit calor: epithima fieri conuenit ex duob⁹ sandalis ꝛ rosis ꝛ boloarmeno ꝛ fausel ꝛ gallis ꝛ pane biscocto cũ succo macianoꝝ ꝛ citonioꝝ ꝛ myrthino.

¶ Qđ si eger vehementer patiatur tenasmon: ꝛ sepe vadat ad sellam: ꝛ tamen nihil egrediatur: collirium istud subijciat. Est enim mirabile ad sedandũ tenasmõ qđ. ℞. thuris litij cro. i gũmi arabici; omniuꝫ. añ. ℥. i. opij. ℥. ij.

opij.ʒ.ij.informentur collirîa ⁊ supponantur.

¶ De difficultate mingendi. Cap.73.

Cum vrina minuitur aut ex toto retinetur neqꝫ in femore apparet tumor neqꝫ grauitas neqꝫ dolor in renibus sentit: succurrendum est ex medicaminibus vrine prouocatiuis que noiabimus. ☞ Quorum vnū est hoc qđ. ℞. seminis apij nitri rubee tinctorū olixatri seminis iunipe, ri se. assari ameos semis feniculi spice amigdalarum amararum semis melo, nis oium. añ. ʒ. x. cantaridarum quarū capita ⁊ ale abscisa fuerūt. ʒ. i. armoniaci. ʒ. iij. armoniacū in vino dissoluat: ⁊ alie species ex eo confi, ciant: ex qbus fiant forme auellanis similes de quibus sumant ab vna ʒ. ad. iij. ʒ. hoc enim medicamē valde cōfert corpori cum dissolutionem patitur ⁊ laxitatē: ⁊ hyposarche ⁊ ad expellēda oia accidētia: cū quorum corpus desiccari opꝫ. ☞ Qđ si cōtingat mingēdi difficultas ex casu aut percussione in femore: aut in ano aut in eorum circuitu: eger ex basilica minuatur. Deinde aqua calida loco sepe superfundat: ⁊ vsqꝫ ad spaciū medij diei ex oleis fricetur. Egro quoqꝫ precipiat vt vrinam expellere nitatur. ¶ Si autem mingendi difficultas contingat vesica existēte ple na ⁊ extensa: ⁊ sit hoc post sanguinis aut saniei mictum: medicamina q̄ trumbos sanguinis: aut pus quod in vesica generatur soluere consue, uerunt ⁊ liquare: danda sunt. ☞ Medicamen quod trumbos sangui, nis aut saniei que in vesica fit dissoluit. ℞. cordumeni myrrhe rubee, de qua tingitur seminis iuniperi armoniaci asse: omnium partes equa, les: armoniacum dissoluatur: ⁊ informentur pillule ex alijs speciebus ex eo confectis: de quibus quater in die sumatur cum apozimate de se minibus quod nominauimus. ☞ Syrupus etiam acetosus ex forti aceto factus multotiens detur. ☞ Per siringam preterea imittatur in vesicā aqua in qua dissolutus fuit sal aut aqua cineris: ⁊ ista est cōfectio aque que fit de cinere. ℞. cinerē de ilice. cinerē de vitibus cali. calcem: his om nibus admisceatur tantum aque vt ex ea cooperiri possint: ⁊ dimittan, tur sic per tres dies: deinde coletur ⁊ per siringam in vesicam inijciat. ¶ Herba quoqꝫ croci hortulani ⁊ esula cocta superponantur. ☞ Tinam preterea assidue ingrediat: in qua sit aqua in qua cocta sint camomilla sticados arabicus sansucus sisimbrium: aut in qua extremitates cauliū ⁊ esula ⁊ fimus columbinus cocte fuerunt. Eger in decoctiōe earum se, deat: ⁊ ex herbis istis sic coctis fiat emplastrū super femur ⁊ partes ei circūadiacentes. Et dum in tina moratur sumat in potu que vrine prouo, catiua existūt. Et si hec omnia nō profuerint: ad instrumentum cū quo vrina prouocatur est recurrendum.

¶ Si aūt mingēdi difficultas post lapidis signa affuerit: eger supinus ia ceat ⁊ pedes eius diuersis modis ⁊ fortiter quatiēdi sunt. Et si vrina nō egressa fuerit oportebit vt cū instrumēto curet per quod membro imis, sum fit ipulsio. Cauendū tamen est ne virge imittatur: cum est ibi aposte ma: Ad difficultatē quoqꝫ valde confert sepe ingredi tinam: ⁊ vngere loca ex oleis ⁊ medicamina vrinā prouocātia in potu sumere ⁊ abstine,

re a nutrientibus acetosis ⁊ ponticis ⁊ grossis.

¶ De lapide. Cap. 74.

Cum eger virgam sepe fricat ⁊ manu tractat. ipsa quoq; quandoq; erigitur ⁊ arescit: ⁊ vrina difficulter ⁊ cum dolore egredit: in qua egritudine fortasse etiam longaonem quandoq; existit: lapis in vesica eē significatur. Si aūt eger sentit cum difficultate mingendi vehementē dolorem in renibus: ⁊ in emunctorijs: ⁊ nauseaz: ⁊ ventris constrictiōez: in renibus lapis esse monstratur.

¶ Lapidi vero qui est in vesica confectio ista vtilis existit: ⁊ est optima ad frangendum lapidem cum vetustus fuerit. Ego quoq; iam fregi cū eo magnum lapidem in spatio minore quadraginta dierum. Cuius cōfectio. ℞. carpobalsami seminis raphani dauci olixatri seminis corticis radicū oppoponacis corticis radicū capparis amigdalaruz amararuz dānococtie squinanti ciperi spice ide cassielignee saculofundurion harmel gentiane aristologie rotunde assari cordumeni armoniaci serapini bdelij piperis acori: oium ptes equales: gūme sufficienti balsamo dissolute malaxentur: ⁊ ex eis alie species conficiantur: ex quibus informent pillule: ⁊ sumatur ex eis in die. i. ʒ. cum apozimate de seminib⁹. Quandoq; etiā sexta pars. ʒ. vnius de cinere scorpionuz simul cuz eis datur.

¶ Cinis vero de scorpionibus hoc modo fit. Scorpiones sumant ⁊ in ollaz nouam positi os habentem opilatum super lacertulum in furno mittantur: in quo non sit vehemens calor: ⁊ sint ibi sex horarum spatio: deinde extracti pulnerizent ⁊ reponant. ¶ Eger vero nutriat ex aqua ciceris ⁊ caligie ⁊ mutagenat. Et abstineat a lacte ⁊ caseo ⁊ ab alijs cibis grossis. ¶ Ingrediatur tinaz in qua sit aqua in qua cocta sint folia caulium ⁊ esula ⁊ berengesif ⁊ mentastrum ⁊ fimus columbinus ⁊ medulla seminis croci hortulani. ¶ Femur etiam inūgatur ex oleo de scorpionibus: ⁊ distilletur ex eo in virgam.

¶ Oleuz de scorpionib⁹. ℞. aristologie rotūde gentiane ciperi corticis radicum capparum: omnium. aā. vnc. i. Hec omnia in libra vna olei de amigdalis amaris posita ad solem per hebdomadam vnam dimittantur ⁊ colent ⁊ exprimant: ⁊ pro vnaquaq; libra ex eo adiungant ei scorpiones decem: ⁊ totū in vase cuius os opilatum sit missuz ad solē p duas septimanas moret: deinde colet ⁊ reponat. Est enim optimū ⁊ mirabile: de quo quottidie in virga guttatim fundendus est postquaz eger vrina egreditur. ¶ Qd si lapis magnus fuerit: nō inuenitur aliud remediū: nisi vt cū incisione extrahat. De hoc tñ loqui nostri libri huius modum excedit. ¶ Cuz aūt in renibus fuerit lapis: eger frequenter tinam ingrediatur ⁊ renes ⁊ ilia ex oleis inungātur: ⁊ ex eis que locuz calefaciunt desuper cū pāno ponant: vt sunt ea que nominauimus. In potu quoq; sumant ea que lapidē frangūt. ¶ Si aūt lapis ceciderit in virgā ⁊ obstaculum fecerit: aqua calida ab alto distillando ei superfundatur donec rubere videatur: deinde oleuz tepidum guttatim supiaceat ⁊ fricetur: ⁊ si necesse fuerit: ad exteriora fugatur. Ex hoc enim mouebit la-

pis ⁊ exibit. Sed si magnus fuerit ⁊ difficilis: necesse est vt virga iferi⁹ incidatur ⁊ extrahatur.

¶ De nascentijs renum ⁊ vesice. Cap. 75.

APostema qđ fit in renibus ⁊ in vesica comitaṫ febris pmixta que non est vehementis caloris cum qua est horripilatio ⁊ rigor: ⁊ frequens mictus: ⁊ dolor in inferioribus dorsi ⁊ grauitas: ⁊ cum impelliṫ videtur egro ꝙ aliquid ibi suspensum sit. Cum hec itaqꝫ signa visa fuerint: eger ex basilica flobotomeṫ eius partis in qua dolorē sentit: ⁊ granedinem. Loco quoqꝫ emplastra infrigidantia superponantur. Et si egritudo sic dissoluta fuerit bonū erit. ¶ Si aūt febris ⁊ dolor ⁊ grauitas perseuerauerint: ⁊ vrina minutiꝫ ⁊ frequenter egreditur: significaṫ pus ibi colligi. Est igitur tūc super dorsum emplm̄ ex camomilla semine lini furfure oleo sisamino consperſis ponendū: ⁊ egro vt in tina sedeat ꝑcipiendū. ¶ Si autem eger minxerit pus: semina que nominabimus in capitulo de ardore vrine sunt danda donec pus minuatur: deinde dētur trocisci quos in capitulo de mictu sanguinis ⁊ saniei nominauimus. ¶ Apostema vero qđ in vesica fit deberet comitari febris continua ⁊ difficultas mingendi ⁊ disuria ⁊ femoris ⁊ virge dolor: ⁊ tunc eger ex basilica flobotomādus est: ⁊ fiat egritudinis cura quēadmoduꝫ prediximus. ¶ Est autem quandoqꝫ renum apostema qđ non peruenit ad saniem: imo transit in duritieꝫ cū grauitas in renibus sine febre perseuerat. Est ergo clysterizandus ex mucillagine fenugreci ⁊ seminis lini ⁊ opozimate camomille ⁊ caulīū ⁊ melliloti ⁊ maluauisci ac furfuris ⁊ vomat frequēter. ¶ Renibus quoqꝫ superponaṫ emplm̄ ex eis que noiauim⁹. Et si vrina minui vr: cū illo vrinā ꝓuocātia denṫ. Hoc quoqꝫ pro paruo nō est habendū: q: ex eo peruenitur ad hydropisim.

¶ De ardore qui fit in mictu. Cap. 76.

CUm eger dum mingit sentit ardorem ⁊ punctionē in virga: a salsis ⁊ acetosis ⁊ acutis abstinendus est ⁊ nutriēdus est ex tafeis leuibus ⁊ cibrebegi ⁊ eorum similibus. ¶ Hoc quoqꝫ medicamen ei dandum est: quod recipit seminis melonis excorticati. ʒ. xxx. seminis citrulli seminis cucurbite seminis portulace seminis albi papaueris: omniū añ. ʒ. iij. seminis iusquiami albi. ʒ. ij. zucchari albissimi ad pōdus oīuꝫ: de puluere horum quotidie in potu. ʒ. iij. in mane: ⁊ alie. iij. ʒ. circa noctem cuꝫ vnc̄. i. sirupi violati aut iulep sumantur. Hec quoqꝫ egritudo non est paruipendenda: q: cum sit mansiua ⁊ perseuerans: prouenīunt ex ea in vesica ⁊ in instrumentis vrinalibus vlcera.

¶ De mictu sanguinis ⁊ puris. Cap. 77.

CUm aliqs ꝓp casum aut pcussionē sanguinē minxerit: ex basilica flobotomeṫ: ⁊ trocisci q dicūṫ trocisci đ charabe i potu tribuāṫ.

¶ Trocisci de charabe. Recipe charabe gūmi tremule arboris: amborum. añ. ʒ. ʃ. balaustie hypoquistidos: amborum. añ. ʒ. ij. ⁊. ʃ. olibani. ʒ. ij. seminis apij opij: amborūꝫ. añ. ʒ. i. informentur trocisci pōdere aurei vnius. Ex quibus vnus omni die cum apozimate sumach tribuatur.

¶ Ad comedendum vero tribuatur caro cocta cum sumach et caro cocta cum succo vue acerbe. Abstineat a cibis acutis et salsis. Loco vero percussionis superponatur emplastrum ex bolo armeno et acatie et aloe et licio confectis cum aceto et aqua. ¶ Si autē sanguinis mictus euenerit post comestionem ciborum acutorum aut potum vini acuti: flobotometur eger et trociscos de karabe in potu sumat et eodem quod prediximus gubernetur regimine.

¶ Pus vero si minxit eger trocisci isti dandi sunt: qui. ℞. seminis melonis citrulli cucurbite omniū absq corticib⁹. añ. ʒ. xx. boli armeni gūmi arabici thuris pinguis sanguinis draconis omnium. añ. ʒ. x. opij. ʒ. iij. seminis apij. ʒ. ij. informentur trocisci pōdere. ʒ. ij. ex quibus omni die vnus cum sirupi de papauere vnc. i. in potu tribuatur. ¶ Uirge quoqȝ ex isto collirio immittatur.

¶ Colliriuȝ de cerusa. ℞. ceruse sarcocolle olibani gummi arabici opij sanguinis draconis oīuȝ partes equales: fiant ex eis colliria et p siringā fiat prius iniectio idromellis et mingat eger et post egressioneȝ fiat iniectio istius collirij dissoluti in lacte asine.

¶ De his qui non possunt retinere vrinam. Cap. 78.

Cum eger multum vrine emittit: et in emissione ardorem non sentit aut mingit in somno neqȝ patitur sitim neqȝ corporis extenuatiōeȝ incurrit: ea que vrinam constringunt danda sunt.

¶ Medicamē retinens vrinā. ℞. glandiū. ʒ. i. olibani. ʒ. xxx. seminis coriādri sicci gūmi arabici boli armeni omniuȝ. añ. ʒ. x. fiat ex eis puluis de quo in mane. ʒ. iij. et circa nocteȝ totidē ad trāsglutiēdū detur. ¶ Quod si cum hac egritudine sitis fuerit validissima clamosa et aqua que bibitur cito egreditur: aqua ordei cum psilio detur et nutriatur cum succo vue acerbe et sumach et similibus horum nutrientium: et cum cibo q fit de simila ordei et masal: et raib acetosum da ei in potu: et prohibeatur laborare et cum muliere concumbere.

¶ Isti quoqȝ trocisci in potu sumantur qui. ℞. spodij. ʒ. x. lactuce semis portulace seminis ambo rum. añ. ʒ. xv. coriandri sicci rosarum rubearū boli armeni omnium. añ. ʒ. ʒ. balaustie. ʒ. ij. camphore. ʒ. ʒ. sumantur in potu cum succo granati acetosi.

¶ Herbe etiaȝ frigide terantur: et super renes ponantur. Et caueat sibi a cibis calidis et vino: et ab omnibus que vrinam prouocant. Illud autē quod ex magno stolidorum errore prouenit est: quia dant in hac passione egro medicinas calidas vnde illico deducūt ipsum ad ptisim.

¶ De lūbricis et vermib⁹ q nascuntur in ano et in vētre. Cap. 79.

Qui hoc nocumento solitus est ledi a cibis grossis et vnctuosis sibi cauere debet. et quotidie anteq̄ comedat sumat bucellas aliquas cum sinapi. Hoc eniȝ ipsos generari prohibet. Si vero eos generari cōtingat: non conuenit aliud nisi vt expellantur. ¶ Medicamen ascarides expellens burungi excorticati cum valde famelicus est eger. ʒ. vij. sumantur.

¶ Medicamen magnos expellens lumbricos. ℞. burungi excorticati
turbith seminis nigelle omnium partes equales lupinorũ nasturtij ca
nabil omnium añ. partem mediam sumãtur ex eo in potu. ʒ. vi. ¶ Pri⁹
tamen bibat eger lac mox vt mulctũ fuerit per tres dies: ⁊ deinde qua-
qʒ die quarta dietet se ⁊ de predicto medicamine in lacte adhuc calido
vt mulctũ est dissoluto ⁊ aceto dum valde famelicus est: bibat. Vermes
vero minuti qui in ano fiunt pro quibus generatur pruritus in eo: ⁊ idõ
cũ fricatur anus expellũtur cũ cotũ ex oleo abluto inuolutum immitti
tur: aut inuolutum oleo de crisomillis aut succo mentastri. Aut inuol-
uatur ex parua quantitate aloes ⁊ felle vaccino ⁊ supponatur.

¶ De emorroydibus ⁊ fistulis ⁊ ragadijs que in ano fiunt. Cap. 80.

DUm sanguis recens sine dolore per inferiorem fluit regionez in-
terpolate tamen non est constringendus nisi patiens ex eo debili-
tetur. A multis enim passionibus exinde liberatur. ¶ Si autem debili-
tetur indiget constrictione: trocisci de charabe cuʒ succo sumach dent.
In comestione quoqʒ sumat sumachiam: ⁊ cibum qui cũ succo vue acer
be fit ⁊ similia his de illis que nutrientia sunt. Si vero multuʒ debilite
tur nutriatur cum succo carnis cui plerũqʒ admiscent succus citonio-
rum ⁊ vinuʒ. Vinũ quoqʒ bibat stipticuʒ ⁊ super epar ponatur empla-
struʒ de spica quod in capitulo de epate nominauimus.
¶ Et si ista non suffecerint confectio de scoria ferri detur: que recipit
myrabolanorum nigrorũ bellitricorum emblicorũ omnium añ. ʒ. 5. spi-
ce squinanti ciperi zinziberis piperis ameos olibani omnium añ. ʒ. ij.
scorie infuse in aceto per hebdomadam vnaʒ: ⁊ postea torrefacte. ʒ. xv.
conficiantur omnia cum melle dispumato qd̃ fuit coctum cũ apozima
te emblicorum sicut in capitulo de melancolia nominauimus de quo
quotidie ad nucis magnitudinem sumatur. Hoc nãqʒ emorroydarum
sanguinem ⁊ menstruorum constringit: fluxui quoqʒ ventris longi tẽ-
poris remedium affert.
¶ Si aũt in ano orit aliqͥd prominens extra ex q̃uo magn⁹ prouene-
rit dolor nec fluit ab eo aliquid: succus cepe cũ panca lana: aut fel vac-
cinuʒ supponatur. ¶ Suppositoriũ quoqʒ longũ de ciclamine subycia
tur: qd̃ patiens per totaʒ teneat noctẽ: ⁊ si cõtingat egredi remittat do-
nec scindat ⁊ egrediat sanguis. ¶ Cum aũt dolor vehementissimus fue
rit ⁊ apostema magnũ in ano flobotometur eger: ⁊ emplastrũ hoc sup-
ponat. Sedat. n. emorroydaꝝ dolorẽ cũ adest apostema cum eis: qd̃. ℞.
mellilotũ camomillã que tãdiu in aqua coquant donec dissolnant: de
inde sumant ex aqua decoctionis eaꝝ quantũ manu vna teneri potest:
vitellus oui assati vnus croci. ʒ. i. opij. ʒ. ij. seminis lini triti fenugreci
maluauisci omniũ. añ. manipulũ. i. Conficiant oĩa ex rob in quo bdelij
ʒ. iij. dissolũte fuerunt ⁊ folia superposita postq̃ eorum superficies ex
oleo sisamino in quo adeps gallinaceus fuit resolutus aut anatis iun-

cta fuerit more emplastri superponatur duz adhuc tepida sunt. ¶ Alia confectio dolorem ⁊ apostema sedans. Cepe album optime coctū teraṫ ⁊ cum butyro vaccino misceatur vt mollefiat ⁊ tepefactum ano in quo est apostema supponatur. hoc enim dolorem vehementem sedat.

¶ Cum vero in ano ragadias habuerit patiens que eū ledunt cū ipsi⁹ vēter siccus est: pillulis de bdellio sepe vtatur: que. ℞. de myrabolanis nigris chebulis amborum. anā. ʒ. x. serapini. ʒ. iij. nasturtij albi. ʒ. ij. bdellij mollis ⁊ pinguis. ʒ. xv. dissoluatur bdellium in succo porrorum ⁊ ex eo conficiantur alia ⁊ informentur ex eis pillule ⁊ sumantur ex eis frequenter ab vna. ʒ. ad. iiij. Locus vero si adustionem patiatur ex vnguēto de cerusa inungatur.

¶ Si autem non sentitur in eo adustio vngatur ex vnguento qđ fit ex adipe qui in gibbo camelli inuenitur ⁊ bdellio quod sic fit videlicz vnguentuz de sene. ℞. cere citrine olei sisamini adipis anatis medulle cruris vaccini adipis qui est in gibbo camelli bdellij omniuz partes equales: bdelliuz prius in mucillagine seminis lini dissoluaṫ: deinde omnia misceātur: hoc enim optimū existit. ¶ Si aūt eger ragadias in ano habuerit ꝓfundas a quibus fetens virus fluxerit: medicamen acutum qđ in capitulo de vlcerib⁹ descripsimus: eis superponaṫ: qđ eger per duos patiatur dies. ¶ Et si in eis aliquid remaneat qđ resudet: medicamē iterum apponatur: qđ eo vsqꝫ fiat donec locus siccetur ⁊ nō resudet si fuerit ꝓfunduz. ¶ Qđ si ea que ibi sunt eminentia extra ⁊ pendentia fuerint: iterum vt arescant ⁊ nigrescant butyrum tepidum multotiens superponatur donec nigredo ab eo remoueatur. ¶ Si autem resudatio reuersa fuerit: medicamen acutum iterū ibi apponatur. Et si non resudauerit: ex vnguento de cerusa curetur. Est etiam quando eminentes emorroydes extra curātur cauterizādo cū ferro. Loqui tamen de hoc plus est ꝙ huius nostri libri modus requirat.

¶ Fistule vero generanṫ in ano velociter quoniam figura eius facit illud esse necessariū que aut penetrantes sunt: aut nō penetrantes vtriqꝫ ¶ Cuz aūt perforate sunt vtrinqꝫ stercus egreditur ex eis ⁊ ventositas. ¶ Si autez nō egrediṫ neqꝫ stercus neqꝫ vētositas nō est penetrans ab vtraqꝫ parte. Loq vero de ei⁹ cura pfecte plus est ꝙ hic noster liber expectat. Sz quia fere homines omnes semp maximū incurrunt errorem in cura huius egritudinis vnde maximū seqtur nocumentuz: nos excitabimus eos ad hoc qđ huic egritudini congruū erit ⁊ ostendem⁹ qualiter a predicto errore se custodiant: ⁊ dicemus ꝙ fistula vtrinqꝫ perforata cū ab ano remota fuerit: nullo modo ferro est tangēda. Ex incisiōe eniz ferri cōtingit stercus inuolūtarie egredi. ¶ Est etiā aliud quare fistula ab vtraqꝫ parte perforata ferro tangi non dꝫ. Quia toto tēpore vite eger sic pmanere poterit: nō magnū faciēs nocumētū nec ꝓueniet ex ea aliqđ nisi resudatio ⁊ fluxus. ¶ Si aūt illud qđ ab ea fluxerit fuerit acutū ⁊ mordicatiuū ⁊ fetidū habuerit odorē: cui⁹ etiā quantitas quotidie augeaṫ erit fistula putrida ⁊ cū herpete estiomēo cui ex medicamie

acuto ex eo quod complet omnia succurrendum est anteq̄ dilatetur et magnificetur.

¶ Cum autem nō resudauerit nisi parū neq̄ eiꝰ quātitas quotidie augetur neq̄ malus odor ibi augmētatus fuerit: non est in ea aliqd q̄ sit remedū, nisi resudatio ꝛ fluxus. Que medicari pōt donec siccet ꝛ detumescat: ꝛ nō resudet per longū tēpus. ¶ Si aūt resudatio redierit: medicamen p̄dictū adhibeat: ꝛ hoc modo poterit blādiri per totū tēpus vite egri ꝛ nō nocebit. ¶ Modus adhibēdi medicamē huic egritudini ex collirio q̄ in capitulo de fistula oculi nominauimus sumat ꝛ optime terat ꝛ fistula premat donec quicq̄d in ea continet egrediat. ¶ Et si radius eā ingredi poterit inuoluat coto: deinde ex p̄dicto medicamie postq̄ mollificatū fuerit inunctꝰ in fistulā mittat. ¶ Si vō minime ingredi in ea radius poterit dissoluat medicamē in aqua ꝛ subleuet coxa egri supposito puluinari ꝛ eo supino iacēte predictū medicamē distillando super fistulam fundatur ꝛ fiat hoc in mane ꝛ circa noctē p̄ tres dies ꝛ sedeat in aqua de curcuma ꝛ lauetur ex ea.

¶ De exitu matricis ꝛ ani. Caplm. 81.

Cum anus extra egredit apostemate carēs: ꝛ ita disponit q̄ si impellat ingredit: ceruse balaustie gallaꝝ aluminis antimonij oīū partes sumātur equales: ꝛ redigant in puluerē: ꝛ super anū ex oleo rosco calefacto inunctū pulueriçent ꝛ anus intromittat ꝛ stringatur: q̄d tamen fieri ꝯuenit: postq̄ eger a sella reuersus fuerit ne eū cito surgere ad sellā sit necesse. ¶ Sumantur etiā galle balaustie cupule glandiū folia myrti ꝛ coquant in aqua donec rubea fiat ꝛ sedeant in ea ꝛ lauet ex ea. ¶ Qō si anū qui apostemosus est ingredi minime pōt eger: aquā calidam frequenter ingrediat ꝛ in ea sedeat ꝛ vngat anum ex cera ꝛ oleo camomellino aut anetino donec ingrediat. Cūq̄ intromissus fuerit ex his que nominauimus curetur. Uulua preterea si egressa fuerit: similiter erit medicanda. Est tamen necesse vt fortiter ligetur ꝛ vt egra semper supina iaceat ꝛ coxe superius eleuentur.

¶ De constrictione menstruorum. Caplm. 82.

Pro superfluis mēstruis cōstringēdis trocisci de charabe per hebdomadā vnā sunt dādi. Qui si nō cōtulerint ꝯfectio de scoria det: ꝛ fiat mintio ex basilica. ¶ Uentose quoq̄ ad mamillas apponantur et in comestione stipticis vtatur cibis ꝛ hoc medicamen egra sibi subijciat: quod. ℞. olibani balaustie gallarum antimonij acatie aluminis: omnium partes equales. Puluis horum optime tritorum cum pauca lana subijciatur: femur vero ꝛ dorsum ex epithimatibus que in capitulo de fluxu ventris nominauimus epithimentur ꝛ sedeat in aqua de curcuma. Quod si ista non cōtulerint: ex alio pessario acuto fiat immissio ꝛ maneat in vulua.

¶ De prouocatione menstruorum. Cap. 83.

Cum ex retentione menstruorum magna sequitur passio trocisci de myrra dentur.

¶ Trocisci de mirra. ℞. mirre. ℥. iij. lupinorum optime tritorum. ℥. v. fo liorum ruthe mētastri pulegij cimini rubee de qua tingitur asse serapi ni opoponaci: onium. ana. ℥. ij. informentur trocisci ponderantes. ℥. ij. ex quibus detur vnus in die cū aqua in qua semen iuniperi coctum fue rit. Hoc nanq; medicamen adeo vehemēs existit in ꝓuocādis mēstruis: vt etiam fetū excutiat siqua eo sepe vtatur. ¶ Uētose quoq; sub curua tura poplitis sunt ponende: ⁊ flobotomia ex saphena facienda est. Po stremo quoq; ventose femori sunt superponēde.

¶ De fixuris que fiunt in matrice vel vulua. Cap. 84.

HE curande sunt ex medicatione ragadiarum ani: pessariū quoq; ex adipe anatis ⁊ ysopo ceroto ⁊ medulla cruris ceruini mixtis cum cera dissoluta in oleo de lilio aut narciscino subijciat: si neq; febris neq; acuitas affuerit. ¶ Qđ si illud fuerit cum calore ⁊ acuitate: oleum roseum adhibeatur. Ex vnguento quoq; de cerusa similiter fiat pessa rium. ¶ Si autem calor fuerit vehementior sumatur succus portulace aut lactuce aut mucilago psilij: ⁊ fiat tabula đ plumbo similis marmo ri in quo teruntur colores habens in circuitu labium paruum ⁊ ponat in ea aliquis de predictis succis: ⁊ cum pistello plumbeo adeo super ip sam moueatur donec de plumbo multum predicto liquori misceatur ⁊ inspissetur succus: ex quo fiat pessarium: postq̄ oleum roseum ei admi xtum fuerit: ⁊ supponat. Hoc enim medicamen cancro vulnerato qui est in matrice optimū existit: ⁊ alijs ei similibus.

¶ De plagis ⁊ cancro q̄ fiūt in mrice vel vulua. Cap. 85.

SI cum apostematibus istis adest calor ⁊ febris flobotomia ex basi lica fiat: ⁊ patiens ex aqua ordei nutriat: ⁊ liniant renes ⁊ femur ⁊ ilia: ⁊ sume ex epithimate apostematis calidi: ⁊ īfrigidet locus quan tū possibile est. ¶ Si vero postq̄ febris ⁊ acuitas quieuerint: ⁊ ex apos te mate aliquid remanserit: ex iniectionibus liquidis curetur: ⁊ mulier in huiusmodi liquidis sedeat donec mollescat ⁊ maturetur.

¶ Pessarium mollificans dura apostemata matricis: ⁊ conferens do loribus in ea factis ⁊ paulatim eos qescere faciens. Recipe adipis ana tis medulle cruris ceruini vel vaccini bdelij mollis croci vitelli oui as sati fecis olei de seminibus lini fecis olei de lilio: omnium. ana partes equales dissoluantur in vino aut rob ⁊ fiat ex his pessarium. Est enim optimum ad sedandum dolorem ⁊ mollificandam duritiem matricis. ¶ Patiens preterea sedeat in aqua in qua cocta sint fenugrecum ⁊ se men lini ⁊ camomilla ⁊ mellilotum ⁊ caulium extremitates singulatim aut omnia simul.

¶ De nascētijs que fiūt in matrice vel vulua. Cap. 86.

CUm a vulua fluxerit sanies spissa: aut virus tenue: si ex ꝓpinquo manat loco: neq; fuerit ibi profunditas fetida neq; putrida: su menda sunt aloes ⁊ mirra ⁊ sanguis draconis ⁊ sarcocolla atq; oliba num ⁊ loco superponenda donec consolidetur.

¶ Si autē ex loco manauerit remoto: ex pessario qđ nominauimus in

capitulo de sanguine & sanie fiat proclixma.

¶ Si autem qd fluxerit est fetidum: odorem habens malum: ex pessario secundo acuto fiat iniectio: postq̄ locus mundificatus fuerit: ex aqua & melle iniectis per instrumentum ante eam.

¶ Si vero cum hoc qd fluit affuerint punctio & dolor & apostema dux qd tactu discernitur: summopere cauendum est ne ex aliquo acuto medicamine tangatur: sed fiat inunctio ex confricatione plumbi quam diximus: aut ex vnguento de cerusa: & flobotometur ex basilica. Et custodiatur ab omnibus que coleram gignunt nigram; & seminibus & speciebus que pro condimento admiscentur cibis.

¶ De prefocatione matricis. Cap. 87.

CUm menstrua per longum temporis spacium retenta fuerint aut mulier a cōmixtione viri diu abstinuerit: licet valde affectauerit & euenerit grauitas & dolor in inferiori parte suminis & senserit quasi aliqd sursum trahi a parte suminis: fortasse post ista superueniet ei sincopis: & quasi mortua cadet. perpēdi quoq3 vix poterit q ipsa attrahat aerem: vel habeat pulsum & forsitan prefocabitur & morietur: & fortasse sanabitur: laboriose tamen. ¶ Hec itaq3 passio illico vt euenerit curanda est; cuius curatio est vt pedes fortiter fricentur & ligētur & ventosa magna sumini superponatur. ¶ Obstetrici quoq3 precipiatur vt digitum oleo bene redolente inungat: & in circuitu oris vulue dū est intus bene cōmoueat. ¶ Naribus preterea cōdisi insuffletur: & circa aures ipsius voces clamando proferantur: & nihil qd bene redoleat olfaciat: imo bene redolentia & algalia remoueantur. ¶ Et pecten & eius superiora ex eis epithimentur: & naribus malum reddentia odorem applicentur: vt stercus & castoreum & sulfur. ¶ Cum autem sanitati restituta fuerit: ex hac medicatione curetur: ne egritudo redeat. ¶ Qd si egritudo h post menstruorum euenerit restrictionem: ea dentur que mēstrua prouocant. Et in pedibus fiat minutio & ventose in eis opponantur. ¶ Si autem post lōgam viri dissuetudinē cōtingat: ex quo ēt sepius accidit: incipiat viri consuetudinem habere: aut obstetrix iteret illud sepe qd p̄diximus in omni pauco tempore: aut medicamina que minuunt sperma dentur que prediximus. Et dentur trocisci de mirra quos in capitulo de menstruis prouocandis nominauimus.

¶ De mola. Capitulum. 88.

